Tiberis fluuius nomen inuenit à Tiberino rege Latinorum 41. A. 170. D
Tiberis prius Albula dicebatur 41. A
Tiberis magna exundatio 100. B. & 107. B
Tiberius Cæsar Imperator Romanus 159. D. & 174. D
Tiberius in filium adoptatur à Iustino & Augustus appellatur 100. D
Tiberius Cæsar quot annis insecutus sit Darium regem Persarum 2. C
Tiberius accusatoribus Christianorum mortem comminatur 71. D
Tiberius uastata Germania Imperator appellatur 69. C
Tiberius populum Romanum grauiter affligit 176. A
Tiberius reges à se euocatos non remisit 70. D. & 175. D
Tiberius multos nobilium & equitum Romanorum interfecit 71. D
Tiberius Constantinus Imperator Romanus 189. D
Tiberius priuignus Augusti Cæsaris 175. D
Tiberius Consul Romanus 161. C
Tiberius pro Christo martyrio coronatur 182. D
Tiberius LXII Imperator Ro: 192. C
Tiberius Imperator orientis 106. C
Tiberius largus in Christianos 100. D
Tiberius Cæsar Dalmatas redigit & Sarmatas in potestatem 70. B
Tiberius Nero Cõsul Romanus 159. C
Tiberius Cæsar de Pannonijs triumphat 69. C
Tiberius adoptatus ab Augusto 70. A. & 175. C
Tiberius Cæsar Romanorum questus est onerosam sibi seruitutem iniungi cum deferretur imperium 70. C
Tiberius occupat Armeniam 69. A
Tiberius Cæsar in Campania mortuus 71. D. 155. pag. 1. & 190. A
Tiberinus Syluius rex Latinorũ 40. B. 156. C. & 170. D
Tiberias condita à Tiberio 70. D. & 174. D
Tiberias igni tradita à Gallo Cæsare Romano 85. D
Tiberianus Consul Romanus 163. D
Tiberianus uir eloquens Prætor Galliam regit 84. C
Tiberij Cæsaris gesta 69. C
Tibicen Latinus relictus Romæ cum Censores artem ludicram remouissent 158. D
Tiburtius martyrio coronatur 180. A. & 182. B
Ticinum pestilentia ferè exhauritur 105. B (181. C
Timæus Episcopus Antiochenus 81. C.
Timasus Consul Romanus 89. B
Timoëtes rex Athenienſium 34. B
Timothei Apostoli reliquiæ Constantinopolim inuectæ 86. B
Tinius Rufus Palæstinam tenuit 77. A
Tissamenus regnat Mycenis 34. A
Titianus Consul Romanus 89. C. 161. B. & 163. A
Titianus uir eloquens Præfectus Prætorij Gallias administrat 85. A
Titus Diaconus Romæ interfectꝰ iussu Felicis magistri militum 91. D
Titus Cæsar utriusque linguæ doctissimus 74. D
Titus Vespasianus Cæsar Rom: 74. D. 160. pag. 2. 175. B. & 177. A
Titus Iudæam cepit 74. B

Titus Iudæos obsidet cruciatos fame non dicenda 176. D
Titus Vespasianus Iudæa capta multa captiuorũ milia uendidit 160. pag. 2
Titus Vespasianus moritur 74. D. 160. pag. 2. & 177. A
Titus decreto Senatus inter deos relatus 75. A. & 177. B
Titus Liuius nascitur 66. B
Tito filio Vespasianus bellum Iudaicũ commendat 74. B
Tityus Tantali coœtaneus 28. A
Tobias v Episcopus Hierosolymitanus post Zachæum 76. B. & 177. D
Tonosconcoleros rex Assyriorũ 42. C
Torpes Romæ martyrio coronatur 176. C
Torquatus Consul Romanus 161. B
Torquatus L. Consul Romanus 159. B
Totilas rex creatur à Gothis 99. B
Totilas Gothorum rex in Italia tyrãnidem exercet 189. B
Totilas flagellum dei dictus 99. C
Totilas Neapolim capit 99. B
Totilas Gothorum rex Italiam ingressus Romam cepit 99. B
Thracianus scriptor historiarum 2. B
Tragœdia primum data Romæ 158. A
Tragœdiæ unde dictæ 52. A
Traianus adoptatus in filium à Nerua 75. D
Traianus Agrippinæ Imperator factus 75. D. & 177. C
Traianus in mari rubro classem instituit 161. B
Traianus de Dacis & Scythis triumphat 75. D. 61. B
Traianus multas gentes Romano imperio subiecit 177. C
Traianus quas prouincias duxerit 177. D
Traianus morbo periit in Salinunti 76. B
Traianus profluuio uentris moritur 161. A. & 177. D
Traianus in numerum deorum relatus 76. C. & 178. A
Traianus solus omnium intra urbem Romam est sepultus 76. B
Traiani decretum de Christianis 76. A
Trallis terræmotu consedit 68. D
Tranquillinus Romæ pro Christo passus 182. B
Transimundus Vandalorum rex relegat Episcopos 97. A
Tribuni militares pro Consulibus esse cœperunt 56. B. 57. D. 157. A. 172. D. & 173. A
Trieres prima nauigatio in Corintho 44. B
Tripolis ciuitas a Saracenis expugnatur 127. B
Tripolis in Africa ab Hispanis obtinetur 154. A
Tripos Romæ coronat martyrio 181. A
Triptolemus quo tempore frumenta repererit 2. D
Triptolemus frumenta distribuit apud Eleusim 25. A
Triptolemi serpens pinnatus 27. A
Tros regnat in Dardania 28. A
Troia capta sub Agamemnone 31. D. 32. B. 156. B. & 170. A
Troia capta sub Polybo 3. B
Troiani uocati à Troë rege 28. A
Troianum bellum decennale ob raptũ Helenæ 32.
Troyphas rex Argiuorum 22. B
Tryphon Alexandri filium Antiochũ occidit 64. A
Tryphon Ionathan ducem Iudæorum interficit 64. A. & 174. A
Tryphon moritur conatus inuadere regnum Syriæ 64. B
Tryphon coronat martyrio Nazanzi 180. D
Tucca cõtubernalis Virgilij floret 69. B
Tullius M. Cicero Consul Romanus 159. A
Tullus Hostilius rex Romanorum tertius 49. B. 156. D. & 171. B
Tullus Hostilius primus purpura & fascibus usus est 49. A. 156. D. 171. B
Tullus Hostilius cũ domo cõflagrauit 49. A
Tumultus in Gallijs 140. C
Tumultus in Britannia 142. C
Turbo magnus Venetijs 139. A
Turcæ Danubio transmisso superiorẽ Pannoniam deprædantur 144. A

Turca

Turca cæditur ad Taurinũ oppidũ 138. A
Turcæ fugantur à Venetis 144. A
Turcæ cæsi à Cleda Coriondolo 149. C
Turcæ inferiorem Misiam ingressi sternuntur 144. C
Turcæ redigunt Syrios & Aegyptios in potestatem per Mahumetum 141. D
Turcæ se dedunt Alphonso Ferdinandi filio 150. B
Turcæ Germaniam uastant 142. C
Turcæ Chalciden expugnant 142. C
Turcæ magnam Genuensium urbem, quam ad Mæotidem possidebant, recipiunt 144. C
Turcarum Imperator Peloponnesum occupat 139. A
Turcarum Imperator Mahumetus Corinthum redigit in potestatem 138. C
Turcarum classis perit turbine 142. B
Turcarum Imperator Mitylenem expugnat 139. C
Turcarum Imperator Pontum obtinet cæso rege Trapezontij 139. A
Turcarum multa milia cæsa ab Hazoncassa 143. D
Turcarum ingens facta cædes ad Histrum 144. C
Turpilius Comicus Sinuessæ moritur 65. A
Turris Ferrata in qua occisus est Probus Imperator 82. B (182. A
Tyrannus Episcopus Antiochiæ 82. D
Tyranno passus apud Tyrum 182. C
Tyrimus Macedonum rex 44. D
Tyriorum ciuitas condita 29. A
Tyro Tullius Ciceronis libertus centũ annos uixit 69. C
Tyro Ciceronis libertus primus notas commentus est 69. C
Tyrus condita 170. A
Tyrus subuertitur terræmotu 121. B
Tyrus capta ab Alexandro Magno 173. B

V

VAiuoda princeps apud Turcas appellatur 150. B
Valens XXXII cum Gratiano & Valentiniano regnat 184. D
Valens Constantinopoli agonem edidit 87. C
Valens Orthodoxos persequitur 184. C
Valens legem dedit ut monachi militarent, nolentes iussit interfici 88. A. & 184. D
Valens reuocat Christianos de exilio 88. B
Valens à Gothis fugiens uiuus crematur 184. D
Valẽs sauciatus à Gothis moritur 88. B
Valens Episcopus Hierosolymitanus 179. B
Valentinianus Romanus Pontifex maximus 111. B
Valentinus hæresiarches sub Hygino Episcopo Romano 77. C
Valentinus hæresiarcha durat ad Anicetum 77. C
Valentinus opprimitur in Britannia, antequam tyrannidem inuaderet 87. C
Valentinianus Placidiæ filius nascitur 91. A
Valentinianus Imperator Romanus 87. A. & 164. C
Valentinus ecclesiam hæresi impugnat 178. B
Valẽtinianus XXXVIII regnat 184. B
Valentinianus cum Theodosio regnat 89. A
Valentinianus per Theodosium Cæsar declaratur 91. C. & 186. B
Valentinianus Augustus appellatur 91. C
Valentinianus fratri orientis imperium dedit 189. B
Valentinianus Augustus Theodosij principis filiam uxorem accepit 92. D. & 184. D
Valentinianus Ioannem tyrannum extinxit 186. B
Valentinianus regno restituitur 185. B
Valentinianus Hunos per Aëtium & Patritium superauit 186. B
Valentinianus cum Attila pacem fecit 187. A
Valentinianus Aëtium occidit 187. B
Valentinianus ab amicis Aëtij in campo Martio occiditur 187. B
Valentinianus Imperator apoplexi moritur 88. A. 164. D. & 184. D
Valentinianus à suis Romæ est interfectus

fectus 94. D. & 187. B
Valentinianus Imperator tædio uitæ laqueo uitam finiuit 89. C. 164. D. & 185. B
Valentinianus dolo Arbogastis suspendio periit 185. B
Valentiniani nimia fuit seueritas 87. A
Valerius Consul tam pauper mortuus est, ut publico sumptu sepeliretur 55. B
Valerius P. & Spurius Lucretius Consules 156. C
Valerius L. Consul Rom: 156. D. 157. A
Valerius L. Potitus Consul Romanus 157. A
Valerius M. Coruinus Consul Romanus 157. B
Valerius M. Publicola Consul Romanus 157. B
Valerius M. Leuinus Consul Romanus 158. A
Valerius L. Flaccus Consul Romanus 158. B. C. & D. & 159. D
Valerius M. Consul Romanus 159. B
Valerius C. Flaccus Consul Romanus 159. A
Valerius & Iustinianus Consules 167.
Valeriam filiam Diocletiani Galerius uxorem duxit 82. C
Valerianus Imperator Romanus 163. A
Valerianus cum Gallieno imperat 81. A. & 181. A
Valerianus Imperator Romanus commota persecutione in Christianos, à Sapore rege Persarum captus seruilē senectutem transegit 18. B & 163. A
Valerianus martyrio coronatur 178. D. & 180. A. & D
Vallum in Britannia duxit Seuerus 79. C
Vandali Gallias intrant 90. B. 165. A. & 185. D
Vandali excluſi à Gothis de Hispanijs redeunt ad Africam 91. D. & 186. B
Vandali redeunt ad Africam 165. B
Vandali Hispanias occupant 90. B. 165. B. & 185. D
Vandali Romam usque perueniunt 95. A
Vandali pacem cum populo Romano habent 92. B
Vandali pacem petunt à Theodorico rege 166. B
Vandali pacem faciunt 188. A
Vaphres Aegyptiorum rex 52. A
Varari Consul Romanus 165. D
Varronianus Consul Romanus 164. B
Varus Poëta illustris habetur 89. B
Vdalricus Augiensis cœnobij Abbas 202. C. & D
Vdalricus Abbas obijt 198. D
Vdalricus Episcopus efficitur 197. B
Vecta insula Romano imperio adiecta per Vespasianum 175. B
Vedastus obijt 189. D.
Veientes uicti à Tullo Hostilio 49. B
Veientes uicti à Romanis 46. B
Venantius Consul Romanus 166. A
Venantius iunior Consul Romanus 166. D
Veneris templū Romæ factum ab Hadriano 77. A. 161. C. & 178. B
Venetia redacta in potestatem Langobardorum 100. C
Veneti nonnullas urbes in Dalmatia capiunt 120. C
Veneti cū Turcis fœdus ineunt 147. A
Veneti unà cum Florentinis bellum suscipiunt aduersus ducem Mediolanensem 134. C
Veneti regnum Cypriæ obtinent 143. D
Veneti confligentes cum Gallis uincuntur 152. B
Veneti Constantinopoli magistratum habent 147. B
Veneti cum bellum cum Turcis XVI annis gessissent tandem fœdus ineunt 142. C
Veneti Patritij ambitus damnati 138. B
Veneti à Ioanne Constantinopolitano Imperatore accipiunt magnam partem crucis dominicæ loco pignoris 125. A
Veneti Laudam & Placentiam occupant 136. A
Veneti Corinthum & Cretam capiunt 124. A
Veneti Ferrariam occupant 128. B
Venetorum potentia diuinis oraculis prænuntiata 103. D

Venetorum

Venetorum quædam insignia impetrata à Pontificibus 122. D
Venetorum cum Florentinis societas 130. A
Venetis multa ablata quæ possederant antea iure belli 152. C
Ventidius primus Romanorum Parthos superat 66. C
Venustus Consul Romanus 162. C. & D
Vergilius Maro nascitur Mantuæ 66. A. & 174. B
Vergilius Cremonæ studijs eruditur 66. B. & 174. B
Vergilius Mediolanum pergit 66. C
Vergilius Augusti tempore floruit 159. D
Vergilius moritur Brundusij 69. A
Vergilij Epitaphium 69. A
Vergilij ossa Neapolim transferuntur 69. A
Verginius L. Consul Romanus 157. B
Verginius T. Consul Romanus 156. D
Vermiculũ institutum à Phœnice 25. B
Vernia Augusta socrus Zenonis 96. B
Verona recupata à Maximiliano 152. C
Verus Consul Romanus 161. B
Vespasianus Cæsar Romanus 74. B. 160. pag. 2. & 175. B. 176. D
Vespasianus incensum Capitolium ædificare orsus 74. B. & 160. pag. 2
Vespasianus duobus prælijs uincit Iudæos 74. B
Vespasianus magister militiæ plurimas urbes Iudææ cepit missus à Nerone 175. B
Vespasianus dux militiæ aduersus Iudæos rebellantes missus 176. D
Vespasianus multas urbes Iudææ cepit 74. A
Vespasianus moritur profluuio uentris 160. pag. 2
Vespasiani templum Romæ factum 74. D. 160. pag. 2. & 177. A
Verrius M. Flaccus Grammaticus floruit 70. B
Vestæ ædes domo coæquantur incendio 61. B. & 79. A
Vestæ tres uirgines ob stuprũ damnatæ 75. A. & 177. B
Vestalis uirgo in stupro detecta uitam laqueo finit 60. D
Vestalis uirgo deprehensa in stupro interficitur 60. D
Vestalis uirgo corrupta sua se manu interfecit 61. C
Vestales uirgines uiuæ defossæ ob stuprum 61. D
Vestitium oppidum communitum contra Turcas 142. B
Vesuuius mons uicinas urbes incendit 74. D
Vetranio Imperator Rom: factus 85. C
Vetranioni detrahitur regium insigne 85. C
Vetus Consul Romanus 161. A
Veturius capitur 64. C
Veturius T. Geminus Cõs: Ro: 157. A
Veturius T. Caluinus Cõs: Ro: 157. D
Veturius magister militiæ Christianos persequitur 82. D
Vetusius T. Consul Rom: 156. D
Vetusius L. Consul Rom: 156. D
Vgutio tyrannus Pisanorum & Lucensium 128. D
Via Appia ab Appio Cæco 173. B
Viæ publicæ factæ per agros 157. C
Viator Consul Romanus 166. C
Vibius Maximus designatus Quæstor agnitus à domino suo 67. B
Vicennalia Constantini Romæ acta 83. D. & 183. B
Vicecomites Mediolanense imperium tenuere 126. D
Victimas primus Cecrops immolauit
Victor Episcopus Romanus (2. D 79. A. & 179. B
Victor II Pontifex Rom: 119. A
Victor III Pontifex Rom: 119. D
Victor falsus Pontifex à Friderico primo creatus 122. A
Victor Papa Romæ martyrio coronatur 178 D
Victor Mediolani martyrio coronatur 182. C
Victor Massiliæ pro Christo passus est 182. C
Victor in castro Solodoro pro Christo passus 182. D
Victor Capuanus Victorij arguit errorcs

rores 189. B
Victor hausto ueneno in sacro calice interijt 119. D
Victor filius Maximi tyranni ab Arbogaste interficit 89. B. & 185. B
Victoris Episcopi Romani extant de religione uolumina 79. A
Victorinus Episcopus Amiternæ passus 177. A
Victorinus passus sub Domitiano 177. A
Victorinus rhetor claruit 164. A. & 184. A
Victorinus Afer Rhetoricam Romæ docet 85. C
Victorinus Afer Romæ statuam in foro Traiani meruit 85. D
Victorinus Romæ passus pro Christo 182. B
Victorius paschalem circulum mendose inchoat 187. B
Victoria uirgo coronat martyrio 180. D
Vigilius Pontifex Romanus 98. D. & 189. A
Vigilius Episcopus Romanus in exilio moritur 99. D
Viliacum Germaniæ urbs terræmotu corruit 130. C
Villibrordus qui & Clemens Episcopus ordinatur 192. B
Villius P. Consul Romanus 158. B
Viminalis mons urbi adiectus per Seruium Tullum 52. B. & 171. D
Vincentius Diaconus passus pro Christo 178. D. & 182. B
Vincentius ordinis Prædicatorum relatus inter sanctos 137. C
Vincislaus frater Sigismundi imperatoris rex Bohemorum 134. B
Vincislaus Imperator ab electoribus est imperio depositus propter lasciuiam & segnitiem 133. A
Vincislaus aliquot annis cum patre Carolo regnans, tandem regnat solus 131. D
Vincomalus Consul Romanus 165. C
Vincula & carceres excogitati à Tarquinio Superbo 54. A
Vindelicia Romana prouincia facta à Tiberio 69. B
Vindelici uicti à Tiberio Cæsare 69. C
Vinianus Consul Romanus 165. D
Vinitius C. Consul Romanus 159. C
Vinitius M. Consul Rom: 160. pag. 1
Visellius Consul Rom: 155. pag. 1
Vitalis Consul Romanus 167. A
Vitalis Episcopus Antiochenus 84. B. & 183. B
Vitalianus aduersus Anastasium rebellat 188. C
Vitalianus occiditur 188. C
Vitalianus Papa Romanus 191. C
Vitellius Cæsar Romanus 74. A. 160. pag. 2. & 176. D
Vitellius occisus à ducibus Vespasiani in Tiberim deijcitur 74. B
Vitellianus Campanus Pontifex Romanus 105. A
Vitricus clarus multis documentis belicis 93. A.
Vitus & Modestus pro Christo passi 182. C
Viuariense monasterium extructum à Cassiodoro Senatore 155. pag. 2
Vizoues primus rex Aegyptiorũ 169. B
Vlpianus Iureconsultus assessor Alexandri 80. B. 162. C. & 180. A
Vlfula dux Honorij contra Constantinum 90. B.
Vlysses quo pacto Scyllã fugerit 33. D
Vmbri uicti à Romanis 59. C
Volaterrani in ditionem Florentinorũ perueniunt 131. B
Volcatius L. Consul Rom: 159. C
Voldumianus Consul Rom: 163. B
Votienus Montanus Orator relegatus à Tiberio in insulas Baleares moritur 70. D
Vologesus rex Parthorum populatur prouincias Romanas 78. A. 178. D
Volsci subiecti Romano imperio per Tarquinium Superbum 54. A
Volumnius L. Consul Rom: 157. C
Volumnius P. Consul Rom: 157. A
Volusianus Imperator Rom: 163. B
Volusianus Interamnæ interfectus 163. B
Vphir filius Iectan 6. A
Vrbanus Episcopus Romanus 80. B. & 180. A
Vrbanus II Pontifex maximus 120. A
Vrbanus III Langobardus Pontifex Romanus

Romanus 123. A
Vrbanus IIII Pōtifex maximus 126. A
Vrbanus IIII Pontifex regnum Siciliæ Carolo Ludouici regis Francorū filio concessit 126. A
Vrbanus V Pontifex maximus 131. B
Vrbanus Pontifex multos nobilium ad fidem Christi conuertit 180. A
Vrbanus VI Pontifex maximus 131. D
Vrbanus VI Pontifex maximus inhumani ingenij sex simul Cardinales iussit necari 131. D
Vrbanus Romæ martyrio coronatur 180. A
Vrbanus Consul Romanus 161. B
Vrbica quædam Priscilliani discipula Burdegali lapidibus extincta est 89. B
Vrsacius accusator Priscilliani communione ecclesiæ priuatur 89. B. 185. B
Vrsinus Pontifex Romanus 87. B. 89. A. & 185. A
Vrsulus Tholosensis celeberrime in Gallia docet 160. pag. 1
Vuacon inuadit regnum Langobardorum interfecto Thauto 97. A
Vuallia inuadit imperium parentis Athaulphi 90. D
Vualtharius Langobardorū rex 97. C
Vuarmannus Episcopus 199. D
Vuarmannus Episcopus obijt 200. A
Vuelffus Sueuigena dux Carentanus 202. A
Vuerinherus Episcopus Burgundiones uicit 199. C
Vuerinherus Abbas efficitur 199. A
Vuerinherus Comes in Alemānia occiditur 199. D
Vuerinherus Abbas obijt 199. B
Vuiborada incluſa est 197. B
Vuiborada martyrizata est 197. B
Vuido Mediolani Episcopus constituitur 201. B
Vuidgerus homo crudelis Episcopatu priuatur 201. B
Vuilfridus Episcop9 Normānorū 191. D
Vuilfridus Episcop9 Scotos uicit 191. D
Vuilfridus Episcopus à rege Egfrido sede sua pellitur 192. A
Vuilligisus Episcopus obijt 199. B
Vuitegouo Abbas 198. D
Vuitegouo obijt 199. A
Vuolfherus rex Merciorū obijt 192. A
Vormatia fulminis ictu cremata 196. A
Vuolferadus Comes obijt 199. B
Vutigis rex Gothorum 98. C
Vutigis cum Francis amicitiam iungit 98. D

X

Xanthus Boëtius cōgressus cum Timoëte 35. A
Xenocrates succedit Speusippo in Academia 58. D. & 173. A
Xenophanes Colophonius claret 53. B
Xenophanes Tragœdiarum scriptor 53. C
Xenophon clarus habetur 57. C. & 58. A
Xenophontis Oeconomicum uersum à Cicerone 1. A
Xerxes secundus rex Persarum 57. A
Xerxes rex Persarum uictus est ab Alexandro Mammeæ Imperarore Romano 80. A. 162. D. & 180. A
Xerxes Darij filius rex Persarum 55. C. & 172. D
Xerxes filius Panthaptis 172. C
Xerxes Aegyptum capit quæ à Dario recesserat 55. C. & 172. D
Xerxes qui & Balaneus rex Assyriorū 156. B
Xerxes VI rex Assyriorum 14. C
Xerxes pacem in Hellespontiaco mari fecit 55. C
Xerxis exercitus contra Græciam 172. D
Xuiri creati sunt & rursus electi 56. B
XII tabulæ effectæ ex legibus Athenis allatis 56. B
Xistus Papa passus Romæ sub Hadriano 177. D. & 180. C. & D
Xistus Papa Romanus 178. A. 181. B. & 186. C
Xistus Pythagoricus Philosophus nascitur 69. D

Z

Zachæus Episcopus Hierosolymitanus post Iustū 76. E & 177. D
Zacharias

Zacharias Propheta claret 52. D. 53. D. 172. C
Zacharias Hebræorum Israël 43. D
Zacharias interfectus à Ioade inter templum & altare 170. D
Zacharias Græcus Pontifex maximus 108. A
Zacharias Episcopus Romanus adeo permulsit Lachim Langobardorum regem Romanis infestum, ut monachus fieret 108. B
Zacharias Patriarcha Hierosolymitanus reducitur per Heraclium deuictis Persis 103. B
Zacharias Patriarcha Hierosolymorũ abducitur in Persas à Cosdra rege 102. D
Zaleucus legumlator Locrensis claret 49. B
Zaliabus Prusam cepit 150. A
Zaliabus minor natu ex filijs Mahumeti 149. D
Zameis tertius Assyriorum rex 11. D
Zara Aethiops cum exercitu suo superatus est ab Asa 170. C
Zatus Christianos persequitur 87. B
Zebennus Antiochenus Episcopus 180. B
Zenobia currum triumphalem captiua Aureliani præcessit 80. B. & 163. C
Zenobia familia Romæ nuncupatur à Zenobia regina orientis, quæ isthic summo honore consenuit 81. D
Zenobia regina orientis uincitur 81. D. & 181. C
Zenon claruit 56. B. & D
Zenon Stoicus moritur 60. D
Zenon in oriente regnat 96. B. 166. B. & 187. D
Zenon Imperator moritur 166. B. & 188. A
Zenon dux uolẽs imperare repudiatur 118. B
Zenon Consul Romanus 165. D. & 166. A
Zenon Constantinopoli uitam finit 96. D
Zenon Theodericum Consulem fecit 187. D
Zenon Episcopus Veronæ martyrio coronatur 180. D
Zephyrinus Pontifex Romanus 79. C. & 179. C
Zeusippus rex Sicyoniorum 33. C
Zethus rex Aegyptiorum 28. A
Zetus clarus Musicus 26. B
Zetus & Linus quando floruerint 3. A
Zeuxis pictor claruit 55. D. 172. D
Zoë uxor Nicostrati Romæ passa pro Christo 182. B
Zorobabel Propheta claret 172. C
Zoroastes Magus rex Bactrianorum 10. C
Zosimus Episcopus Romanus 90. D. 106. D. & 186. A
Zundebaldus rex occiditur 196. D

FINIS.

D. HIERONYMI

PRESBYTERI IN EVSEBII CAESARIENSIS CHRONICON AD VINCENTIVM ET GALIENVM PRAEFATIO.

VETVS iste disertorum mos fuit, ut exercendi ingenij causa græcos libros latino sermone absoluerent, &, quod plus in se difficultatis habet, poëmata illustrium uirorum addita metri necessitate transferrẽt. Vnde & noster TVLLIVS Platonis integros libros ad uerbum interpretatus est. Et cum Aratum iam Romanum hexametris uersibus edidisset, in Xenophontis Oeconomico lusit. In quo opere ita sæpe aureum illud flumen eloquentiæ quibusdam scabris & turbulentis obicibus retardatur, ut qui interpretatũ nesciũt à Cicerone, dicta non credant. Difficile est enim alienas linguas insequentem non alicubi excidere: Arduũ, ut quæ in aliena lingua bene dicta sunt, eundem decorẽ in traslatione conseruent. Significatum est aliquid unius uerbi proprietate, non habeo meum quo id efferam: & dum quæro implere sententiam, longo ambitu uix breuia spacia consumo: Accedunt hyperbatorum anfractus, dissimilitudines casuum, uarietates figurarum: Ipsum postremo suum, &, ut ita dicam, uernaculum linguæ genus, si ad uerbum interpretor, absurde resonat: si ob necessitatem aliquid in ordine,
B in sermone mutauero, ab interpretis uidebor officio recessisse. Itaq; mi Vincenti charissime, & tu Galiene pars animæ meæ, obsecro, ut quicquid hoc tumultuarij operis est, amicorum non iudicum animo relegatis: præsertim cum & notario, ut scitis, uelocissime dictauerim, & difficultatem rei etiam diuinorum uoluminum instrumenta testentur, quæ à LXX Interpretibus edita non eundẽ saporẽ in græco sermone custodiunt. Quam ob rem Aquila, & Symmachus, & Theodotion incitati, diuersum penè opus in eodem opere prodiderunt: alio nitente uerbum de uerbo exprimere, alio sensum potius sequi, tertio non multum à ueteribus discrepante. Quinta autẽ, & sexta, & septima editio licet quibus censeatur autoribus ignoretur, tamen ita probabilem sui diuersitatẽ tenent, ut autoritatem sine nominibus tenuerint. Inde adeo uenit, ut sacræ literæ minus comptæ, & duresonantes uideantur, quod diserti hõmines interpretatas eas de Hebræo nescientes, dum superficiem non medullam inspiciunt, ante quasi uestem orationis sordidam perhorrescant, quàm pulchrum intrinsecus rerum corpus inueniant. Denique quid Psalterio canorius? quod in morem nostri Flacci, & græci Pindari, nunc iambo currit, nunc alcaico personat, nunc sapphico tumet, nunc semipede ingreditur. Quid Deuteronomij & Esaiæ cantico pulchrius? quid Solomone grauius? quid perfectius Iob? Quæ omnia hexametris & pentametris uersibus, ut Iosephus & Origenes scribunt, apud suos compositа decurrunt. Hæc cum græce legimus, aliud quiddam sonant: cum latine, penitus inhærent. Quod si cui non uidetur linguæ gratia interpretatione mutari, Homerum ad uerbum exponat latinũ: Plus aliquid dicam, eundem in sua lingua pro se uerbis interpretetur, uidebit ordinem ridiculum, & poëtam eloquentissimum uix loquentem. Quorsum ista? Videlicet ut non nobis mirum

Ciceronis eloquentia græcis uertendis non satisfecit.

Libri sacræ scripturæ præcipui carmine scripti sunt.

C uideatur si alicubi offendimus, si tarda oratio aut consonantibus asperatur, aut uocalibus hiulca uel diuisa sit, aut rerum ipsa breuitate constringitur: cum eruditissimi homines in eodem opere sudauerint, & ad communem difficultatem, quam in omni interpretatione causati sumus, hoc nobis propriũ accedat, quod historia multiplex est, habens barbara nomina, res incognitas Latinis, numeros inexplicabiles, uirgulas, nebus pariter ac numeris intertextas, ut penè difficilius sit legendi ordinem discere, quàm ad lectionis notitiam peruenire. Vt autem manifesto cognoscantur indicio, ad quem numerum historia quæque pertineat, has distinctiones positas lector aduertat: ut si ad primum numerum regni primitus adnotati historia referenda est, primam literam in explicatione historiæ contempletur: & siquidem eam ex minio uiderit, illi tempori applicandam uel anno sciat, quem suggesserit numerus similiter eodem minio figuratus. Si uero numerum non puro minio, sed mixto nigro notatum esse peruiderit, secundæ lineæ numero debetur historia. Si autem tertio numerorum ordini applicandum est quod fuerit adscriptum, medium puro minio numerum, & partem reliquam ex solo nigro expressam conspicabitur. Quarta numeri linea nihil habebit ex minio, sed indicio erit, quod sibi historia debeatur cum minio facta litera in principio enodationis historiæ, quæ etiam superioribus signis subdenda est, nihilominus apparebit nullo superius memoratorum signorum in numeris respondere. Sin uero non minio, sed mixtim nigro rubroq; litera fuerit expressa, refulgens ex rubro numerus in quintam numerorum lineam poterit aduerti. Et ita sexta linea numeri ut secunda, septima ut tertia designabitur, octaua quoque ut quarta apparenti litera bicolori. Cum uero
D nec in numeris, nec in explanatione historiæ ullum illorum quæ prædiximus signorum fuerit, non linea quod annotatum fuerit uendicabit. Non tamen omnia huiusmodi requirenda sunt necessariò, cum minor est numerus linearũ. Vnde præmonendum puto, ut prout quæque scripta sunt, etiam colorum diuersitates seruentur: ne quis irrationabili extimet uoluptate oculis tantum rem esse quæsitam, & dum scribendi tædium fugit, labyrinthum erroris intexat. Id enim elucubratum est, ut regnorum tramites, qui per uicinitatem nimiam penè mixti erant, distinctione minij separarentur, & eundem coloris locum quem prior membrana signauerat, ex aduerso positi numeri retinerent, uel etiam posterior scriptura seruaret. Nec ignoro multos fore, qui solita libidine detrahendi omnibus, quod uitari non potest, nisi qui omnino nil scribit, huic uoluminigenuinum dentem infigant. Calumniabuntur in tempora, conuertent ordinem, res arguent, syllabas uentilabunt. Et quod accidere plerisque solet, negligentiam librariorum ad autores referent. Quos cum possem meo iure reprecutere, ut si displicet non legant, malo breuiter placatos dimittere, ut & Græcorum fidem suo autori adsignent: & quæ noua asseruimus, de alijs probatissimis uiris libata cognoscant. Sciendum etenim, me esse & interpretis & scriptoris ex parte officio usum: quia & græca fidelissime expressi, & nonnulla quæ mihi intermissa uidebantur adieci, in Romana maxime historia, quam Eusebius, huius conditor libri, non tam ignorasse, utpote eruditissimus, quàm ut græca scribens parum suis necessariam perstrinxisse mihi uidetur. Itaque à Nino & Abraham usque ad Troiæ captiuitatem pura græca tralatio est. A Troia usque ad uicesimum Constantini annum nunc addita, nunc mixta sunt plurima, quæ de TRANQVILLO, & cæteris illustribus historicis curiosissime excerpsimus. A Constantini autem supradicto anno usque ad consu-

Hieronymus interpretis & scriptoris officio functus est.

latum

A latum Augustorum Valentis VI, & Valentiniani iterum totum meum est. Quo fine contentus, reliquum tempus Gratiani & Theodosij latioris historiæ stylo reseruaui: Non quo de uiuentibus timuerim libere & uere scribere: timor enim dei hominum timorem expellit, sed quoniam, debachantibus adhuc in terra nostra Barbaris, incerta sunt omnia.

EVSEBII PAMPHILI CAESARIENSIS IN CHRONICON SVVM PRAEFATIO D. HIERONYMO INTERPRETE.

B MOSEN gentis hebraicæ, qui primus omnium Prophetarum ante aduentum Domini Saluatoris diuinas leges sacris literis explicauit, Inachi fuisse temporibus eruditissimi uiri tradiderunt: Ex nostris Clemens & Africanus, & Tracianus: ex Iudæis, Iosephus, & Iustus, ueteris historiæ monimenta replicantes. Porrò Inachus quingentis annis Troianum bellum antecedit: Ex ethnicis uero impius ille Porphyrius in quarto sui operis libro, quod aduersum nos casso labore contexuit, post Mosen Semiramim fuisse affirmat, quæ apud Assyrios CL ante Inachum regnauit annis. Itaq; iuxta eum DCCC penè & L annis Troiano bello Moses senior reperitur. Cum hæc ita se habeant, necessarium duxi ueritatem diligentius persequi: Et ob id in priore libro quasi quandam materiam futuro operi omniũ mihi regum tempora prænotaui, Chaldæorum, Assyriorum, Medorum, Persarum, Lydorum, Hebræorum, Aegyptiorum, Athenien sium, Sicyoniorum, Argiuorum, Lacedæmoniorum, Corinthiorum, Thessalorum, Macedonum, Latinorũ, qui postea Romani nuncupati sunt. In præsenti autem stylo eadem tempora contra seinuicem ponens, & singularum gentium annos dinumerans, ut quid cuique coætaneum fuit ita curioso ordine coaptaui. Neque me fugit, in hebræis codicibus dissonos ætatum annos inueniri, plusq; uel minus, prout interpretibus uisum est lectitari, sequendumq; illud potius, quod exemplariorum multitudo in fidem traxit. Verum utcunq; quis uolet computet, & reperiet Inachi tempo ribus, quem primum Argis regnasse aiunt, Patriarcham Hebræorum fuisse Israëlem, à quo XII Iudæorũ tribus Israëlitis uocabulum sortitæ sunt. Semiramim autẽ & Abraham contemporales fuisse manifestum est. Nam Moses licet iunior supradictis sit omnibus, tamen quos Græci antiquissimos putant senior deprehenditur, Homero scilicet & Hesiodo, Troianoq; bello, ac multo supe-

Inachus.

XII tribus Israëlis unde dictæ.

C rior Hercule, Musæo, Lino, Chirone, Orpheo, Castore, Polluce, Aesculapio, Libero, Mercurio, Apolline, & cæteris dijs gentium, sacrisq; uel uatibus. Ipsius quoque Iouis gestis, quem Græcia in arce diuinitatis collocauit. Hos inquam, omnes quos enumerauimus, etiam post Cecropem Diphyem primum Atticæ regem fuisse conuincimus. Cecropem autē præsens historia Mosi coætaneum ostendit, & antecedere Troianum bellum annis CCCL. Quod ne cui dubium uideatur, sequens ratio sic probabit: Quadragesimo secundo anno imperij Augusti CHRISTVS natus est, quindecimo Tiberij anno prædicare orsus est. Si quis igitur retrorsum annorum supputans numerum alterum Darij regis Persarum quærat annum, sub quo templum Hierosolymorum, quod à Babylonijs destructum fuerat, instauratum est, reperiet à Tiberio usque ad Darium annos DXLVIII: Darij quippe secundus annus sexagesimæ quintæ Olympiadis anno primo fuit: & Tiberij XV in ducentesimam decimam Olympiadem incurrit. Fiunt ergo inter Darium & Tiberium Olympiades CXXXVII, anni DXLVIII quadriennio in una Olympiade supputato. Deinde secundo Darij anno, LXX desolationis templi annus expletur, à quo usque primam Olympiadem retrorsum numerantur Olympiades LXIIII, anni CCLVI. Qui similiter supputantur à supradicto desolationis templi anno usque ad L annum Oziæ regis Iudæorum, sub quo Esaias & Ozee fuerunt. Itaque prima Olympias in Esaiæ & reliquorum incurrit ætatem, qui cum eo prophetauerunt. Rursum si à prima Olympiade ad superiora tempora usque ad captiuitatem Troiæ proueharis, inuenies annos CCCCLX, quos & nos in priore opusculo digessimus, ut curiosissima Græcorum historia conscribit. Item apud Hebræos à supradicto Oziæ anno, & temporibus Esaiæ prophetæ usque ad Sampson, & tertium annum Labdon iudicis, supputabis annos CCCCLX. Sampson autem est, quem in corporis robore Herculi similem ferunt posteri Iudæorum: Et mihi uidentur non multum inter se distare tempore, si quidem ambo circa Troiæ captiuitatem fuerunt. Post hoc iterum ad priora conuerte te, & cum CCC tibi & XXVIII annos pes retroactus impleuerit, Græcorum Cecropem Diphyem, & Mosen inuenies Hebræorū. Nam & XLV Cecropis anno usque ad captiuitatem Troiæ, & ab LXXX ætatis Mosi anno, in quo populum Israeliticum de Aegypto eduxit, usque ad Labdon & Sampson iudices, computantur anni CCCXXVIII. Itaque sine ulla ambiguitate Moses & Cecrops, qui primus Athenienſium rex fuit, ijsdem fuere temporibus. Porrò iste est Cecrops Diphyes indigena, sub quo primum in arce Oliua orta est, & Athenienſium urbs ex Mineruæ appellatione sortita nomen. Hic primus omnium Iouem appellauit, simulachra reperit, aram statuit, uictimas immolauit, nequaquam istiusmodi rebus in Græcia usquam uisis. Cætera quoque quæ apud Græcos mira iactantur posteriora Cecropis annis deprehenduntur. Si autem Cecropis, consequenter & Mosi, qui cum Cecrope fuit. Post hunc enim scribitur diluuium sub Deucalione, incendium sub Phaëtonte, Erichthonius Vulcani & Terræ filius, Dardanus qui Dardaniam condidit, de quo Homerus:

Quem primum genuit cœlesti Iuppiter arce.

Liber quoque, & raptus Europæ, sacra Cereris atque Isidis, delubrum in Eleusina, frumenta Triptolemi, regnum Trois,

Cuius dij natum Ganymedem ad sydera raptum
Vina Iouis magni uoluerunt fundere mensis.

Cecrops.

Sampson Hercules potest ui deri.

ἀκτὴν enim uocant græce.

Cecropis inuenta.

Quo

A Quo tempore quoque Tantalus & Tityus fuerunt, & Apollo natus. Nam & Latona Iouis coniunx tunc † Paticia fugit. Latonæ autem & Iouis Apollo filius. Post quos Cadmus Thebas uenit, qui Semelen genuit, de qua † Ortygiam

Pulcherrima proles
Liber condignam partu tulit edita frugem.

Porrò Liber & reliqui, quos mox inferemus, post CC annum Cecropis fuerunt: Linus scilicet & Zetus, & Amphion, Museus, Orpheus, Ninus, Perseus, Aesculapius, gemini Castor & Pollux, Hercules cum quo Apollo seruiuit Admeto. Post quos facta est Troianæ urbis euersio, quam Homerus longo sequitur interuallo. Homerus autem Solone & Thalete Milesio, cæterisq; qui cum hijs septem Sapientes appellati sunt, multo prior reperitur. Deinde Pythagoras extitit, qui se non sapientem ut priores, sed φιλόσοφον, id est amatorem sapientiæ dici uoluit. Quem secutus Socrates, Platonem erudiuit, à quo famosa in partes philosophia diuisa est. Horum singulos iuxta ordinem sequentis historiæ suis locis inseremus. Igitur Moses cunctos quos supra memorauimus antecedit, qui ætate Cecropis fuisse monstratus est. Ab LXXX autem anno Mosi, & egressu Israël ab Aegypto, rursus ad superiora conuersus usque ad primum annum Abrahæ, reperies annos DL. Quos similiter à XLV anno Cecropis usque ad Ninum & Semiramim Assyriorum principes supputabis. Primus quippe omnium Asiæ, exceptis Indis, Ninus Beli filius regnauit. Itaq; manifestum est Abrahã Nini ætate generatũ, iuxta eum tamen numerum, quẽ contractiorem editione uulgata sermo præbet Hebræus. Verum incuriositate ne cesses: & cum diuinam scripturam diligenter euolueris, à natiuitate Abrahæ Homerus septem sapientibus maior.

B usque ad totius orbis diluuium inuenies retrorsum annos DCCCXLII. Item à diluuio usque ad Adam II CCXLII, in quibus nulla penitus nec græca, nec barbara, ut loquar in commune, gentilis reperitur historia. Quamobrem præsens opusculum ab Abraham omnino usque ad nostram ætatem inferiora tempora persequetur: & statim in principio sui Hebræorum Abraham, Assyriorum Ninum & Semiramim proponet. Quia neque Athenarum adhuc urbs, neque Argiuorum regnum nomen acceperat, solis Sicyonijs in Græcia florentibus. Apud quos temporibus Abrahæ & Nini Europem secundum regnasse ferunt; Quod cur etiam nos putemus, ex sequentibus demonstrabitur. Si enim diligenter enumeres ab ultima ætate Nini usque ad Troiæ captiuitatem, inuenies annos DCCCXXXIII. Item in Sicyone à XXII anno regis Europis usque ad supradictum tempus, eosdem annos inuenies DCCCXXXIIII. Apud Hebræos quoque à natiuitate Abraham usque ad Labdon & Sampson iudices Hebræorum, qui Troianis temporibus populo præfuerunt, æque supputabis annos DCCCXXXIIII. Item apud Aegyptios ab ætate Nini & Semiramidis, quo tempore sextadecima iam Dynastia Thebæi Aegyptijs imperabant, usque ad XX Dynastiam, & regem Aegypti Thuorim, qui ab Homero Polybus uocatur, sub quo Troia capta est, colliguntur etiam supradicti anni DCCCXXXIIII. Igitur consequenter in libelli fronte ponimus uno eodemq; tempore Abraham, Ninum, Semiramim, Europem, Aegyptiorum Thebeos. Et hæc quidem ita se habere ut præfati sumus, posterior textus ostendet. Nunc illud in cura est, ut etiam Hebræorum annos in quatuor tempora diuidamus. Ab Abraham usque ad Mosen: à Mose usque ad primam ædificationem templi, à prima ædificatione templi usque ad secundam instaurationem eius: ab instauratione eius usque ad aduentum Domini. A natiuitate quippe

C Abrahæ usque ad Mosen, & egressū Israël ex Aegypto, computantur anni DL. A Mose usque ad Solomonem, & primam ædificationem templi, anni CCCCXXIX: secundum minorem tamen numerum, quem tertius Regnorum liber continet. Nam iuxta uolumen Iudicum supputantur anni DC. A Solomone uero usque ad instaurationem templi, quæ sub Dario Persarum rege facta est, colliguntur anni DXII. Porrò à Dario usque ad prædicationē domini nostri IESV CHRISTI, & usque ad undecimum annū Tiberij principis Romanorum explentur anni DXLVIII. Itaque simul sunt ab Abraham usque ad quindecimum Tiberij annum, anni $\overline{II}$ CCCCXL. Similiter à Nino & Semiramide usque ad Mosen & Cecropem, anni DL. A Cecrope usque ad captiuitatem Troiæ, anni CCCXXIX. A captiuitate Troiæ usque ad primam Olympiadem, anni CCCCLX. A prima Olympiade usque ad secundum Darij annum, & instaurationem templi, anni CCLVI. A secundo Darij anno, & instauratione templi usque ad quindecimum annū Tiberij Cæsaris, anni DXLVIII. Fiunt simul à Nino & Semiramide usque ad quindecimum Tiberij annum, anni $\overline{II}$ CCCCXXX. quos & ab Abraham usque ad Tiberium ostendimus supputatos. A Tiberij autem quindecimo anno, usque ad decimum quartum annum Valentis, quo interijt, numerantur anni CCCLI. Itaque fiunt anni istius historiæ, $\overline{II}$ CCCXCV. Et ne longus ordo numerorum aliquid forte turbationis afferat, omnem annorum congeriem in decadas decidimus, quas ex singularium gentium historijs congregantes sibi inuicem fecimus esse contrarias, ut facilis præbeatur inuentio, cuius Græci ætate, uel Barbari, Prophetæ, & Reges, & Sacerdotes fuerint Hebræorum. Item qui diuersarum gentium falsò crediti Dij, qui Heroës, aut quando Vrbs condita, qui de illustribus uiris Philosophi, Poëtæ, Principes, scriptoresq; uariorum operum extiterint, & si qua alia digna memoria putauit antiquitas, quæ uniuersa in suis locis summa breuitate ponemus.

EVSEBII PAMPHI

LI CAESARIENSIS CHRONICON,

DIVO HIERONYMO INTERPRETE.

INCIPIVNT tempora totius seculi, Regesq; gentium omnium, quibus locis, quibusq; temporibus in suis prouincijs, & quantum regnauerint, uel si quid memoriæ dignum per generationes, natiuitates & regna, & ducatus, per omnem actum iudicum, & omnium regum Iuda, & aliorum qui non ex eadem tribu regnauerunt, & per regnũ Assyriorum, cæterarumq; gentium, & tempora Dictatorum cum Consulibus ordinarijs. Sed & tempora Imperatorum & Cæsarum, & quibus temporibus historiographos fuisse dixerunt: sed & successiones eorundem, quod per ordinem rerum superius declaratum est. Quorum uniuersa tempora, gesta, siue apud Hebræos, uel apud Græcos, uel apud Romanos, siue apud Barbaros, cæterasq; gentes quæ gesserunt uel constituerunt per historias, in hoc libro plenissime demonstrantur: quod & in libro hoc historiæ singulæ conscriptæ declarant deorum generationem, uel singulorum progeniẽ, siue hijs temporibus ipsis antelatis quæ gesserunt, & tempora Olympiadum, ex quo primus agon gymnicus constitutus, quod Græci Olympias appellant. *Olympias Græcorũ.*
Et quo tempore aduentus fuit saluatoris nostri IESV CHRISTI, B siue passio eius: simulq; & nomina Episcoporum Ecclesiarum numero quatuor, hoc est, Romanorum, Alexandriæ, Hierosolymorum, & Antiochiæ, qui per easdem ciuitates Metropoles prouinciarum Episcopi, quantum temporis singuli sederint, uel qui eorum episcopatus tempore sui martyrij coronatus sit, siue tempora persecutionum, quibus temporibus Ecclesiæ dissipatæ sint. Sed *Quatuor primæ mariæ Episcoporum sedes.*
& tempora regum Macedonum, Alexandriæ, & quoto agone Olympiacorũ, uel quibus temporibus seu Consulibus finem Alexander fecerit Iudæis, uel Vespasianus insecutionem siue destructionem templi eorum miserit, & tributa eis constituit, numeratio temporum non solum ante hominum genus, sed etiam ante lumina ipsa atque stellas esse cognoscitur. Nam cum primum fecit deus cœlum & terram, cum ipsis quoque elementis, quæ in hijs elementis condita sunt, id est, aqua & spiritus, abyssoq; & tenebræ, necdum luminibus, neque syderibus constitutis, dixit deus: Fiat lux: & facta est lux: Et uidit deus lucem quia bona est, & separauit deus inter lucem & tenebras, & uocauit deus lucem diem, & tenebras uocauit noctem: & factum est uespere & mane dies unus. Hic primus dies seculi, non primus dierum omnium. Ideóque non primus, sed unus nominatus est. Secundo autem die factum est firmamentum in medio aquarum, quod & diuisit inter aquam & aquam. Tertio autem die congregatæ sunt aquæ quæ sunt sub cœlo, in congregationem unam, & apparuit arida, quam deus terram nominauit, atque congregationes aquarum appellauit maria. Herbamq; produxit terra, & lignum fructiferum cum semine suo. Quarto igitur die facta sunt luminaria duo in firmamento cœli, ut luceant super terram ad inchoationem diei & noctis, & ut diuidant inter diem & noctem, & sint in signa, & tempora, & dies, & annos, & sint in splendo-

C rem firmamenti cœli, & luceant ſuper terram. Quibus ita perfectis, manifeſtum eſt luminibus ipſis antecedere lucem tribus diebus. Vnde mihi uidentur Aegyptij, cæteræq; gentes hoc ſequentes decretum, quatuor annis impletis, diem integrum ſuperfluum adijcere, quem etiam Biſſextum nominauere. Nam cum tres dies iſtos computare qui ſint, atque recogitare uoluerimus, unius anni centeſimam uigeſimamq; partem iſtam eſſe cognoſcimus. Centeſima autem & uigeſima dies inuicem computata, iſta tertia pars eſſe anni dignoſcitur. Tertia ergo addita parte annali quadriennio, dies integer completur, atque ad partium partes menſes atque anni ſuperflui computantur, quos Hebræi quidem emboliſmos uocare ſolent, Aegyptij autem exaltationes ſyderum atque ſtabilitates appellant: imò biſſextum ob rememorationem lucis atque dierum & noctium, quæ luminibus triduum anteceſſerunt celebriter, ideo quod tres dies ſine autore ſole proceſſerunt. Nos igitur tempora conſcribimus, non quæ ſunt ſeculi mundi, neque luminum aut ſyderum, neque fructuum aut lignorum, aut piſcium, ſed generationes hominum, cuius primus fuit Adam, factus ſexto die. Quinto autem die dixit Dominus: Educant aquæ reptilia animarum uiuarum, & uolatilia aëris cœli. Et factum eſt ſic. Et fecit deus beluas, & cetos, & omnem animam uiuam repente quas eduxerunt aquæ ſecundum ſuum genus. Et uidit deus quia bona ſunt, & benedixit ea deus, & dixit: Creſcite, & multiplicamini, & replete aquas quæ ſunt in mari, & uolatilia multiplicentur ſuper terram: Et factum eſt ueſpere & mane dies quintus. Sexto autem die dixit Dominus: Educat terra animam uiuam ſecundum genus ſuum, quadrupedia & reptilia, beſtias terræ ſecundum ſuum genus:

D Et uidit deus quia bona ſunt, & dixit: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, & habeat poteſtatem piſcium maris, & uolatilium cœli, & omnium iumentorum, & totius terræ, & omnium reptilium quæ ſunt ſuper terram. Et fecit deus hominem, ſecundum imaginem dei fecit eum: maſculum & fœminam fecit eos, & benedixit eos, dicens: Creſcite & multiplicamini, & replete terram, & dominamini eius, & habete poteſtatem piſcium maris, & uolatilium cœli, & omnium reptilium quæ ſunt ſuper terram. Quomodo autem deus eum, & unde fecerit, poſt alia dicit: Et finxit hominem deus de limo terræ, & inſufflauit in faciem eius ſpiritum uitæ, & factus eſt homo in animam uiuentem. Et iterum poſt alia: Et dixit Dominus deus: non eſſe bonum hominem ſolum, faciamus ei adiutorium ſecundum eum. Et poſt alia: Adæ autem non eſt inuentus adiutor ſimilis illi: Et immiſit deus ſopor em in Adam, & obdormiuit: & apprehendit unam coſtam de latere eius, & repleuit locum caro eius: Et ædificauit Dominus coſtam quam ſumpſit ab Adam in mulierem, & adduxit eam ad Adam uidere quid eam uocaret. Et dixit Adam: Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea: Hæc uocabitur Virago, quia de uiro ſuo ſumpta eſt. Ex hijs duobus omnis hominum multitudo procreata eſt. Vnde etiam nos dinumerationem temporum facientes incipimus, Adam, Eua. Adam autem uocauit nomen mulieris ſuæ Eua, quod interpretatur uita, quia ipſa eſt mater uiuentium. Adam autem cognouit Euam uxorem ſuam, & concipiens peperit Cain, & dixit: Acquiſiui homínem per deum, & adiecit fratrem illius parere Abel. Et factus deo obſequens paſtor ouium, Cain uero agricola. Igitur cum uterque de ſuorum laborum fructibus immolarent, apparerent autem oblationes Abel acceptabiles magis coram Domino, tactus Cain inuidia, inſolens fratrem innocentem

Biſſextus.

Emboliſmus.

Eua quid ſonet.

innocentem interemit, cuius morte genitor consternatus, ac subletus in tempora, ab amplexu coniugis abstinuit Adam. Cum uero esset annorum CL genuit Seth, deinde alios mares & fœminas. Fuerunt autem anni eius DCCCCXXX. Seth autem cum esset annorum CXXX genuit Enos: deinde in tempus alios mares & fœminas. Fuerunt autem anni eius DCCCC XII. Enos uero cum iam esset nonagenarius genuit Cainam: deinde alios filios & filias. Fuerunt autem anni eius DCCCCV. Cainam uero cum esset septuagenarius genuit Malaleel: deinde alios filios & filias. Fuerunt omnes anni eius DCCCCX. Malaleel quadragenarius genuit Iareth, deinde alios filios & filias. Fuerunt anni eius DCCCXCV. Iareth in CLXII anno genuit Enoch: deinde in tempora alios filios & filias. Fuerunt anni eius omnes DCCCCLXII. Enoch autem LXV anno genuit Mathusalem: deinde alios filios & filias. Vir fuit iustus, uixit in humanis annis CCC LXV, & assumptus est. Mathusalem uero in CLXXXVII anno genuit Lamech: deinde alios filios. Omnes anni eius DCCCCLXIX. Lamech autem anno CLXXXII genuit Noë, qui interpretatur consolator ab operibus manuũ nostrarum in terra cui maledixit Dominus: & deinde alios filios & filias. Fuerunt omnes anni uitæ eius DCCLXXVIII. Superiori tempore Cain fratricida ob diuinam indignationem profugit ad orientalem plagam, & consedit apud regionẽ Eden. Cognouit autem uxorẽ suam, & genuit Enoch, ad cuius proprium nomen fundauit urbem in uocabulo filij. Porrò Enoch genuit Gaidad, qui genuit Mauiaël, qui genuit Mathusalã, qui genuit Lamech, qui ex argumento uaticinatus diuinam ultionem septuplam fuisse in Cain propter homicidium fratris. Si autem septuagies septies futuram ob necatum à se adolescentem sui uulneris in liuore. Iste Lamech duxit sibi binas uxores, Addam scilicet & Sellam. Ex Adda genuit Iobel, qui primum intra tentoria habitaculis moram gessit. Ex eadem genuit Iubal, qui fuit citharœdorum primus. Ex Sella genuit Thobel, qui mirabilis malleator fuit in omni fabrili arte metallorum. Noë uero cum quingentorum esset annorum, genuit Sem, Cham, & Iaphet. Et cum multiplicassent homines super terram ualde, ac ducerent uxores speciosas, in quarum forma exardescerent in concubitum, prout cuiusque libido fuit, ex quibus Gigantes uiri famosi potentes à seculo geniti in populos flagitiosos crescerent, procliues in omne facinus, spreto diuino timore, sine cultu religionis. Cum foret autem Noë solus iustus placens deo in generationibus suis, decreuit deus seruari de quacunque specie ad reparandum semen cuiuslibet animantium: cætera autem uniuersa per diluuium perdere ac ulcisci, ab homine usque ad pecus, tam uolatilium quàm reptantium super terram. Instituit ergo Noë fabricari Arcam ex lignis elaboratis, & leuigatis tabulamentis: altam XXX cubitis, latam L, longam CCC, & in cubitu consummatam, bitumine linitã intrinsecus & extrinsecus, diuisam in mansiunculas & tristega. In quam sic dispositam introiuit Noë cum filijs & uxoribus suis, ac introduxerũt nutu dei ex omnibus animantibus mundis; ex fœminis septena, ex immundis uero bina: Escam similiter iuxta propriã cuiuslibet naturã conuenientia ad uescendũ pabula. Septimo autẽ die ab ingressu Arcæ, quæ fuit XVII mensis secundi, excesserunt aquæ terminos & confinia naturæ, tantaq; uis imbrium largissimorum est exorta, tam ingens aquarum abyssus inuasit cõtinuo incremento per dies quadraginta scissis cataractis cœli, donec nedum superficiẽ totius orbis, sed uniuersa montium cacumina sub undis inuoluerent cubitis XV altiores,

Adam. *Seth.* *Enos.* *Cainam.* *Maldeel.* *Iareth.* *Enoch.* *Mathusalem.* *Lamech.* *Noë.* *Cain.* *Enoch.* *Iobel.* *Iubal primus citharœdus.* *Thobel.* SECVNDA AETAS. *Gigantes.* *Arca Noë.*

	Oly.		Ioannem Apostolum usq; ad Traiani tempora Irenæus	
	220.	3	Episcopus permansisse scribit, post quem auditores eius	103
			insignes fuerunt Papias Hieropolitanus Episcopus, &	
			Polycarpus Smyrneus, & Ignatius Antiochenus.	
		4	Traianus de Dacis & Scythis triumphat.	104
		5	Traianus uicto rege Decebalo Daciam fecit prouinciã,	105
			Hyberos, Sauromatas, †Asroënos, Arabes, Bosphoranos, Colchos in fidem accepit, Seleuciã & Ctesiphontẽ	
		6	Babylonem occupauit, & tenuit in mari rubro classem,	106
	Oly.		& instituit ut per eam Indiæ fines uastarentur.	
	221.		Romæ aurea domus incendio conflagrauit.	
		7	Terræmotu quatuor urbes Asiæ subuersæ, Elea, Myrrhina, Pytanæ, Cymæ, & Græciæ duæ Opũtiorũ & Oritorũ.	107
		8		108
		9	Alexandrinæ ecclesiæ IIII Episcopus ordinatur nomine	109
		10	Traiano aduersus Christianos persecuti (Primus, an: 12.	110

onem

†Forte Agarenos legendum est ex Dione. Osroenos.

A An: mũdi.		Romanorum.	An: domini.
		onem mouente Simon filius Cleophæ, qui Hierosolymis	
Oly.		Episcopatum tenebat, crucifigitur, cui succedit Iustus.	
222.	11	Ignatius quoq; Antiochenæ ecclesiæ Episcopus Romã	111
		perductus bestijs traditur, post quẽ tertius Episcopus cõ	
		Plinius Secundus cum quandã prouinciã (stituit Eron.	
		regeret, & in magistratu suo plurimos Christianorũ inter/	
		fecisset, multitudine eorum perterritus, quæsiuit à Traia/	
		no, quid facto opus esset, nuntiãs ei. Præter obstinationẽ	
		non sacrificandi, & antelucanos cœtus ad canendum cui/	
		dam Christo deo, nihil apud eos reperiri. Præterea ad cõ	
		ferendam disciplinam uetari ab hijs homicidia, furta, adul	
		teria, latrocinia, & hijs similia. Ad quæ commotus Traia/	
		nus rescribit: hoc genus quidem inquirendos non esse,	
		oblatos uero puniri oportere. Tertullianus refert in Apo/	
		logetico.	
		ALEXANDER V Rom: ecclesiæ Episcopatũ tenet an: 10.	
5310	12	Plinius Secundus Nouocomẽsis Orator & historicꝰ insi	112
gnis habeẽ, cuius plurima ingenij opera extant, perijt dum inuisit Vesuuium.			
		Tres Galatiæ ciuitates terræmotu erutæ.	
	13	Pantheon Romæ fulmine concrematum.	113
B	14	Post Iustum ecclesiæ Hierosolymitanæ Episcopatũ IIII	114
		susceptt Zachæus, post quẽ V Tobias, cui succedit VI	
Oly.		Beniamin, ac deinde VII Ioannes, & VIII Matthias,	
223.		in cuius locum IX constituitur Philippus.	
	15	Traianus Armeniam, Assyriam, Mesopotamiam fecit	115
		prouincias.	
	16	Terræmotus Antiochiam penè totã subruit ciuitatem.	116
	17	Iudæi qui in Libya erant aduersum cohabitatores suos	117
		alienigenas dimicant. Similiter in Aegypto & in Alexan/	
		dria, apud Syrenem quoq;, & Thebaidem magna sedi/	
		tione contendunt, uerum gentilium pars superat in Ale/	
		xandria.	
	18	Iudæis Mesopotamiæ rebellantibus præcepit Imperator	118
		Traianus Lysiæ Quieto, ut eos prouincia exterminaret,	
Oly.		aduersus quos Quietus aciem instruens infinita milia eo/	
224.		rũ interfecit, et ob hoc Procurator Iudææ ab Imperatore	
	19	Salaminam urbem Cypri interfectis in (decernitur.	119
		ea gentilibus, subuertere Iudæi.	
	20	Traianus morbo in Selenunti perit, siue, ut alibi scriptũ	
		reperimus, apud Seleuciam Isauriæ profluuio uentris ex/	
		tinctus est, anno ætatis 63, mense 9, die 4. Ossa eius	
		in urnam auream collata, & in foro sub columna posi/	
		ta, solusq; omnium intra urbem, & in foro sepultus est.	

An. mũdi.		Romanorum.	Anni domini.
		ADRIANVS XII Romanorũ regnauit annis 21.	
	1	Adrianus Italicæ in Hiſpania natus, conſobrinæ Traiani filius fuit.	120
		Adrianus Alexandriam à Romanis ſubuerſam publicis inſtaurauit expenſis.	
		Adrianus Traiani inuidẽs gloriæ, de Aſſyria, Meſopotamia, Armenia, quas ille prouincias fecerat, reuocauit exer	
	2	Adrianus Iudæos capit ſecundo contra Roma= (citus.	121
		Senatus Traianum in deos refert. (nos rebellantes.	
		Adrianus eruditiſſimus fuit in utraq; lingua, ſed in puerorum amore parum continens fuit.	
		Adrianus reliqua tributorum urbis relaxauit, chartis publice incenſis: plurimos etiam ipſis tributis liberos præſtitit.	
		SIXTVS VI Romanæ eccleſiæ Epiſcopatũ tenet annis	10.
	3	Plutarchus Cheronæus, & Sextus, & Agathobolus, &	122
		Oenomaus Philoſophi inſignes habentur.	
		Alexandrinæ eccleſiæ V conſtituit Epiſcopus Iuſtus	
Oly.		Bellum contra Sauromatas geſtum. (annis 11.	
225.	4	Terræmotu facto Nicomedia ruit, & Nicenæ urbis pluri	123
		ma euerſa ſunt, ad quarum inſtaurationem Adrianus de publico eſt largitus impenſas.	
		Euphrates Stoicus Philoſophus moritur.	
	5	Adrianus in Libyam, quæ à Iudæis uaſtata fuerat, Colonias deducit.	124
	6	Adrianus Athenienſibus leges petentibus ex Draconis & Solonis, reliquorumq; libris iura compoſuit.	125
	7	Cephiſus fluuius Eleuſinam inundauit, quem Adrianus ponte coniungens Athenis hyemem exigit.	126
Oly.		Hieroſolymis X poſt Philippum cõſtituitur Epiſcopus	
226.	8	Seneca, poſt quem XI Iuſtus, cui ſucceſſit XII Leui,	127
		poſt quem XIII Ephres, XIIII Ioſes, XV Iudas. Hij omnes uſq; ad euerſionem, quam ab Adriano perpeſſa eſt Hieruſalem, ex circunciſione Epiſcopi præfuerunt.	
		Adrianus ſacris Eleuſinæ initiatus, multa Atheniẽſibus bona largitus eſt.	
	9	Quadratus diſcipulus Apoſtolorum, & Ariſtides Atheni	128
		enſis noſter Philoſophus, libros pro Chriſtiana religiõe	
		Adriano dedere compoſitos. Et Serenus Granius lega	
		tus uir apprime nobilis literas ad Imperatorem mittit,	
	10	iniquiſſimum eſſe dicens, clamoribus uulgi innocenti	129
		um hominum ſanguinem concedi, & ſine ullo crimine	
		nominis tantum & ſectæ reos fieri. Quibus cõmotus A	
	11	drianus Minutio Fundano Proconſuli Aſiæ ſcripſit, ſine	130

obiectu

	Anni mũdi.		Romanorum.	Anni domini.
A	Oly.		obiectu criminum Christianos non condemnandos. Cu/ius Epistolæ usq; ad nostrã memoriam durat exemplum.	
	227.		Imperator Adrianus pater patriæ appellatur, & uxor eius Augusta.	
		12	TELEOPHORVS VII Romanæ ecclesiæ Episcopatum suscepit annis 11.	131
			Antiochiæ constituitur IIII Episcopus Cornelius.	
			Nicopolis & Cæsarea terræmotu conciderunt.	
		13	Antinous puer egregius eximiæ pulchritudinis in Aegypto moritur, quem Adrianus diligenter sepeliens: nam in delicijs habuerat, in deos refert, ex cuius nomine etiam urbs appellata est.	132
	5330			
	5331	14	Alexãdrinæ ecclesiæ VII Episcopus præfuit Eumenes	133
			Templũ Veneris ab Adriano Romæ factum. (an: 13.	
		15	Saluius Iulianus perpetuum composuit Edictum.	134
			Adrianus Athenis hyemem exigens Eleusinã inuisit.	
	Oly.		Adrianus cum insignes & plurimas ædes Athenis fecisset agonem edidit, bibliothecamq; miri operis extruxit.	
	228.			
		16	Iudæi in arma uersi Palæstinam depopulati sunt, tenente	135
			prouincia Tynio Rufo, cui ad opprimendos rebelles	
			Adrianus misit exercitum.	
B			Phauorinus & Palæmon Rhetores insignes habentur.	
		17	Basilides hæresiarches in Alexandria cõmemoratur, à quo	136
			Cochebas dux factionis Iudæorum nolen (Gnostici.	
			tes sibi Christianos aduersum Romanum militem ferre	
			subsidium, omnimodis cruciatibus necat.	
			Quadragesimale ieiunium à Telesphoro per hoc tem	
			pus institutum, ac præceptum quidam scribunt.	
		18	Bellum Iudaicum quod in Palæstina gerebatur finem ac/cepit, rebus Iudæorum penitus oppressis. Ex quo tẽpore	137
			etiam introëundi eis Hierosolymam licentia ablata, pri/	
		19	mum dei nutu, sicut Prophetæ uaticinati sunt, deinde Ro	138
			manis interdictionibus.	
	Oly.		Hierosolymis primus ex gentibus constituitur Episco	
	229.		pus Marcus, cessantibus hijs qui fuerant ex Iudæis.	
		20	Aelia ab Aelio Adriano condita, & in fronte eius portæ	139
			qua Bethleem egredimur, Sus sculptꝰ in marmore, signi/ficans Romanæ potestati subiacere Iudæos. Nonnulli à	
			Tito Aelio filio Vespasiani extructam arbitrantur.	
		21	Adrianus morbo intercutis aquæ apud Baias moritur	140
			maior sexagenario.	
			T: ANTONINVS cognomento Pius, cum liberis suis	
			Aurelio & Lucio XIIII Romanorũ regnauit an: 23, mensibus 3.	

Anni mũdi.		Romanorum.	An: domini.
	1	Antoninus pater patriæ appellatur.	141
		Galenus medicus hijs temporibus claruit.	
5340	2	HYGINVS VIII Romanæ ecclesiæ Episcopatum susci	142
		pit annis 4.	
Oly.		Sub Hygino Romanæ urbis Episcopo Valentinus hære	
230.		siarches, & Cerdo magister Marcionis Romam uenerunt.	
	3	Iustinus Philosophus librum pro nostra religione conscri	143
		ptum Antonino tradidit.	
	4	Heros V Antiochiæ constituitur Episcopus.	144
	5	Marcus VII Alexandriæ Episcopatum susçipit an: 10.	145
	6	PIVS IX. Romana ecclesia episcopatum tenet an. X.	146
Oly.		Valẽtinus hæreticus agnoscit, et permanet usq; ad Anicetũ.	
231.		Sancitum est à Pio, ut resurrectio dominica die dominica	
		celebret, quod à pluribus postea Põtificibus cõfirmatũ est.	
	7	Mesomedes Cretensis Citharœdorum carminũ musicus	147
		Poẽta agnoscitur.	
	8	Taurus Berythius platonicæ sectæ Philosophꝰ clarꝰ habet.	148
	9	Arianus Philosophus Nicomediensis agnoscitur, & Maxi	149
		mus Tyrius.	
	10	Apollonius Stoicus natione Chalcidicus, & Basilides Sy	150
Oly.		ropolitanus Philosophi illustres habentur, qui Veri quoq;	
232		Cæsaris præceptores fuerunt.	
	11		151
5350	12	Celadion VIII Alexãdrinæ ecclesiæ Episcopꝰ præfuit an: 14.	152
	13	Crescens Cynicus agnoscitur, qui Iustino nostri dogmatis	153
		Philosopho, qui se gulosum & præuaricatorem Philoso	
	14	phiæ arguebat, persecutionem suscitauit, in qua ille glorio	154
Oly.		se pro Christo sanguinem fudit.	
233.	15		155
	16	ANICETVS X Romanæ ecclesiæ Episcopatum tenet	156
		an: 10. sub quo Polycarpus Romam ueniens multos ab	
	17	hæretico errore correxit.	157
	18		158
Oly.		Cassianus XVII Hierosolymæ Episcopatũ post Marcum	
234.	19	susçepit, post quẽ XVIII Publius, cui succedit XIX Maxi	159
	20	mus, XX Iulianus, XXI Gaianus, XXII Symmachus,	160
	12	XXIII Caius, XXIIII Iulianus, XXV Capito.	161
5360	22	Antoninus Pius suo patrimonio opulentissimus, proprias	162
		opes amicis liberalissime tribuit, ærarium uero publicum di	
		tissimum reddidit.	
Oly.		Antoninus tantæ æquitatis fuit, ut plurimæ nationes depo	
235.		sitis armis suæ solæ sententiæ paruerint.	
		Antoninus Pius apud Lorum uillam suam 12 ab	

	Anni mũdi.		Romanorum.	An: domini.
		23	urbe miliario mõritur, anno uitæ ſuæ 72.	163
			MARCVS ANTONINVS qui & Verus, XIIII Romanorũ re/	
			gnauit, & Lucius Aurelius Cõmodus, annis 19, menſe uno.	
		1	Hij primum æquo iure imperium miniſtrauerunt, cum	164
			uſq; ad hoc tempus ſinguli Auguſti fuerint.	
		2	Lucio Cæſari Athenis ſacrificanti ignis in cœlo ab orien	165
			te in occidentem ferri uiſus. (depopulatus eſt.	
		3	Vologeſus rex Parthorũ, uicinas ſibi Romanas, puincias	166
	Oly.		Fronto Orator inſignis habetur, qui Marcum Antoninũ	
	236.		Verum latinis literis erudiuit.	
		4	Seleucia Syriæ urbs cum trecentis milibus hominum à	167
			Romanis capta.	
		5	Apud Piſas Peregrinus Philoſophus rogo quem ex li=	168
			gnis compoſuerat incenſo, ſemet ſuperiecit.	
		6	L. Cæſar de Parthis cum fratre triumphauit.	169
			Agrippinus IX Alexandrinæ eccleſiæ Epiſcopus, præfuit an: 12.	
		7	Perſecutione orta in Aſia, Polycarpus & Pionius fecere	170
			martyrium, quorum ſcriptæ quoq; paſſiones feruntur.	
	Oly.		Plurimi in Gallia glorioſe ob Chriſti nomen interfecti,	
	237.		quorũ uſq; in præſentẽ diẽ condita libris certamina perſeuerant.	
B		8	Lues multas, puincias occupauit, Roma ex parte uexata.	171
			Romani contra Germanos, Marcomannos, Quados,	
			Sarmatas & Dacos dimicant.	
			SOTER XI Romanæ eccleſiæ Epiſcopatũ ſuſcepit, an: 14.	
			Theophilus Antiochiæ XVI Epiſcopus ordinatur, cu	
			ius plurima ingenij opera extant.	
	5370	9	Lucius Imperator anno regni ſui nono, ſiue ut quidam	172
			putant XI inter Concordiã & Altinum apoplexi extin	
			ctus eſt, ſedens cum fratre in uehiculo.	
		10	Antonino Imperatori inclyto Aſianus Sardiẽſis Epiſco/	173
			pus Apologeticum pro Chriſtianis tradidit.	
		11	Apollinaris Aſianus Hieropolitanus Epiſcopus inſignis	174
	Oly.		Dionyſius Epiſcop9 Corinthiorũ clarus habet̃, (habet̃.	
	238.		& Pynetus Cretenſis uir eloquentiſſimus.	
			Pſeudoprophetia quæ Cataphrygas nominatur, accepit exordiũ	
			autore Montano, Priſcilla, Maximillaq; inſanis uatibus.	
		12	Tatianus hæreticus agnoſcitur, à quo Encratitæ.	175
			Bardeſanes alterius hæreſeos princeps notus efficitur.	
			Oppianus Cilex Poẽta cognoſcitur, qui Halieuticam	
			miro ſplendore conſcribit.	
			Tanta per totum orbem peſtilentia fuit, ut penè uſq; ad	
			internitionem Romanus exercitus deletus fuerit.	
		13	Imperator Antoninus multis aduerſum ſe naſcentibus	176

bellis

	Anni mũdi.		Romanorum.	Anni domini.
C			bellis ſæpe ipſe intererat, ſæpe duces nobiliſſimos deſtina	
			bat, in quibus ſemel pertinaciter exerciti qui cum eo in	
		14	Quadorum regione pugnabat, ſiti oppreſſo, pluuia diui/	177
			nitus miſſa eſt, cum è contrario Germanos & Sarmatas	
			fulmina perſequerentur, & plurimos eorum interficerẽt.	
		15	Extant literæ Marci Aurelij grauiſſimi Imperatoris, qui/	178
	Oly.		bus illam Germanicam ſitim Chriſtianorum forte mili/	
	239.	16	tum precationibus impetrato imbri diſcuſſam conteſtat.	179
			Atticus Platonicæ ſectæ Philoſophus agnoſcitur.	
			ELEVTHERIVS Romanæ eccleſiæ XII Epiſcopa/	
			tum ſuſcipit, annis 15.	
			Antiochiæ VII conſtituitur Maximinus.	
		17	Antoninus Commodũ filium ſuũ conſortem regni facit.	180
		18	Antoninus cum filio de hoſtibus triumphauit, quos, per	181
			trienniũ apud Carnũtũ habens ſtatiua caſtra, uaſtauerat.	
	5380	19	Imperatores multis multa largiti ſunt, & pecuniam quæ	182
			Fiſco debebatur prouincijs concedentes, Tabulas debi/	
			torum in medio Romanæ urbis foro incendi præcepe/	
			runt, ac ne quid bonitati deeſſet, ſeueriores quaſque leges	
			nouis conſtitutionibus temperauerunt.	
D			Antoninus poſt uictoriam adeo in editione munerũ	
			magnificus fuit, ut centum ſimul leones exhibuerit.	
	Oly.	1	Commodus à Senatu Auguſtus appellatur.	
	240.		Smyrna urbs Aſiæ terræmotu ruit, ad cuius inſtaurationẽ	
			decennalis tributorum immunitas data eſt.	
			Antoninus in Pannonia morbo periit.	
			Iulianus X Alexandrinæ eccleſiæ Epiſcopatum ſorti/	
			tur annis 10.	
			COMMODVS XV Romanorum regnauit annis 13.	
			Commodus de Germanis triumphauit.	183
		2	Templum Serapidis Alexandriæ incenſum.	184
		3	Irenæus Epiſcopus Lugdunenſis inſignis habetur.	185
		4	Thermæ Commodianæ Romæ factæ.	186
	Oly.		Commodus ſeptimum menſem nomine ſuo appellauit.	
	241.	5	Hieroſolymis 26 ordinatur Epiſcopus Maximus,	187
			Poſt quem 27 Antoninus, 28 Valens, 29	
			Dulychianus, 30 Narciſſus, 31 Aelius 32, Germa/	
		6	nio, 33 Gordius, 34 rurſum Narciſſus.	188
		7	Tantis apud Hieroſolymam Epiſcopis conſtitutis, non	189
			potuimus diſcernere tempora ſingulorum, eo quod uſq;	
			in præſentem diem eorũ Epiſcopatuum anni minime	
			inueniantur.	
		8	Apollonius urbis Senator, lecto Senatui inſigni uolu/	190

mine

	Anni mũdi.		Romanorum.	Anni domini.
A			mine, quod de Christi fide composuerat, capite ob Chri/	
			sti fidem truncatus est.	
	Oly.		In Capitolium fulmen ruit, & magna inflammatione	
	242.		facta bibliotheca & uicinæ quæq; ædes concrematæ.	
		9	Alexandriæ XI constituitur Episcopus Demetrius	191
			annis 44.	
			Commodus Imperator Collossi capite sublato, suæ ima/	
			ginis caput iussit imponi.	
	5390	10	Serapion. VIII Antiochiæ Episcopus ordinatur.	192
		11	Commodus multos nobilium interficit, & spectacula po	193
			pulo Romano præbet insignia.	
		12	Incendio Romæ facto Palatium & ædes Vestæ, pluri/	194
	Oly.		maq; urbis pars solo coæquatur.	
	243.	13	Commodus strangulatur in domo Vestiliani.	195
			AELIVS PERTINAX XVI Romanorum regnauit	
			mensibus 6.	
			Pertinax sextuagenario maior cum Præfecturam urbis	
			ageret, ex Senatusconsulto imperare iussus est.	
			VICTOR XIII Romæ Episcopatum suscipit annis	
			10, cuius mediocria de religione extant uolumina.	
B			Pertinax obsecrante Senatu, ut uxorem suam Augustã, & filium suum Cæsarem appellaret, contradixit: sufficere testatus est, quod ipse regnaret inuitus.	
			Pertinax occiditur in Palatio Iuliani Iurisperiti scelere, quem postea Seuerus apud Miluium pontem interfecit.	
			SEVERVS XVII Romanorũ regnauit annis 18.	
		1	Seuerus prouincia Tripolitana oppido Lepti, solus ex A/	196
			frica usq; in præsentem diem Romanis Imperator fuit, &	
			in honorem Pertinacis, quem Iulianus occiderat, Perti/	
			nacem se cognominari iussit.	
		2	Clemens Alexandrinæ ecclesiæ presbyter, & Panthenus	197
			Stoicus Philosophus, in disputatione dogmatis nostri	
			disertissimi habentur.	
		3	Narcissus Hierosolymitarum Episcopus, & Theophi/	198
			lus Cæsariensis, †Polycarpo quoq;, & Bacchylus Asianæ	
	Oly:		prouinciæ Episcopi insignes habentur.	
	244.		Candidus Christianorum disputator cautissimus notus	
			efficitur.	
		4	Quæstione orta in Asia inter Episcopos, an secundum le/	199
			gem Mosi 14 mensis Pascha obseruandum esset, Victor	
			Romanæ urbis Episcopus, & Narcissus Hierosolymarũ,	
			Polycrates quoq;, & Irenæus, & Bachylus, plurimiq; ec/	
			clesiarũ pastores, quid eis probabile uisum fuerat literis	

O ediderunt,

	Anni mũdi.		Romanorum.	Anni domini.
C			ediderunt, quarum memoria ad nõs usq; perdurat.	
		5	Iudaicum & Samariticum bellum ortum, uel resumptũ.	200
		6	Seuerus Parthos, & Adyabenos superauit, Arabesq;	201
			interiores ita cæcidit, ut regionem eorum Romanam pro	
	5400	7	uinciam faceret, ob quæ Parthicus, Arabicus, & Adyabe-	202
			nicus cognominatus est.	
	Oly.		Seuero imperante Thermæ Seuerianæ apud Antiochiã,	
	245.		& Romam factæ, & Septizodium extructum.	
		8	ZEPHYRINVS XIIII Romanæ ecclesiæ Episcopatũ	203
			suscepit annis 17.	
		9	Persecutione in Christianos facta, Leonides Origenis pa	204
		10	ter glorioſa martyrij morte transfertur.	205
		11	Alexander ob confessionem Dominici nominis insignis	206
			habetur.	
	Oly.		Clemens multa & uaria conscribit.	
†nostræ	246.	12	Musanus † noster philosophiæ scriptor agnoscitur.	207
		13	Clodio Albino, qui se in Gallia Cæsarem fecerat, apud	208
			Lugdunum interfecto, Seuerus in Britãnos bellum trans-	
		14	fert, ubi ut receptas prouincias ab incursione barbarica	209
		15	faceret securiores, uallum per 132 milia passuum à mari	210
			ad mare duxit.	
D	Oly.		Tertullianus Afer Centurionis Proconsularis.	
	247.	16		211
	5410	17	Origenes Alexandriæ studijs eruditur.	212
		18	Seuerus moritur Eboraci in Britannia.	213
			ANTONINVS cognomento Caracalla XVIII	
			Romanorum regnauit annis 6.	
		1	Antiochiæ IX Episcopus constituitur Asclepiades.	214
	Oly.		Alexander XXXV Hierosolymorũ Episcopus ordinat	
	248.		adhuc uiuente Narcisso, & cum eo pariter ecclesiã re git.	
		2	Antoninus Caracalla cognominatus propter genus ue	215
			stis quod Romæ erogauerat, & econtrario Caracallæ	
		3	ex eius nomine Antonianæ dictæ.	216
	5415	4	Antoninus Romæ Thermas suo nomine ædificauit.	217
		5	Antoninus tam impatiens libidinis fuit, ut nouercam suã	218
			Iuliam uxorem duxerit.	
	Oly.		Antoninus interficitur inter Edessam & Carras anno	
	249.	6	ætatis 44.	219
			MACRINVS XIX Romanorũ regnauit anno uno.	
		1	Macrinus Præfecturam Prætorij gerens, Imperator	220
			factus.	
			Antiochiæ X Episcopus constituitur Philerus.	
			Circensibus Vulcanaliorum Romæ Amphiteatrũ incensum.	

Aggarus

A Anmũdi.		Romanorum.	An: domini.
		Aggarus uir sanctus regnauit Edessæ, ut uult Africanus.	
		Macrinus occiditur in Archelaide.	
		MARCVS Aurelius Antoninus XX Romanorũ regnauit annis 4.	
	1	Marcus Aurelius Antonini Caracallæ ut putabatur filius, & sacerdos Heliogabali templi, adeo impudice in imperio suo uixit, ut nullum genus obscœnitatis omiserit.	221
5420	2		222
Oly. 250.		CALLISTVS XV Romanæ ecclesiæ Episcopatũ suscepit annis 5.	
5421	3	Heliogabalum templum Romæ ædificatum.	223
5422	4	In Palæstina Nicopolis, quæ prius Emmaus uocabatur, urbs condita est, legationis industriam pro ea suscipiente Iulio Africano scriptore temporum.	224
		Antoninus Romæ occiditur tumultu militari, cum matre †Seniasyra.	
		ALEXANDER Mammeæ filius XXI Romanorũ regnauit annis 13.	
5423	1	Alexander Xerxem regem Persarum glorioſissime uincit, & disciplinæ militaris tam seuerus corrector fuit, ut	225
5424	2		226
Oly. 251.		quasdam tumultuantes legiones integras exautorauit.	
B	3	VRBANVS XVI Romanæ ecclesiæ ordinatur Episcopus annis 9.	227
	4	Vulpianus Iurisconsultus, assessor Alexandri insignis habetur.	228
	5	Thermæ Alexandrinæ Romæ ædificatæ.	229
	6	Gemianus presbyter Antiochenus, & Hippolytꝰ, & Beryllus Episcopus Arabiæ, Bostrenus, clari scriptores habentur.	230
Oly. 252.			
	7	Antiochiæ XI constituitur Episcopus Zebennus.	231
3430	8	Origenes Alexandriæ clarus habetur.	232
	9	Alexandrinæ ecclesiæ XII ordinat Heracleas an: 16.	233
	10	Alexander in matrem Mameam unice pius fuit, & ob id omnibus amabilis.	234
Oly. 253.	11	Origenes de Alexandria ad Cæsarem Palæstinæ transit.	235
	12	PONTIANVS XVII Romanæ ecclesiæ Episcopatũ suscepit annis 5.	236
	13	Alexander occiditur Mogonciaci tumultu militari.	237
		MAXIMINVS XXII Romanorũ regnauit annis 3.	
	1	Maximinus primus ex corpore militari sine Senatus au	238
Oly. 254.	2	toritate ab exercitu Imperator electus est. Maximinus aduersum ecclesiarum sacerdotes persecuti	239
		onem facit.	
	3	Maximinus Aquileiæ à Pupieno occiditur.	240

† Symiasyra

Vlpianus

Alexander ordinat

Maximinus ordinat

	Anni mũdi.		Romanorum.	Anni domini.
C			GORDIANVS XXIII Romanorũ regnauit an: 6.	
		1	ANTHERVS XVIII Romæ Episcopus ordinat men:	241
			se uno, post quem XIX Fabianus annis 13.	
	5440	2	Gordiano Romam ingresso Pupienus & Galbinus, qui	242
	Oly.		imperium arripuerant in Palatio occisi.	
	255.	3	Gordianus admodum adolescens Parthorum natione su	243
			perata, cum reuerteretur ad patriam fraude Philippi Præ/	
		4	fecti Prætorij haud longe à Romano solo interfectus est.	244
		5	Gordiano milites tumulum ædificant, qui Euphrati im	245
		6	minet, ossibus eius Romam reuectis.	246
†5	Oly.		PHILIPPVS XXIIII Romanorũ regnauit an: † 7.	
	256.	1	Philippus Philippum filium suum consortem regni fa	247
			cit, primusq; omnium ex Romanis Imperatoribus Chri	
			stianus fuit.	
		2	Regnantibus Philippis millesimus annus Romanæ ur	248
			bis expletus est, ob quam solennitatem innumerabiles	
† maximo			bestiæ in circo † magno interfectæ, ludiq; in cãpo Martio	
			theatrales tribus diebus ac noctibus populo peruigilan/	
			te celebrati.	
		3	Theatrũ Pompei incẽsum, & Echatrostylon 40 missus.	249
D		4	Athlas mons natali Romanæ urbis cucurrit, & agon	250
			mille annorum actus.	
	Oly.		Philippus urbem nominis sui in Thracia construit.	
	257.	5	Alexandrinam ecclesiam XIII Episcopus tenuit Diony	251
	5450	6	Philippus senior Veronæ, Romæ iunior (ius an: 17.	252
		7	occiditur.	253
		1	DECIVS XV Romanorũ regnauit anno uno mensibus 3.	
† Bubaliæ			Decius è Pannonia inferiore † Eudaliæ natus fuit.	
			Decius cum Philippos patrem & filium interfecisset, ob	
			odium eorum in Christianos persecutionem mouet, qua	
			diaconus Laurentius Romæ martyrium duxit.	
			Antonius monachus in Aegypto nascitur.	
			Romæ Amphitheatrum incensum.	
			Alexandro Hierosolymorum Episcopo apud Cæsaream	
			Palæstinæ ob martyrium interfecto, & Antiochiæ Baby/	
			la, Mazabbanes & Fabius Episcopi constituuntur.	
† Barbarico			Decius cum filio in † Aprucio occiditur.	
			GALLVS & Volusianus Galli filius XXVI Roma/	
			norum regnauerunt annis 2, mensibus 4.	
			Romanæ ecclesiæ Episcopatum post Fabiani glorioſam	
			mortem XX suscepit CORNELIVS annis 2, qui	
			& ipse martyrio coronatus est. Extant ad eum Cypriani	
			VII Epistolæ.	

Anni mūdi.		Romanorum.	Anni domini
	1	Pestilens morbus totius orbis multas prouincias occupauit, maximeq; Alexandriam & Aegyptum, ut scribit Dionysius, & Cypriani de mortalitate testis est liber.	255
		Nouatus presbyter Cypriani Romam ueniens, Nouatianum, & cæteros confessores sibi sociat, eò quod Cornelius pœnitentes apostatas recepisset.	
		Antiochiæ XIIII cōstituitur Episcopus Demetrianus.	
	2	LVCIVS XXI Romanæ ecclesiæ Episcopatum tenet menses 8, post quem XXII Stephanus annis 3.	256
		Extant ad utrunq; Cypriani Epistolæ.	
Oly.		Gallus & Volusianus, cum aduersum Aemilianū qui in	
258.		Mœsia res nouas moliebatur ex urbe profecti essent, in	
		foro Flāminij, siue ut alij putāt, Interamnæ interfecti sunt.	
		Aemilianus tertio mēse inuasæ tyrannidis extinctus est.	
		VALERIANVS & Gallienus XXVII Romanorum regnauerunt annis †15.	
	1	Valerianus in Rhetia ab exercitu Augustus,	257
	2	Galienus Romæ à Senatu Cæsar appellatus est.	258
		SIXTVS XXIII Rom: ecclesiæ Episcopatū tenet	
Oly.		annis 8.	
259.	3	Cyprianus primum Rhetor, deinde presbyter, ad extremum Carthaginensis Episcopus martyrio coronatur.	259
	4	Valerianus in Christianos persecutione commota statim à Sapore Persarum rege capitur, ibiq; seruitute miserabili conseneſcit.	260
	5	Sapor rex Persarum, Syriam, † Siciliam, & Cappadociam depopulatur.	261
5460	6	Valeriano in Persas ducto, Galieno pacē nostris reddidit.	262
Oly.		Antiochiæ XV constituitur Episcopus Paulus Samosatenus.	
260.	7	Galieno in omnem lasciuiam dissoluto, Germani Rauennam usq; uenerunt.	263
	8	Alemanni uastatis Gallijs, in Italiam transiere.	264
	9	Græcia, Macedonia, Pōtus, Asia depopulata p Gothos.	265
	10	Quadi & Sarmatæ Pannonias occupauerunt.	266
		Germanis Hispanias obtinentibus, Tarracon expugnat	
Oly.		Parthi Mesopotamiam tenentes, Syriam incur-	(ta est.
261.		sauerunt.	
		Alexādrinæ ecclesiæ XIIII ordinat Episcopus Maximus an: 18.	
		DIONYSIVS XXIIII Romanæ ecclesiæ Episcopus	
		constituitur annis 9.	
	11	Odenatus Decurio Palmirenus collecta agrestium manu ita Persas cecidit, ut ad Ctesiphontem castra poneret.	267
	12	Hierosolymarum Episcopatum tenet Hymenæus.	268

O 3 13

	Anni mũdi.		Romanorum.	An: domini.
C		13	Paulus Samosatenus à cunctorum prædicatione desistẽs,	269
			Artemonis hæresim suscitauit, in cuius locum Antioche	
			næ ecclesiæ XVI ordinatur Episcopus Domnus.	
		14	Galliæ per Posthumum, & Victorinum, & Tetricum	270
			receptæ.	
	Oly.		Galienus Mediolani occiditur.	
	262.	15		271
			CLAVDIVS XXVIII Romanorum regnauit anno	
			uno, mensibus 9.	
	5470	1	In Alexandria Bruchium, quod per multos annos fuerat	272
			obsessum, tandem capitur.	
			Claudius Gothos, Illyricum & Macedoniam uastantes	
			superat, ob quæ in Curia clypeus ei aureus, & in Capito/	
			lio statua aurea collocata est.	
			Claudius Firmij moritur.	
		2	Quintilius Claudij frater à Senatu Augustus appellatus,	273
			XVII imperij sui die Aquileiæ occiditur.	
			AVRELIANVS XXIX Rom: regnauit an: 5. mẽs: 6.	
		1	Antiochenæ ecclesiæ XVII ordinat̃ Episcop9 Tymæus.	274
	Oly.		Aurelianus, Tetrico apud Catalaunios prodente exercitũ	
D	263.		suum, Gallias recepit.	
		2	Zenobia apud Timmas, haud longe ab Antiochia uinci/	275
			tur, quæ occiso Odenato marito, orientis tenebat imperiũ,	
			in qua pugna strenuissime aduersum eam dimicauit.	
			Pompeianus dux cognomẽto Francus, cuius familia ho	
			die apud Antiochiam perseuerat, & ex cuius Euagrius	
			charissimus nobis stirpe descendit.	
		3	Eusebius Laodicenus Episcopus insignis habetur.	276
			Aurelianum Romæ triumphantẽ Tetricus & Zenobia	
			currum præcesserunt, ex quibus Tetricus Corrector po/	
			stea Lucaniæ fuit, Zenobia in urbe summo honore conse/	
			nuit, à qua hodie quoq; Romæ Zenobia familia nuncupatur.	
		4	Aurelianus templum Soli ædificat, & Romam firmiori/	277
			bus muris uallat.	
			Primus agon Solis Aureliano constitutus.	
		5	Aurelianus cum aduersum nos persecutionem mouisset,	278
	Oly.		fulmen iuxta eum comitesq; eius ruit, ac non multo post	
	264.		inter Constantinopolim, & Heracleam in Cenophruri o	
			uiæ ueteris occiditur.	
			TACITVS XXX Romanorum regnauit menses 6,	
			quo apud pontem occiso, obtinuit Florianus imperiũ di/	
			ebus 80. Hoc quoq; apud Tharsum interfecto.	279
			PROBVS XXXI Rom: regnauit an: 6. menses 4.	

FELIX

An: mũdi.		Romanorum.	An: domini.
A	1	FELIX XXV Romanæ eccleſiæ Epiſcopatum ſuſce/	280
		Probus Gallias à Barbaris iterum occupatas (pit an: 5.	
		ingenti uirtute reſtituit.	
		Anatholius Laodicenus Epiſcopus Philoſophorum di/	
		ſciplinis eruditus, plurimo ſermone celebratur.	
	2	Secũdo anno Probi iuxta Antiochenos[+] 325 annus fuit,	
		☊ iuxta Tyrios 402, uel[a] 303 ſecundum quoſdam, iuxta	281
		☌ Laodicenos 324, iuxta Edeſſenos[b] 388, iuxta Aſcalo	
		nitas[d] 380.	
		Inſana Manichæorum hæreſis in commune humani ge	
		neris malum exorta.	
5480	3	Probus Gallos & Pannonios uineas habere permiſit, Al	282
		mumq̃ & Aureum montem militari manu conſitos pro/	
Oly.		uincialibus colendos dedit.	
265.	4	Antiochiæ XVIII conſtituitur Epiſcopus Cyrillus.	283
		Saturninus magiſter exercitus nouam ciuitatem Antio/	
		chiæ orſus eſt condere, qui poſtea imperium molitus in/	
		uadere Apameæ occiditur.	
	5	EVTYCHIANVS XXVI Romanæ eccleſiæ Epiſcopa	284
		tũ ſuſcepit menſ: 8. poſt quem XXVII Gaius an: 15.	
B	6	Probus tumultu militari apud Syrmium in turri, quæ uo	285
		catur Ferrata occiditur. (an: 19.	
		Alexandrinæ eccleſiæ XV Epiſcopus præfuit Theonas	
		CARVS cum filijs Carino & Numeriano XXXII	
		Romanorum annis 2.	
	1	Carus Narbonẽſis, cũ omni Parthorũ regiõe uaſtata [†] Co	286
Oly.		chlem & Cteſiphontẽ nobiliſſimas hoſtiũ urbes cœpiſ/	
266.		ſet, ſuper Tigrim caſtra ponens fulmine ictus interijt.	
	2	Numerianus cum ob oculorum dolorẽ lecticula uehere/	287
		tur, inſidijs Apri ſoceri ſui occiſus eſt, uix fœtore cadaue	
		ris poſt aliquot dies ſcelere comperto.	
		Carinus prælio uictus apud Murgum occiditur.	
		DIOCLETIANVS XXXIII Rom: regnauit an: 20.	
	1	Diocletianus Dalmata Scribæ filius, Imperator electus	288
		ſtatim Aprum in militum concione percuſſit, iurans non	
		ſine ſuo ſcelere Numerianum interfectum.	
	2	Diocletianus in conſortiũ regni Herculiũ Maximianũ	289
		aſſumpſit, qui ruſticorũ multitudine oppreſſa, qui facti/	
	3	oni ſuæ Baccharidarũ nomẽ indiderat, pacẽ Gallijs reddit.	290
Oly.		Carauſius ſumpta purpura Britannias occupauit.	
267.		Narſeus orienti bellum intulit.	
	4	Quinquegentiani Africam infeſtauerunt.	291
5490	5	Aegyptũ Achilleus obtinuit, ob quæ Conſtantius &	292

O 4 Galerius

[+] Antiochenorum eſt æra Annorũ Iulianorũm, ideſt à IV. Conſulatu Cæſaris. ſine collega.

a. Herwartz c. 235 Chronologiæ ex vatic. libris legit 302.

☊ si Tyriorũ CCCXI legatur. vel ut Vaticani duo libri apud Herwartz c. 235. CCCX. & CCCII. ad Adriacam victoriam phingit hæc æra. Herwart. pone typi CCXII. legendũ & alibi

☌. Laodicenorum æra eſt à Cæſaris V. conſulatu, quo ipſi formam anni Iuliani recepere.

b. Edeſſenorum 388. Herwartz cap 236. legit 588 & ex Vaticano & Mauriano 589. eſt æra Græcorum quæ in machabæorũ libris inſcribitur.

d. Herwartz ibid coniect corruptũ & legendũ eſſe 580.

præbet omittitur

† Seleuciam

Anni mũdi.		Romanorum.	Anni domini.
		Galerius Maximianus Cæsares assumũtur in regnum, quorum Constantius Claudij ex filia nepos fuit, Galerius in Dacia haud longe à Geroica natus: atq; ut eos Diocletianus etiam affinitate coniungeret, Constantius priuignam Herculij Theodoram accepit, ex qua postea sex liberos Constantini fratres habuit. Galerius filiam Diocletiani Valeriam duxit, ambo uxores quas habuerant repudiare compulsi.	
Oly. 268.		Busiris & Coptus contra Romanos belligerantes ad solum usq; subuersæ sunt.	
	8	Carporum & Basternarum gentes in Romanum solum translatæ sunt.	295
	9	Primus Diocletianus adorari se ut deum iussit, & gemmas uestibus calceamentisq; inseri, cum ante eum omnes Imperatores in modũ iudicũ salutarent, & chlamyde tantum purpurea à priuato habitu plus haberent.	296
	10	MARCELLINVS XXVIII Romanæ ecclesiæ Episcopatum suscepit annis 9.	297
	11	Alexandria cum omni Aegypto per Achilleum ducem à Romana potestate desistens, octauo obsidionis mense à Diocletiano capta est. Itaq; plurimi per totam Aegyptũ grauibus proscriptionibus exilijsq; uexati, interfectis qui perduellionis causa fuerunt.	298
Oly. 269.	12	Ecclesiæ Hierosolymorum XXXVII ordinatur Episco	299
5498	13	Post decem annos per Asclepiodotum (pus Labdas. præfectum Prætorij Britanniæ receptæ. Iuxta Lingonas à Constantino Cæsare 60 milia Alemannorum cæsa. Galerius Maximianus uictus à Narseo ante Carpentum Diocletiani purpuratus cucurrit.	300
5499	14	Veturius magister militiæ Christianos milites persequit, paulatim ex illo iam tempore persecutione aduersum nos incipiente. Galerius Maximianus superato Narseo, & uxoribus ac liberis, sororibusq; eius captis, à Diocletiano ingenti honore suscipitur.	301
	15	Thermæ Diocletianæ Romæ factæ, & Maximianæ Carthagine.	302
Oly. 270.		Ecclesiæ Hierosolymorum XXXVIII præfuit Thermon annis 39.	
	16	Antiochiæ XIX constituitur Episcopus Tyrrannus.	303
	17	Alexandrinæ ecclesiæ XVI post Theonam ordinatur Episcopus Petrus, qui postea nono persecutionis anno	304

C

D

De Achilleo hæc V. Eutropium in Breuiario. L. 6. 9. pag. 126. Tom. 3. Rom. Hist. Græc. mino.

Jubileum secundum maiores. in Codicib. A. Fux. M. V. Petr. ad marginem. V. Pontacum.

A. 17. Diocl. ascribunt Codex Pi. c. Fa. Vi. ut supra
18 Diocl. Lo.
19 Diocl. Fux Petr. Petavij frag. & tres m.s. Fab.

Anni		Romanorum.	Anni domini.
A mūdi.		anno glorioſe martyrium perpetrauit.	
	18	Diocletianus & Maximianus Auguſti inſigni pompa	305
		Romæ triumpharunt, antecedentibus currum eorum	
		Narſei coniuge, ſororibus, liberis, & omni præda, qua	
x al.	perſas v. ſimul.	Parthos ſpoliauerat. al. ſpoliauerant.	
	19	Terræmotu horribili apud Tyrum & Sydonem multa	306
		opera conciderũt, & populꝰ innumerabilis oppreſſus eſt.	
Oly.		Decimonono anno Diocletiani, menſe Martio, in diebus	
271.		Paſchæ eccleſiæ ſubuerſæ ſunt.	
		Secundum	
		Perſecutio Chriſtiana. Antiochenos	
		✝ an: 351.	
	20	Secundo anno perſecutionis Diocletianus Nicomediæ,	307
		Maximianus Mediolani purpuram depoſuerunt.	
		GALERIVS ſolus biennio Auguſtus imperium tenu/	
		it, mox cum alio annis 16.	
	1	EVSEBIVS XXIX Romæ Epiſcopus conſtituitur mẽ	308
		ſibus VII, poſt quem XXX eccleſiam tenet Melcia/	
	2	Maximianus & Seuerus à Galerio (des an: 6.	309
		Maximiano Cæſares facti.	
		Conſtantius 16 imperij anno diem obijt in Britannia	310
B		Eboraci, poſt quẽ filius eius Cõſtãtinus ex cõcubina He	
		lena procreatus, regnũ inuadit quarto perſecutiõis anno.	
		CONSTANTINVS XXX Romanorũ regnauit an/	311
		nis 30, menſibus 10.	
	1	Maxentius Herculij Maximi filius à Prætorianis miliți/	312
		bus Romæ Auguſtus appellatur.	
Oly.		Seuerus Cæſar à Galerio Maximiano contra Maxentiũ	
272.		miſſus, Rauennæ ſecundo imperij ſui anno interficitur.	
	2	Licinius à Galerio Carnunti Imperator factus.	313
		Herculius Maximianus à filia Fauſta detectus, quod do/	
		lũ Cõſtantino uiro ſuo pararet, Maſſiliæ fugiens occidit.	
5600	3	Qurinus Epiſcopus Sceſianus glorioſe pro Chriſto inter	314
		ficitur: nam manuali mola ad collum ligata è ponte præci	
		pitatus in flumen diutiſſime ſupernatauit, & cum expe/	
		ctantibus collocutus ne ſui terrerentur exemplo, uix orãs	
		ut mergeretur obtinuit.	
	4	Galerius Maximianus moritur 20 imperij ſui anno, qd	315
	5	partim Cæſar, partim Auguſtus exercuit	316
Oly.		SYLVESTER XXXI Rom: eccleſiæ ordinat Epiſcopus an: 2...	
273.	6	Maximianꝰ perſecutiõe in Chriſtianos facta, cũ iam à Li	317
		cinio puniendus eſſet, apd Tharſum moritꝰ, anno imperij ſui 6.	
	7	Alexãdrinæ eccleſiæ XVII ordinat Epiſcopus Achillas.	318

Maxentius

ad 17. cedreng.

218. Diocl. P. Lo. Fa. Vi. O. Contract. cum impressis
ad. 19. Fux. pom. tres MS. Fab. Frng. penuj. & mar. Cuspbd.

ad A. 18. Biol. V. O. Lo. Pi. 19 Fux. Pom. Fa. impressi. Bem. Pi. Lo. Vi. O. Jubileum secundum maiores in alij codices ap. Pontinum. ad A. 4. ol. 270. edit. Fux. Lo. Fa. Pom. ad. an. 2. ol. 270. Vi. O. an 3. Pi.

Persecutionis Anni X. ita in cod. Fux. literis miniatis, qui usq ad 7. constantini assignandi.

✝
FINIS CHRONICI aliquanto EVSEBIANI. cætera alius adiecit ante Hieronymum ga repugnant fere ubiqꝫ historiæ Eusebianæ.

4. Iunij passus est

credo XXII. fuisse scribendũ

7. Historia Miscella triennio Cæsar quadriennio Augustus

Anni mũdi.	Anni Olympiadis.	Romanorum.	An: domini.
		Maxentius iuxta pontem Miluium à Constantino supe	
		ratus occiditur, anno imperij sui sexto.	
		Bellum Cibalense aduersum Licinium.	
		Hierosolymarum xxxix Episcopus constituitur	
		Macharius.	
		Diocletianus haud procul à Salonis in uillæ suæ Palatio	
		moritur, & solus omnium inter deos priuatus refertur.	
	8	Crispus & Constantinus filius Constantini, & Licinius	319
		adolescens Licinij Augusti filius, Constantini ex sorore	
	9	nepos Cæsares appellantur, quorum Crispum Lactanti-	320
		us latinis literis erudit, uir omnium suo tempore eloquen	
Oly.		tissimus, sed adeo in hac uita pauper, ut plerunq; etiam ne	
274.		cessarijs indiguerit nedum delicijs.	
	10	Pax nostris à Constantino redditur.	321
	11	Licinius Christianos de Palatio suo pellit.	322
	12	Basilius Amasiæ Ponti Episcopus sub Licinio martyrio	323
5510	13	coronatur.	
Oly.		Alexandrinæ ecclesiæ xviii ordinatur Episcopus Ale-	
275.	14	xander, à quo Arius presbyter de ecclesia electus multos	
	15	suæ impietati sociat, ad quam perfidiam coarguendam sed	324
		Synodus cccxviii Episcoporum in Nicæam urbem	
		Bithyniæ congregata, omnes hæreticorũ machinas homu-	
		sij oppositione deiecit, & fuit Synodus prima oecumenica.	
		Helena Constantini mater, diuinis monita uisionibus be	
	16	atissimum crucis signum, in quo mundi salus pependit,	325
	17	apud Hierosolymam reperit.	326
Oly.		Constantius filius Constantini Cæsar factus.	
276.	18	Licinius Thessalonicæ contra ius sacramenti priuatus	327
		occiditur.	
	19	Nazarius Rhetor insignis habetur.	328
	20	Crispus filius Constantini, & Licinius iunior Constantiæ	329
		Constantini sororis & Licinij superioris filius, crudelissi	
		me interficiuntur, anno imperij sui nono.	
		Vicennalia Constantini Nicomediæ acta, & sequenti	
		anno Romæ edita.	

EVSEBII CAESARIENSIS CHRONICON FINIT.

D. HIERONYMI

D. HIERONYMI
PRESBYTERI AD CHRONICON EVSEBII ADIECTIO.

Romanorum.

HVc usq; historiam scribit Eusebius Pamphili martyris contubernalis, cui nos ista subiecimus.

Arnobius in Africa Rhetor clarus habetur, qui cum in ciuitate Siccæ ad declamandũ iuuenes erudiret, & adhuc Ethnico ad credulitatẽ somnijs cõpelleretur, neq; ab Episcopis impetraret fidem quam semper impugnauerat, elucubrauit adu-

Anni mũdi.			Anni domini.
		uersus pristinam religionem luculentissimos libros, & tandẽ uelut quibusdã obsidibꝰ pietatis fœdus impetrauit.	
	21	Drepanam Bithyniæ ciuitatem in honorem martyris Lu	330
Oly.		ciani ibi conditam, Constantinus instaurans ex uocabulo	
277.		matris suæ Helenopolim appellauit.	
	22	In Antiochia Dominicum quod uocatur aureum ædifi-	331
		cari cœptum.	
		Constantinus uxorem suam Faustam interficit.	
		Donatus agnoscitur, à quo per Africam Donatiani.	
B		Antiochiæ post Thiramnum XX ordinatur Episcopus	
		Vitalis, post quẽ Philogonus XXI, cui succedit XXII	
		Paulinus, post quẽ XXIII Eustathius, quo in exiliũ ob	
		fidem truso, usq; in præsentem diem Ariani ecclesiam oc-	
		cupauerunt, id est Eulabius, Eusebius, Euphronius, Pla	
		cillus, Stephanus, Leontius, Eudoxius, Meletius, Euzoi-	
		cus, Dorotheus, rursum Meletius, quorum idcirco tem	
		pora non digessi, eò quod hostes potius Christi, quàm E-	
5530	23	Iuuencus presbyter natione Hispa- (piscopos iudicem.	332
		nus, Euangelia heroicis uersibus explicat.	
		Porphyrius misso ad Constantinum insigni uolumine,	
		exilio liberatur.	
	24	Alexandrinæ ecclesiæ XXXVI ordinatur Episcopus	333
		Athanasius, qui ab Arianis persecutus ad Constantinum	
		refugit.	
	25	Constantinopolis dedicat penè omniũ urbiũ nuditate.	334
		Metrodorus Philosophus agnoscitur.	
Oly		MARCVS XXXII Romæ ordinatur Episcopus mẽsi	
278.		bus 8, post quẽ Iulius XXXIII ordinatus est an: 16. mens: 4.	
	26	Edicto Constantini gentilium templa subuersa sunt.	335
	27	Romani Gothos in Sarmatarum regione uicerunt.	336
		Constantius filius Constantini prouehitur ad regnum.	

Pestilentia

	Anni mũdi.		Romanorum.	Anni dominic.
C			Peſtilentia & fame innumerabilis multitudo in Syria	
			Ciliciaq; periit.	
		28	Sarmatæ litigantes, dominos ſuos qui nunc Arcaragan	337
		29	tes uocantur, facta manu in Romanũ ſolũ expulerũt.	338
	Oly.		Callocerus in Cypro res nouas molitur, & opprimitur.	
	279.	30	Conſtantinus cum liberis ſuis honorificas ad Antonium	339
			monachum literas mittit.	
			Tricennalibus Conſtantini Dalmatius Cæſar appellat.	
			Pather Rhetor Romæ glorioſiſſime docet.	
			Nazarij Rhetoris filia Eunomia uirgo Chriſtiana in elo/	
			quentia patri coæquatur.	
			Tiberianus uir diſertus Prætor Gallias regit.	
			Euſtathius Conſtantinopolitanus presbiter agnoſcitur,	
			cuius induſtria in Hieroſolymis Martyriũ conſtructũ eſt.	
		31	Conſtantinus extremo uitæ ſuæ tempore ab Euſebio Ni	340.
			comedienſi Epiſcopo baptizatus in Arianum dogma de/	
			clinat, à quo uſq; in præſens tempus eccleſiarum rapinæ, &	
			totius orbis eſt ſecuta diſcordia.	
			Conſtantinus cum bellũ pararet in Perſas, in Ancyrone	
D			uilla publica iuxta Nicomediam moritur, anno ætatis	
			ſuæ 66, poſt quem liberi eius tres ex Cæſaribus Augu	
			ſti appellantur.	
			CONSTANTINVS, Conſtantius, & Conſtans	
			XXXV Romanorũ regnauerũt an: 24. menſib: 5. dieb: 12.	
		1	Abladius Præfectus Prætorij, & multi nobiliũ occiſi.	341
			Sapor rex Perſarum Meſopotamia uaſtata, duobus	
			fermè menſibus Niſibin obſidet.	
			Dalmatius Cæſar, quem patruus Conſtantinus conſor/	
			tem regni filijs reliquerat, factione Conſtantij patruelis.	
			& tumultu militari interimitur, anno imperij ſui tertio.	
			Iacobus Niſibenus Epiſcopus agnoſcitur, ad cuius pre/	
			ces ſæpe urbs diſcrimine liberata eſt.	
	5540	2	Ex hoc loco impietas Ariana Conſtantij regis fulta præ/	342
			ſidio, exilijs, carceribus, & uarijs afflictionum modis, pri	
	Oly.		mo Athanaſium, deinde omnes non ſuæ partis Epiſco/	
	280.		pos perſecuta eſt.	
		3	Conſtantinus bellum fratri inferens, iuxta Aquileiæ	343
			Alſam occiditur.	
			Vario euentu aduerſum Francos à Conſtante pugnat.	
		4	Multæ orientis urbes terræmotu horribili conciderunt.	344
			Audæus in Syriacœle clarus habetur, à quo hæreſis	
			Audæana.	
			Franci à Conſtante perdomiti, & pax cum eis facta.	

Hermogenes

Anni mũdi.		Romanorum.	Anni domini.
A		Hermogenes magiſter militiæ Conſtantinopolim tra-	
		ctus à populo ob Epiſcopũ Paulum, quem regis imperio	
		& Arianorum factione pellebat.	
	5	Antiochiæ Dominicum Aureum dedicatur.	345
		Macedonius artis Plumariæ in locum Pauli ab Arianis	
		Epiſcopis ſubrogatur, à quo nunc hæreſis Macedoniana.	
		Paulus crudelitate Præfecti Philippi, nam fautor Mace-	
		donij partium erat, & Arianorum inſidijs ſtrangulatur.	
	6	Maximinus Treuirorum Epiſcopus clarus habetur, à	346
Oly.		quo Athanaſius Alexandriæ Epiſcopus, cũ à Conſtanti-	
281.		no quæreretur ad pœnam, honorifice ſuſceptus eſt.	
	7	Sapor Perſarum rex Chriſtianos perſequitur.	347
		Neocæſarea in Ponto ſubuerſa, excepta eccleſia ac Epi-	
		ſcopo, cæteriſq; qui ibidem reperti ſunt.	
		Titianus uir eloquens Præfecturam Prætorij apud Gal-	
		lias adminiſtrat.	
	8	Athanaſius ad Conſtantis literas Alexandriam regredit.	348
		Dyrrachiũ corruit terræmotu, & tribus diebus ac nocti-	
		bus Roma nutauit, plurimæq; Campaniæ urbes uexatæ.	
	9	Magnis reipublicæ expenſis in Seleucia Syriæ portus	349
		effectus.	
B	10	Rurſum Sapor tribus menſibus obſidet Niſibin.	350
		Euſebius Emiſenus Arianæ ſignifer factionis, multa &	
Oly.		uaria conſcribit.	
282.		Solis facta defectio.	☉
	11	Bellum Perſicum nocturnum apud Singarum, in quo	351
		haud dubiam uictoriam militum ſtoliditate perdidimus.	
		Neq; uero ullum Conſtantio ex nouem grauiſſimis præ-	
		lijs contra Perſas grauius bellum fuit: nam ut alia omittã,	
		Niſibis obſeſſa, Bizabdæ & Amida captæ ſunt.	
		Maximus quadrageſimus poſt Machariũ Hieroſo-	
		lymorum Epiſcopus moritur, primus poſt quem eccleſiã	
		Ariani inuadunt Cyrillus, Eutychius, rurſum Cyrillus	
		Irenæus, tertio Cyrillus Hilarius, quarto Cyrillus, quorũ	primus
		Cyrillus cum à Maximo fuiſſet presbyter ordinatus, &	
		poſt mortem ei ab Acacio Epiſcopo Cæſarienſi, & cæte	
		ris Arianis Epiſcopis Epiſcopatus promitteretur, ſi ordi-	
		nationem Maximi repudiaſſet, Diaconus in eccleſia mini	
		ſtrauit: ob quam impietatem ſacerdotij mercede penſa-	
		tus, in Heraclium quem moriens Maximus in ſuum lo-	
		cum ſubſtituerat, uaria fraude ſolicitans, de Epiſcopo in	
		presbyterum regradauit, quo in exilio ob fidem truſo,	
		omnes clerici iu[illegible]uerunt ut nullum alium ſuſciperent.	

P Verum

Deeſt ſenſus omiſſi aliquot verbi) qui ex Mariani Scoti exemplaribus ſeu Damaſi reſtituenda ſunt hoc modo

Liberius papa Rom. (eiusdem Acacij factione) in exilium miſſus fuit, quo in exilio truſo &c.

Anni mũdi.		Romanorum.	Anni domini.
		Verum cum Felix ab Arianis fuisset in sacerdotium sub/	
		stitutus plurimi peierauerunt, & post annum cum Feli	
		ce electi sunt: quia Liberius tædio uictus exilij, & in hære	
		ticam prauitatem subscribens Romam quasi uictor in/	
		trauerat. (scopus.	
5550	12	LIBERIVS XXXIIII Rom: ecclesiæ ordinatur Epi/	352
	13	†Magnẽtio apud Augustodunum arripiente imperium	353
		Constans haud longe ab Hispania in castro, cui Helenæ	
	14	nomen est, interficitur, anno ætatis 30, imperij uero sui	354
		anno 13, quamobrem turbata republica Vetranio Mur	
		sæ, Nepotianus Romæ Imperatores facti.	
Oly.		Victorinus natione Afer Romæ Rhetoricam docet.	
283.	15	Romæ populus aduersum Magnentianos rebellans, ab	355
		Heraclida Senatore proditur.	
	16	Nepotiani caput pilo per urbem circumlatum, multæq;	356
		proscriptiones nobilium & cædes factæ.	
	17	Vetranioni apud Narsum à Constantio regium insigne	357
		detractum.	
		Magnẽtius Mursæ uictus, in quo prælio Romanæ uires	
		conciderunt.	
		Gallus Constantij patruelis Cæsar factus.	
		Gallus Iudæos, qui interfectis per noctem militibus arma	
		ad rebellandum inuaserant, oppressit, cæsis multis homi/	
		num milibus usq; ad innoxiam ætatem, & ciuitates eo/	
		rum Diocæsaream, Tiberiadem, et Diospolim, plurimaq;	
		oppida igni tradidit.	
		Nõnulli nobilium Antiochiæ à Gallo interfecti.	
		Syriæ populis crucis signum & maximo conspicientium	
		terrore in orientali plaga apparuit.	
	18	Magnentius Lugduni in Palatio propria se manu interfe	358
		cit, & Decentius frater eius, quẽ ad tuendas Gallias Cæ/	
Oly.		sar miserat, apud Senonas laqueo uitam explet.	
284.		Gennadius forensis Orator Romæ insignis habetur.	
	19	Mineruius Burdegalensis Rhetor Romæ florentissime	359
		docet.	
		Gallus Cæsar solicitatus à Constantio patrueli, cui in su	
		spicionẽ ob egregiã indolem uenerat, in Istria occiditur.	
		Syluanꝰ in Gallia res nouas molitus 29 die extinctus est.	
	20	Victorinus Rhetor, & Donatus Grammaticus præce=	360
		ptor meus Romæ insignes habentur, è q; ibus Victori/	
		nus etiam statuam in foro Traiani meruit.	
		Paulinus & Rhadianus Galliarum Episcopi, in exilium	
		ob fidem trusi.	

Alcimus

† Maxentio Constans &

omnino Narsum legendũ, Ishr Constantinꝰ Magnus plures edidit de Constitutionibus in cod. Theodosiano: quæ forsitan fuit ab Attila.

Constantij VII. et Sisinnio III. consulatu Socrates L. 2. c. 24.

Anni mũdi.		Romanorum.	Anni domini.
		Alcimus & Delphidius Rhetores in Aquitania florentiſſi me docent.	
		Petrus Cæſarauguſtæ Orator inſignis docet.	
		Donatus à quo ſupra Donatianos in Africa dici memo rauimus, Carthagine pellitur. Quidam ſectatores eius etiam Montenſes uocant, eò quod eccleſiam Romæ pri/ mam in monte habere cœperint.	
		Euſebius Vercellenſis Epiſcopus, & Lucifer ac Diony/ ſius Caralitanæ & Mediolanenſis eccleſiæ Epiſcopi:	
		Pancratius quoque Romanus presbyter, & Hilarius di/ aconus diſtantibus inter ſe ab Arianis & Conſtantio da/ mnantur exilijs.	
		Iulianus frater Galli Mediolani Cæſar appellatur.	
	21	Antonius monachus CV ætatis anno in heremo mori/ tur, ſolitus multis ad ſe uenientibus de Paulo quodam Thebæo miræ beatitudinis uiro referre quamplura, cuius nos exitum breui libello explicauimus.	361
		Hilarius Epiſcopus Pictauienſis factione Saturnini Are latẽſis Epiſcopi, reliquorumq; qui cum eo erant Ariano/ rum ante triennium in Phrygiam pulſus, libros de noſtra religione componit.	
		Reliquiæ Apoſtoli Timothei Cõſtãtinopolim inuectæ.	
		Sarmata, †Amatas, & Macarius diſcipuli Antonij inſi/ gnes habentur.	
		Liberius Epiſcopus Romanorum in exiliũ mittitur.	
		Magnæ Alemannorum copiæ apud Argentoratum oppi dum Galliarum à Cæſare Iuliano oppreſſæ.	
5560	22	Saraceni monaſterium beati Antonij irruentes Sarma/ tam interficiunt.	362
Oly.		Conſtantio Romam ingreſſo, oſſa Andreæ Apoſtoli &	
285.	23	Lucæ Euangeliſtæ à Conſtantinopolitanis miro fauore ſuſcepta.	363
		Nicomedia terræmotu funditus euerſa, uicinis urbibus ex parte uexatis.	
		Paulinus Treuirorum Epiſcopus in Phrygia exulans moritur.	
		Euantius eruditiſſimus Grammaticorum Conſtantino/ poli diem obijt, in cuius locum ex Africa Cretus ad/ ducitur.	
		Synodus apud Aryminum & Seleuciam Iſauriæ facta, in qua antiqua patrum fides, decem primo legatorum, de/ hinc omnium proditione damnata eſt.	
		Honoratus ex Præfecto Prætorio Galliarum primus Cõ	

†Amos forte legendum, quem autores inter diſcipu/ los Antonij uel præcipuũ numerant.

C

NB. Tempus Scripti Chronici.

Anni mũdi.		Romanorum.	Anni domini.
		ſtantinopoli Præfectus urbis factus.	
		Gratianus, qui nunc Imperator eſt, naſcitur.	
	24	Hilarius cum apud Conſtantinopolim librum pro ſe	364
		Conſtantio porrexiſſet, ad Gallias redit.	
		Macedonius Conſtantinopoli pellitur.	
		Omnes penè toto orbe eccleſiæ ſub nomine pacis & regis	
		Arianorum conſortio polluuntur.	
		Conſtantinopoli eccleſiarum maxima dedicatur.	
		Meletius Sebaſtiæ Armeniorum Epiſcopus, ab Achatio	
		& Georgio Epiſcopis Arianis Antiochiam trãsfertur, &	
		non poſt grande temporis interuallum cum presbyteros	
		qui ab Eudoxio anteceſſore ſuo depoſiti fuerant ſuſcepiſ	
		ſet, exiliũ iuſtiſſimam cauſam ſubita fidei mutatione de/	
		luſit.	
		Gallia per Hilarium Arianenſis perfidiæ dolum damnat.	
		Conſtantius Mopſocrenis inter Ciliciam Cappadociãq;	
		moritur anno ætatis 45.	
		IVLIANVS XXXVI Romanorum regnauit anno	
		uno, menſibus 7. Vel ut aiunt aliĩ, an: 2, menſib; 8.	
	1	Iuliano ab idolorum cultu conuerſo blanda perſecutio	365
D		fuit, illiciens magis quàm impellens ad ſacrificandum, in	
		qua multi ex noſtris uoluntate propria corruerunt.	
		Georgio per ſeditionem populi incẽſo, qui in locum A/	
		thanaſij ab Arianis fuerat ordinatus, Athanaſius Alexan	
		driam reuertitur.	
	2	Euſebius & Lucifer de exilio regrediuntur, è quibus Lu	366
		cifer accitis duobus aliĩs Confeſſoribus Paulinum Eu/	
		ſtathij Epiſcopi presbyterum, qui ſe nunquam hæretico/	
		rum communione polluerat, in parte catholica Antio/	
		chiæ Epiſcopum facit.	
		Prohæreſius Sophiſta Athenienſis lege data ne Chri/	
		ſtiani liberalium artium doctores eſſent, cum ſibi ſpecia/	
		liter Iulianus concederet ut Chriſtianos doceret, ſcholã	
		ſponte deſeruit.	
		Aemilianus ob ararum ſubuerſionem Doroſtori à Vica/	
		rio incenditur.	
		Eccleſia Antiochiæ clauſa, & grauiſſima imminentis per/	
		ſecutionis procella dei uoluntate ſopita eſt: Nam Iulia/	
		nus in Perſas profectus, noſtrum poſt uictoriam diis san	
		guinẽ uouerat, ubi à quodam ſimulato perfuga ad deſer	
		ta perductus, cum fame & ſiti Apoſtata perdidiſſet exer/	
		citum, & inconſultius à ſuorum erraret agminibus, ab ob	
		uio forte hoſtium milite conto ilia perfoſſus interijt, anno	

Olympias

A Anni mũdi.		Romanorum.	Anni domini.
Oly.		ætatis 32. Post quem sequenti die Iouianus ex primice-	
286.		rio domesticorum Imperator factus.	
		IOVIANVS XXXVII Romanorum regnauit men-	
		sibus 8.	
	1	Iouianus rerũ necessitate compulsus, Nisibim & magnã	367
		Mesopotamiæ partem Sapori Persarum regi tradidit.	
		Synodus Antiochiæ à Meletio & suis facta: in qua ho-	
		mousio & homusio reiecto mediũ inter hæc homoiusion	
		Macedonianum dogma uindicauerunt.	
		Iouianus cruditate siue odore prunarũ quas nimias ado	
		leri iusserat † Dadastanæ moritur anno ætatis 34.	† Dadanastæ
		Post quem Valentinianus tribunus Scutariorum e Pan	
		nonia Cibalensis apud Niceam Augustus appellatus,	
		fratrem Valentem Constantinopoli in communionem	
		regni assumit.	
		VALENTINIANVS & VALENS XXXVIII	
		Romanorum regnauerunt annis 13, mensibus 5.	
	1	Valentinianus egregius aliàs Imperator, & Aureliano	368
		moribus similis, nisi quod seueritatem eius nimiam, &	
		parcitatem quidam crudelitatem & auaritiam interpre-	
B		tabantur.	
	2	Terræmotu per totum orbem facto, mare littus egredi-	369
		tur, & Siciliæ multarumq; Insularum urbes & innumera	
		biles populos oppressit.	
		Procopius qui apud Constantinopolim tyrannidem in-	
		uaserat, apud Phrygiam salutarem extinctus est, & plu-	
		rimi Procopianæ partis cæsi atque proscripti.	
		DAMASVS XXXV Romanæ ecclesiæ ordinatur Epi	
		scopus.	
	Post non†	multum temporis interuallũ Vrsinus à quibusdã Epi	† Videtur tale quid deesse: Post non &c. ita Baronius ad Ann Dñi 367 nũ 15 recitat.
		scopus constitutus, Sicininũ cum suis inuadit, à quo Da	
		masianæ partis populo confluente crudelissimæ interfe-	ut ex historia Eusebij Eccle-
		ctiones diuersi sexus perpetratæ.	siastica licet conijcere.
	3	Valens ab Eudoxio Arianorum Episcopo baptizatus	370
		nostros persequitur.	
Oly.		Gratianus Valentiniani filius Ambianis Impator factus.	
287	4	Tanta Constantinopoli est orta tempestas, ut miræ ma-	371
		gnitudinis decidens grando nonnullos hominum inter-	
		fecerit.	
		Apud Atrebatas lana è cœlo pluuiæ mixta defluxit.	pluuia lana
5570	5	Hilarius Episcopus Pictauiensis moritur.	372
		Nicea quæ sæpe ante corruerat, terræmotu funditus	
		euersa.	

	Anni mũdi.		Romanorum.	Anni domini.
C			Libanius Antiochenus rhetor insignis habetur.	
	5571	6	Agon Constantinopoli à Valente editus.	373
			Athanaricus rex Gothorum in Christianos persecutione commota plurimos interfecit, & de proprijs sedibus in Romanum solum expellit.	
	5572	7	Eusebius Episcopus Vercellensis moritur.	374
			Constantinopoli Apostolorum martyrium dedicatur.	
			Magna fames in Phrygia.	
			Lucifer Caralitanus Episcopus moritur, qui cum Gregorio Episcopo Hispaniarum & Philone Libyæ nunc̃ se Arianæ miscuit prauitati.	
	Oly. 288.			
† Maximinus	5573	8	†Maximus Præfectus annonæ maleficos ab Imperatore	375
			inuestigare iussus, plurimos Romæ nobilium occidit.	
			Valentinus in Britannia antequã tyrannidem inuaderet oppressus.	
			Presbyter Syrmij iniquissime occiditur, quod Octauianum †ex Proconsule apud se latitantẽ prodere noluisset.	
† Exprocon sulem	5574	9	Didymus Alexandrinus multa de nostro dogmate per	376
			notarios cõmentatur, qui post quintum natiuitatis suæ annũ luminibus orbatus, elementorũ quoc̃ ignarus fuit.	
D			Equitius Comes Illyrici iniquissimis tributorum exactionibus ante prouincias quas regebat tanquã à Barbaris uastarentur erasit.	
	5575	10	Eunomius discipulus Aetij Constantinopoli agnoscitur, a quo hæresis Eunomiana.	377
			Saxones cæsi de Vsone in regione Francorum.	
			Burgundionum LXXX fermè milia quot nunquã antea ad Rhenum descenderunt.	
			Clearcus Præfectus urbis Constantinopoli agnoscitur, à quo necessaria & diu expectata uotis aqua ciuitati inducitur.	
			Alexandriæ XX ordinatur Episcopus Petrus, qui post Valentis interitũ tam facilis in recipiendis hæreticis fuit, ut nonnullis suspicionem acceptæ pecuniæ intulerit.	
			Melania nobilissima mulierum Romanarum, & Marcellini quondã Consulis filia, unico Prætore tunc Vrbano filio derelicto, Hierosolymam nauigauit, ubi tantum uirtutum, præcipuec̃ humilitatis fuit miraculo, ut Teclæ nomen acceperit.	
	5576	11	Post Auxentij seram mortẽ Mediolani Ambrosio Episcopo constituto, omnis ad fidẽ rectam Italia cõuertitur.	378
	Oly. 289.		Aquileienses clerici quasi chorus beatorum habentur.	
			Quia superiore anno Sarmatæ Pannonias uastauerunt,	

ijdem

	Anni mũdi.		Romanorum.	Anni domini.
A	5578	12	Ijdem Consules permansere.	
			Valentinianus subita sanguinis eruptione, quod græce apoplexis uocatur, Brigitione moritur. Post quem Gratianus assumpto in imperium Valentiniano fratre, cum patruo Valente regnat.	379
			Apollinarius Laodicensis iactatione ingenij quosdam errores pertinaciter asseuerans, hæresim sui nominis suscitauit, quã Damasus habito Romæ Cõcilio damnauit.	
			Eutropius presbyter, uir eloquentia clarus agnoscitur.	
			Multi monachorum Nitriæ per tribunos & milites cæsi.	
			Valens lege data ut monachi militarent, nolentes fustibus iussit interfici.	
			Theodosius Theodosij postea Imperatoris pater, & plurimi nobilium occisi.	
			Photinus in Galatia moritur, à quo Photinianorum dogma inductum, qui multa continentiæ & ingenij bona uno superbiæ malo perdidit.	
	5578	13	Basilius Cæsariensis Episcopus Cappadociæ clarus habetur.	380
B			Alemannorũ circiter triginta milia apud Argentarium oppidum Galliarum ab exercitu Gratiani strata.	
	5579	14	Florentinus Bonosus & Rufinus insignes monachi habentur: E quibus Florentinus tam misericors in egentes fuit, ut uulgo pater pauperum nominatus sit.	381
			Gens Hunorum Gothos uastat, qui à Romanis sine armorum depositione susceptí, per auaritiam Maximi duces fame ad rebellandum coacti sunt.	
			Superatis in congressione Romanis, Gothi funduntur in Thracia.	
			Valens de Antiochia exire compulsus, sera pœnitentia nostros de exilijs reuocat.	
			Lachrimabile bellum in Thracia, in quo deserente equitum præsidio Romanæ legiones à Gothis cinctæ usque ad internitionem cæsæ sunt: Ipse Imperator Valens cum sagitta saucius fugeret, & ob dolorem nimiũ sæpe equo laberetur, ad cuiusdã uillulæ casam deportatus est: quo persequentibus Barbaris, & incensa domo, sepultura quoque caruit.	

D. HIERONYMI CHRONICON FINIT.

PROSPERI AQVITANICI, VIRI ELOQVENTISSIMI TEMPORVM CONTINVATIO.

HVCVSQVE Hieronymus Presbyter ordinem præcedentium digessit annorum: Nos quæ secuta sunt adijcere curauimus. Igitur Valente à Gothis in Thracia cremato, Gratianus cum fratre Valentiniano XLI regnauit annis 6.

GRATIANVS cum fratre suo Valentiniano Romanorum XLI regnauit annis 6.

Anni mundi.	A	Regnum Romanorum.	Anni domini.
5580	1	Musonio & Olybrio coss. Gratianus post mortem patrui Theodosij Theodosium filium in consortiũ assumit imperij, & ei regnum tradidit Orientis.	382
		Theodosius summa felicitate multis atque ingentibus prælijs Gothos superat, & è Thracia pellit.	
		Langobardi ab extremis Germaniæ finibus Oceanicq; protinus littore, Scandiacq; insula magna multitudine ingressi, & nouarum seditionum auidi, Iborea & Aione ducibus Vandalos primum uicerunt.	
		Sempronius uir apprime eruditus agnoscitur.	
		Ea tempestate Priscianus Episcopus de Galatia ex Manichæorum & Gnosticorum dogmate hæresim nominis sui condidit.	
	2	Gratiano & Theodosio coss. pro catholica fide multa sublimiter Ambrosius scribit.	383
		Theodosius cũ Thessalonicæ ægrotaret, à Basilio eiusdem ciuitatis Episcopo baptisma suscepit.	
		Procurante Gratiano eò quod Theodosius ægrotaret, pax firmatur cum Gothis.	
		Synodus patrum CLXXX apud Constantinopolim celebrata est contra Macedonium, spiritũ sanctum deum esse negantem.	
	3	Euagrio & Eleutherio coss. Martinus Episcopus Turonorum Galliæ ciuitatis, multis clarus habetur.	384
		Gregorius Nazianzenus uir sua ætate eloquentissimus, & Hieronymi præceptor obijt.	
5583	4	Antonio & Syagrio coss. Athanaricus rex Gothorum	385

	Anni mūdi.		Romanorum.	Anni domini.	
A			thorum, apud Constantinopolim XV quo fuerat su/		
			sceptus die occiditur.		
		5	Merobaude II & Saturnino coss. Arcadius The	386	
			odosij Imperatoris filius Augustus appellatur.		
			Petronius Bononiensis Episcopus, uir studijs & sanctita/		
			tate clarus moritur.		
		6	Nicomede & Clearcho coss. Honorius Theodosij	387	
			filius nascitur.		
			Romanæ ecclesiæ post Damasum SYRICIVS XXXVI		
			præfuit.		
			In Britannia per seditionem militum Maximus Impera/		
			tor est factus, quo mox ad Gallias transferente se Gratia		
			nus Parisius Merobaudis magistri militum proditione su		
			peratus, & fugiens Lugduni captus atq; occisus est.		
			Maximus Victorem filium suum consortem regni facit.		
			VALENTINIANVS cum Theodosio XLII Ro		
			manorum regnauit annis 7.		
		1	Arcadio & Bautone coss. hoc tempore Hieronymus	388	† Hieronimus
			presbyter toto iam mundo clarus habitat in Bethleem,		
			egregio ingenio studio uniuersali ecclesiæ seruiens.		
			Priscillianus in Synodo Burdegalensi se damnandum in/		
B			telligens, ad Imperatorem Maximum prouocauit, audi/		
			tusq; Treuiris ab Euodio Præfecto Prætorio, à Maximo		
			gladio addictus est cum Eucrocia Delphidij Rhetoris		
			coniuge, & Latroniano, alijsq; erroris consortibus.		
			Burdegalæ quædam Priscilliani discipula nomine Vrbi/		
			ca, ob impietatis pertinaciam per seditionem uulgi lapidi/		
			bus extincta est.		
		2	Honorio Nepote & Euodio coss.	389	
		3	Valentiniano III & Eutropio coss.	390	
		4	Theodosio II & Cynegio coss. Maximus tyrannus	391	
			à Valentiniano & Theodosio Imperatoribus in tertio		
			ab Aquileia lapide spoliatus indumentis regijs, sistitur &		
			capite damnatur, cuius filius Victor ab Arbogaste inter/		
			fectus in Gallijs.		
	5590	5	Timasio & Promoto coss. Ithacius & Vrsacius	392	
			Episcopi ob necem Priscilliani, cuius accusatores fue		
			rant, ecclesiæ communione priuantur.		
		6	Langobardi eorum ducibus defunctis, primum sibi re	393	
			gem creauerunt Algelmundum Aiouis filium, qui regna		
			Valentiniano IIII & †Necteorio coss. (uit annis 33.		†Neoterio
			signum in cœlo, quasi columba pendens ardensq; per di/		
			es 30 apparuit.		

Anni mũdi.		Romanorum.	An: dominĩ.
	7	Theodosius uenerabile Ioannis Baptistæ caput ex uico	394
		Coslai Constantinopolim deportans, septimo ab urbe la/	
		pide in Basilica, quam magno sumptu in eius honorem	
		erexerat recondit.	
		Titiano & Symmacho coss. Eugenius fauore Arboga	395
		stis confisus imperium sibimet usurpauit.	
		Arcadio II & Rufino coss. Valentinianus ad uitæ fa	396
		stidium nimia Arbogastis magistri militum austeritate	
		ductus, laqueo apud Viennam periit.	
		Arbogastes magister exercitus mortuo Valentiniano,	
		cuius exercitu grauabatur, Eugenium in Gallijs impera	
		THEODOSIVS XLIII Romanorum (re facit.	
		cum iam per 14 regnaret annos, regnat cum Arcadio	
		& Honorio filijs annis 3.	
	1	Theodosio III & Habundantio coss. Honorium pa	397
		ter suus Theodosius in eodem loco, quo fratrem eius Ar	
		cadium Cæsarem fecerat principem constituit 17 ab ur	
		be miliario, cum hora tertia tenebræ factæ sunt.	
	2	Arcadio III & Honorio II coss. Ioannes monachus	398
		Anachoreta clarus habet, qui ornatus prophetiæ gratia	
		Theodosium consulentem de euentu belli, quod aduer	
		sus Eugenium mouebat, uictorem futurũ prædixit.	
	3	Olybrio & Probino coss. Theodosius Eugeniũ uin/	399
		cit & perimit.	
		Augustinus beati Ambrosij discipulus, multa facundia	
		doctrinaq; excellẽs, Hippone regione Africæ Episcopus	
		ordinatur.	
		Hoc tempore Claudianus Poëta innotuit.	
		Theodosius Imperator Mediolani moritur.	
		ARCADIVS XLIIII Romanorum cum iam regnasset	
		annis 12, regnat cum fratre Honorio an: 13.	
	1	Arcadio IIII & Honorio coss. terræmotus per dies	400
		plurimos fuit, cœlumq; ardere uisum est.	
		Orosius Hispanus presbyter uir eloquens, & historiarũ	
		cognitor claret.	
5599	2	Cæsario & Attico coss. Flacilla nata est Arcadio	401
		filia.	
		Euagrius incredibilis abstinentiæ monachus, & in sacris	
	3	literis eruditus, apud Aegyptios habetur insignis.	402
	4	† Manlio & Theodoro II coss. cum hũc consula	403
		tũ inierat Eutropius Eunuchus, qui mox honore & uita	
		exutus est.	
		Honorio IIII & Eutychiano coss. ANASTASIVS XXXVII	

Romanæ

Anni mũdi.		Romanorum.	Anni domini.	
		Romanæ eccleſiæ Epiſcopatum tenet annos 3, dies 21.		
	5	Stilicone & Aureliano coss. Gothi Italiam Halarico & Rhadagaiſo ducibus ingreſſi.	402	
	6	Vincentio & Fabricio coss. Ioannes Conſtantinopolitanus, & Theophilus Alexandrinus illuſtres Epiſcopi habentur, ſed utrũq; obſcurauit diſcordia, quæ eouſq; proceſſit, ut Ioannes à Theophilo oppreſſus Pontum exilio pergere cogeret, cũ tamẽ cõmunionẽ eius maxima pars eorũ Epiſcoporũ Romani Põtificis exemplũ ſecuta ſeruauerit.	403	
	7	Arcadio v & Honorio v coss. aduerſus Gothos uehementer utriuſq; Polentiæ partis clade pugnatum eſt.	404	videh abundare.
		INNOCENTIVS XXXVIII Romanæ eccleſiæ præeſt Epiſcopus annis 15, menſibus 2, diebus 21.		
	8	Theodoſio Auguſto et †Rimoridio coss. Eudoxij Arcadij uxoris ſtatua ſuper Porphyricam columnã poſita eſt.	405	†Rumorido
	9	Honorio VI & Ariſteneto coss. Eudoxa uxor Arcadij diem clauſit.	406	
	10	Stilicone II & Anthemio coss. Radagaiſus in Tuſcia multis Gothorum milibus cæſis, ducente exercitum Stilicone ſuperatus & captus eſt.	407	
B	11	Arcadio VI & Probo coss. Vandali & Alani Galliãs traiecto Rheno prídie Cal. Ianuarias ingreſſi.	408	
	12	Honorio VII & Theodoſio II coss. Conſtantinus ex infima militia ob ſolam ſpeciem nominis in Britannia tyrannus exoritur, & ad Gallias tranſit.	409	
	13	Baſſo & Philippo coss. Arcadius Imperator Conſtantinopoli moritur.	410	
		HONORIVS cum Theodoſio fratris filio XLV Romanorum regnauit annis 16.		
5610	1	Honorio VIII & Theodoſio III coss. Vandali Hiſpanias occupauerunt.	411	
		Attalus Romæ Imperator factus, qui mox priuatus regno Gothis ceſſit.		
	2	†Flauio Varrone coss. Roma orbis quondam uictrix à Gothis Halarico duce capta, & ob hoc ſolus fuit orientalium partium Conſul, quod in ſequẽti anno obſeruatum eſt.	412	†Varrone & Tertullo
	3	Theodoſij Auguſti IIII conſulatu Conſtantinus per Honorij duces Conſtantinum & Vlfulam apud Arelatenſe oppidũ uictus & captus eſt, cuius filiũ Conſtantem in Hiſpania regnare orſum, Geruntius comes in Maximum quendam tyrannidem transferens, interemerat.	413	
	4	Honorio IX & Theod. V coss. Maximo in Hiſpania	414	

regno

	Anni mũdi.	Romanorum.	Anni domini.
C		regno ablato uita est concessa, eo quod modestia humili-	
		tatis affectati imperij inuidiam non merebatur.	
		Gothi rege Athaulpho Gallias ingressi. Eodē tempore	
		Heros uir sanctus, & beati Martini discipulus, cum Arela	
		tensi oppido Episcopus præsideret, à populo ipsius ciuita	
		tis insons & nullis insimulationibus noxius pulsus est,	
		incq; eius locum Patroclus ordinatur, amicus & familiaris	
		Constantis magistri militum, cuius per ipsum gratia	
		quærebatur, eaq; res inter Episcopos religionis illius ma	
		gnarum discordiarum causa fuit.	
† Lucio			
× Heraclianq	5	† Luciano uiro clarissimo Cōsule, huius collega in consu	415
		latu fuit Herodianus, qui nouarum in Africa rerum reus,	
		& honorem amisit & uitam.	
		Burgundiones partem Galliæ propinquantem Rheno	
		obtinuerunt.	
		Iouius & Sebastianus fratres in Gallijs regno accepto	
		interempti.	
		Hac tempestate Pelagius Brito dogma nominis sui con	
		tra gratiam Christi Celestino & Iuliano adiutoribus exe	
		ruit, multosq; in suum trahit errorem, prædicans unum-	
D		quenq; ad iustitiam uoluntate propria regi, tantumq; ac	
		cipere gratiæ quantum meruit: quia Adæ peccatū ipsum	
		solum læserit, nec posteros eius obstrinxerit. Vnde &	
		uolentibus possibile sit omni carere peccato, omnesq;	
		paruulos tam insontes nasci, quàm primus homo ante	
		præuaricationem fuit, & ideo baptizandos non ut pecca	
		to exuantur, sed sacramento adoptionis honorentur.	
	6	Constantino uero consule Attalus Gothorum consilio	416
		& præsidio tyrannidem resumit in Gallijs.	
	7	Honorio X & Theodosio VI COSS. Attalus à Go	417
		this ad Hispanias migrantibus neglectus, & præsidio ca-	
		rens capitur, & Constantino Patricio uiuus offertur.	
		Athaulphus à quodam suorum uulneratus interijt, re-	
✝		gnumq; eius Vuallia parētis, qui idem cupere intelligeba	
		tur inuasit.	
	8	Theodosio VII & Palladio COSS. Placidiam Theo-	418
		dosij Imperatoris filiam, quam Romæ Gothi cœperant,	
		quāquam Athaulphus coniugem habuerat, Gallia pa	
		cem Honorij expetens reddidit, eiusq; nuptias Constan	
		tius promeretur.	
		ZOSIMVS XXXIX Romanæ ecclesiæ Episcopatum	
		suscipit anno uno, mensibus 9, diebus 8. Quo tempore	
		Pelagius iam à Pontifice Innocentio prædamnatus, Afro	

rum uigore

	Anni mũdi.	Romanorum.	Anni domini.
A		rum uigore, & maxime Augustini Episcopi scientia re/	
		sistebatur.	
	9	Honorio XI & Constantio II coss. Honorius trium/	419
		phans Romam ingreditur, præcunte curru eius Attalo,	
		quem Lyparæ uiuere exulem iussit.	
	10	Honorio XII & Theodosio VIII coss. Hoc tempo	420
		re Constantius seruus Christi ex uicario Romæ habitãs	
		& pro gratia dei Pelagianis resistẽs factione eorundem	
		multa pertulit, quæ illũ sanctis confessoribus sociauerũt.	
		Concilio apud Carthaginem habito CCXVII Episco	
		porum, † ad Pontificem Zosimũ Synodalia decreta per/	
		lata, quibus probatis per totum mundum hæresis Pela/	
		giana damnata est.	
		Valentinianus Constantij & Placidiæ filius, nascitur se/	
		xto Nonas Iulias.	
		BONIFACIVS XL Romæ Episcopatũ tenet annis 3,	
		mensibus 9.	
	11	Maximo & Plinta coss. Constantius pacem firmat	421
		cum Vuallia, data ei ad habitandũ Aquitania & quibus/	
		dam ciuitatibus confinium prouinciarum.	
	12	Theodosio VIIII & Constantio III coss. Constan	422
B		tius ab Honorio in consortium regni assumitur.	
		Hieronymus presbyter moritur anno ætatis suæ 91, pri	
		die Calendas Octobris.	
5620	13	Agricola & Eustathio coss. Constantius Imperator	423
		moritur.	
	14	Honorio XIII & Theodosio X coss. hoc tempo	424
		re exercitus ad Hispanias contra Vandalos missus est,	
		cuius Crastinus dux fuit, qui Bonifaciũ uirum bellicis	
		artibus præclarum inepto & iniurioso imperio ab expedi	
		tionis suæ societate auertit: nam ille periculosum sibi atq;	
		indignum ratus sequi quem discordem superbientemq;	
		expertus esset, celeriter se ad portum urbis, atque inde ad	
		Africam proripuit, idq; reipublicæ multorum laborum	
		initium fuit.	
	15	Mariniano & Asclepiodoto coss. Placidia Augusta	425
		à fratre Honorio pulsa, ad Orientem cum Honorio &	
		Valentiniano filijs proficiscitur.	
	16	CELESTINVS XLI Romanæ ecclesiæ præsidet Epi	426
		scopus annis 9.	
		Longobardorum II regnauit Lamissus meretricis fi	
		lius annis 3.	
		Honorius moritur, & regnum eius Ioannes occupat	

† à Pontifice Zosimo synodalica decreta sunt prolata.

Anni mũdi.		Romanorum.	Anni dominí.
		conniuente ut putatur Craſtino, qui exercitui magiſter militum præfuit.	
		THEODOSIVS XLVI Romanorũ regnauit an: 30.	
	1	Craſtino & Victore coss. Theodoſius Valentinianũ amitæ ſuæ filium Cæſarem facit, & cum Auguſta matre ſua ad recipiendum occidentale mittit imperiũ: quo tempore Ioannes dum Africam quã Bonifacius obtinebat bello repoſcit, ad defenſionem ſui infirmior factus eſt.	427
	2	Theodoſio XI & Valentiniano coss. Placidia Auguſta & Valentinianus Cæſar mira felicitate Ioannem tyrannum opprimunt, & regnũ uictores recipiunt data uenia Aëtio, quod Hunis, quos per ipſum Ioannes acciuerat, eiuſdem ſtudio ad propria reuerſi ſunt. Craſtinus autem in exilium actus eſt, quia uidebatur Ioannem ſine comitiua regnum non potuiſſe aſſumere. Valentinianus Decreto Theodoſij Auguſtus appellat. Archillas nobile oppidum Galliarum à Gothis multa ui oppugnatum eſt, donec imminente Aëtio non impuniti diſcederent.	428
	3	Theodoſio XII & Valentiniano II coss. Patroclus Arelatenſis Epiſcopus à Tribuno quodã Barbaro multis uulneribus laniatus occiditur, quod facinus ad occultam iuſſionem Felicis magiſtri militum referebatur, cuius impulſu traditur etiam Titus Diaconus uir ſanctus Romæ pecunias pauperibus diſtribuens interfectus.	429
	4	Hierone & Ardabure coss. Bonifacio, cuius potentia gloriaq; in Africa augebatur, bellũ ad arbitriũ Felicis qui ad Italiam uenire annuebat publico nomine illatum eſt, ducibus Mauortio & Galbione & Sinoce, cuius prodi/tione Mauortius & Galbio cum Bonifaciũ obſiderent, interempti ſunt: moxq; ipſe à Bonifacio dolo detectus occiſus eſt: Exinde gentibus quæ uti nauibus neſciebãt, dum à concertantibus in auxilium uocantur, mare par uum factum eſt, belliq; contra Bonifacium cœpti in Si/giuſuultum comitem cura translata eſt. Gens Vandalorum ab Hiſpanijs ad Africam tranſijt.	430
	5	Felice & Tauro coss. Neſtorius Conſtantinopolitanus Epiſcopus nouũ eccleſijs molitur errorem inducere, prædicans Chriſtum ex Maria hominem tantum & non deum natum, eiq; diuinitatem collatam eſſe pro merito. Huic impietati præcipua Cyrilli Alexandrini Epiſcopi induſtria & Papæ Celeſtini repugnat autoritas. Pars Galliarũ propinqua Rheno, quã Franci poſſiden/dam	431

A Anni mũdi.		Romanorum.	Anni domini.
		dam occupauerũt, Aëtij Comitis armis recepta.	
5630	6	Florentino & Dionysio COSS. Felice ad patritiam di	432
		gnitatem prouecto, Aëtius magister militum factus est	
		ex agricola.	
		Pelagianus Seueriani Pelagiani Episcopi filius, eccles	
Britannia		as Basternię dogmatis sui insimulatione corrupit, sed	
		actione Palladij diaconi Papa Celestinus Germanum	
		Antisiodorensem Episcopũ uice sua mittit, ut deturbatis	
		hæreticis Britannos ad catholicam fidem dirigat.	
	7	Theodosio XIII & Valentiniano III COSS. Aëtius	433
		Felicem cum uxore sua Padusia, Egrumitiũ diaconum	
		eos insidiari cum præsensisset, interemit.	
		Augustinus Episcopus per omnia excellentissimus mo	
		ritur V Calendas Septembris, libris Iuliani inter impetũ	
		obsidentiũ Vandalorũ in ipso dierũ suorũ fine respondẽs,	
		& gloriose in defensione Christianæ gratiæ perseuerans.	
	8	Basso & Antiocho COSS. Congregata apud Ephe	434
		sum plus ducentorum Synodo sacerdotum, Nestorius	
		cum hæresi nominis sui, & cum multis Pelagianis qui	
B		cognatum sibi dogma iuuabant damnatur.	
		Ad Scotos in Christum credentes ordinatur à Papa Ce	
		lestino Palladius & primus Episcopus mittitur.	
	9	Aëtio & Valerio COSS. Romanæ ecclesiæ XLII præ	435
		ficitur Episcopus SIXTVS.	
		Totius orbis pace & confessione mirabili Bonifacius ab	
		Africa ad Italiam peruenit in Vrbẽ, accepta magistri mi	
		litum dignitate, qui cum sibi resistentem Aëtiũ prælio su	
		perasset, paucos post dies morbo extinctus est. Aëtius ue	
		ro cum deposita potestate in agro suo degeret, ibiq; cum	
		quidam inimicus eius repentino eum incursu opprimere	
		tentasset, profugus ad urbem, atq; illinc ad Dalmatiam,	
		deinde Pannoniam ad Hunos peruenit, quorum amici	
		tia auxilioq; usus pacem principum Aëtius interpellatæ	
		potestatis obtinuit.	
	10	Theodosio XIIII & Maximo COSS. maxima urbis	436
		Regiæ pars Septentrionalis per tres dies continuo incen	
		sa collapsaq; est mense Augusto.	
		Ioannes monachus cognomẽto Cassianus Massiliæ in	
		signis & facundus scriptor habetur.	
	11	Aspare & Ariouinda COSS.	437
	12	Theodosio XV & Valentiniano IIII COSS. pax facta	438
		cum Vandalis, data eis ad habitandum per triennium in	
		loco Africæ portione Hippone 3 Idus Februarij.	
		Eodem tempore Gundicariũ Burgundionũ regem intra	

Beda lib. 1. c. 7. apud Bonn. 429. Agricola Pelagiang etc.

	Anni mũdi.		Romanorum.	Anni domini.
C			Gallias habitantem Aëtius bello cõtriuit, pacemq; ei ſup	
			plicanti dedit, qua non diu potitus eſt. Siquidem illum	
			Huni cum populo ſuo atq; ſtirpe deleuerunt.	
		13	Iſidoro & Senatore coss. Gothi pacis placita pertur	439
			bant, & pleraq; municipia ſedibus uicina ſuis occupant:	
			Narbonenſi oppido maxime infeſti, quod cum diu obſi	
			dione & fame laboraret, per Littoriũ Comitẽ ab utroq;	
			periculo liberatus eſt. Siquidẽ per ſingulos equites binis	
			tritici modijs aduectis ſtrenuiſſime & hoſtes in fugam	
			uertit, & ciuitatem annona impleuit.	
		14	Aëtio II & Sigiſuulto coss. Bellum aduerſus Go	440
			thos Hunis auxiliantibus geritur.	
			Geiſericus rex Vandalorum intra habitationis ſuæ limi	441
			tes uolens catholicã fidem Ariana impietate ſubuertere,	
			quoſdam noſtrorũ Epiſcoporũ eatenus perſecutus eſt,	
			ut eos priuato iure Baſilicarum ſuarum etiam ciuitatibus	
			pelleret, cum ipſorũ conſtantia nullis ſuperbiſſimi regis	
			terroribus cederet.	
			Valentinianus Auguſtus ad Theodoſium principem	
D			Conſtantinopolim proficiſcitur, filiamq; eius in matri	
			monium accipit. Eodem anno Piraticam Barbarorum	
			fœderatorum deſertores exercuerunt.	
			Per idem tempus quatuor Hiſpani uiri, Arcadius, Pro	
			bus, Paſchaſius & Eutychius, dudũ apud Geiſericũ me	
			rito ſapientiæ & fidelis obſequij clari habebantur, quos	
			rex ut copulatiores ſibi faceret in Arianam ſectam tranſ	
			ire præcepit. At illi facinus conſtantiſſime reſpuentes, ex	
			citato in rapidiſſimã iram Barbaro, primũ proſcripti, de	
			inde in exilium acti, tum atrociſſimis cruciati ſupplicijs,	
			ad poſtremũ diuerſis mortibus interempti illuſtri marty	
			rio mirabiliter occubuerunt.	
			Puer autẽ Paulillus nomine frater Paſchaſij & Eutychij,	
			pro elegãtia formæ atq; ingenij admodũ regij acceptus,	
			à profeſſione atq; amore catholicæ fidei cum nullis minis	
			deturbari poſſet, diu fuſtibus cæſus ad infamem ſeruitu	
			tem damnatus eſt, nec ideo ut apparet interfectus, ne ſu	
			perata ſæuitia impij regis etiam illa ætas gloriaretur.	
		15	Theodoſio XVI & Fauſto coss. Hoc quoq; anno ijdẽ	442
			Piratæ multas Inſulas, ſed præcipue Siciliam uaſtauere.	
			Aduerſum Gothos in Gallia quædam proſpere geſta.	
		16	Theodoſio XVII & Feſto coss. Littorius qui ſe	442
			cundæ ab Aëtio Patritio poteſtati Hunis auxiliantibus	
			præerat, dum Aëtij gloriã ſuperare appetit, dumq; aruſpi	
			cum reſponſis & dæmonũ ſignificationibus fidit, pugnã	

cum

Anni mũdi.	Romanorum.	Anni domini.
	cum Gothis imprudenter cõseruit, fecitq; intelligi quan	
	tum illa eorũ quæ perijt manus prodesse potuerit, si potio	
	ribus consilijs quàm sua temeritate uti maluisset, quãdo	
	tantam ipse hostibus cladem intulit, ut nisi inconsideran	
	ter prælians captiuitatẽ incidisset, dubitandum foret cui	
	potius parti uictoria ascriberetur.	
	Hac tempestate Iulianus Athelnẽsis iactantissimus Pe	
	lagiani erroris assertor, quem dudum amissi Episcopatus	
	intemperans cupido exagitabat, multimoda arte fallendi	
	correctionis spem præferens, molitus in cõmunionem ec	
	clesiæ irrepere: Sed hijs insidijs Sixtus Papa Diaconi Leo	
	nis hortatu uigilanter occurrens, nullum aditũ pestiferis	
	conatibus patere permisit, & ita omnes catholicos defe	
	ctione fallacis bestiæ gaudere fecit, quasi tunc primũ iu	
	perbissimam hæresim apostolicus gladius detruncasset.	
	Per idem tempus Vitricus reipublicæ nostræ fidelis mul	
	tis documentis bellicis clarus habetur.	
	Pax cũ Gothis facta, cum eã post ancipitis pugnæ lachry	
	mabile experimentũ humilius q̃ unq̃ ante poposcissent.	
	Aëtio rebus quæ in Gallijs cõponebantur intento, Geise	
	ricus de cuius amicitia nihil metuebatur, 14. Cal. Nouem	
B	bris Carthaginem dolo pacis inuadit, omnesq̃ opes eius	
	excruciatis diuerso tormentorũ genere ciuibus, in ius suũ	
	uertit. Nec ab ecclesiarũ despoliatione abstinens, quas &	
	sacris uasibus exinanitas, & sacerdotum administratione	
	priuatas, non iam diuini cultus loco, sed suorũ iussit esse	
	habitacula. In uniuersum captiui populi ordinem sæuus,	
	sed præcipue nobilitati & religioni infensus, ut nõ discer	
	neretur hominibus magis an deo bellum intulisset.	
	Carthago à Vandalis capta, anno postquam Romana	
	esse cœperat 585. aliàs 583.	
17	Valentiniano V Augusto & Anatholio COSS. Defun	443
	cto Sixto Episcopo, XL amplius diebus Romana eccle	
	sia sine Antistite fuit, mirabili pace atq; patientia aduentũ	
	Diaconi Leonis expectans, quẽ nunc inter Aëtiũ & Al	
	binum amicitiæ redintegrandæ Galliæ detinebant, quasi	
	ideo longus esset aduentus, ut electi meritũ & eligentiũ	
	iudicium probaretur. Igitur LEO Diaconus legatione	
	publica accitus & gaudenti patriæ præsentatus, XLIII	
	Romanæ ecclesiæ Episcopus ordinatur.	
	Geisericus Siciliam grauiter affligẽs, accepto nuncio de	
	Sebastiano ab Hispania ad Africam transeunte celeriter	
	Carthaginem rediit, ratus periculosum sibi ac suis fore si	
	uir bellandi peritus recipiendæ Carthagini incubuisset:	

	Anni mũdi.		Romanorum	Anni domini.
C			Verũ ille amicũ ſe magis q̃ hoſtem uideri uolens diuerſa	
			omnia apud Barbaros q̃ præſumpſerat reperit, eaq̃ ſpes	
			cauſa illi maxima & calamitatis & infelicis mortis fuit.	
V.C.		18	Cyro III Conſule, Theodoſius Imperator bellũ contra	444
† Auſila			Vandalos mouet, Ariouinda & † Anaxilla atq̃ Germa-	
			no ducibus cũ magna claſſe directis, qui longis cuncta-	
			tionibus negotiũ differentes, Siciliæ magis oneri quàm	
			Africæ præſidio fuerunt.	
		19	Dioſcoro & Leudoxa COSS. Hunis Thraciam & Illy	445
			ricũ ſæua depopulatione uaſtãtibus, exercitus qui in Sici	
			lia morabat ad defenſionẽ Orientaliũ partiũ reuertitur.	
			Cum Geiſerico autẽ ab Auguſto Valentiniano pax con	
			firmata, & certis ſpacijs Africa inter utrunq̃ diuiſa eſt.	
			In Geiſericum apud ſuos de ſucceſſu rerũ ſuperbientem	
			quidam optimates ipſius conſpirauerunt, ſed molitione	
			detecta multi ab eo ſupplicijs excruciati atque extincti	
			ſunt. Cumq̃ idem audendum etiam alijs uideretur, mul-	
			tis regis ſuſpicio exitio fuit, ut hac ſui cura plus uirium	
			perderet quàm ſi bello ſuperaretur.	
	5640	20	Maximo II & Paterio COSS. Hoc tempore pluri-	446
			mos Manichæos intra urbẽ latere diligentiæ Papæ Leo-	
D			nis innotuit, qui eos de ſecretis ſuis erutos, & oculis to-	
			tius eccleſiæ publicatos, omnes dogmatis ſuæ turpitudi	
			nem & dãnare fecit & prodere, incenſis eorũ codicibus,	
			quorũ magnæ moles fuerunt interceptæ. Quæ cura uiro	
			ſancto diuinitus, ut apparuit, inſpirata, non ſolũ Roma-	
			næ urbi, ſed etiam uniuerſo orbi plurimũ profuit. Siqui-	
			dem confeſſionibus in urbe captorũ, qui doctores eorũ,	
			qui Epiſcopi, quiue presbyteri in quibus prouincijs uel	
			ciuitatibus degerent, patefactum eſt. Multiq̃ Orientaliũ	
			partiũ ſacerdotes induſtriã apoſtolici rectoris imitati ſunt.	
al. Bledlam.		21	Theodoſio XVIII & Albino COSS. Attila rex	447
			Hunorum Bledam fratrem & conſortem ſuum perimit,	
			eiusq̃ populos ſibi parere compellit.	
		22	Valentiniano VI & Nono COSS.	448

PROSPERI AQVITANICI FINIS.

LECTORI.

QVAE *ſequuntur ex Matthæi Palmerij Florentini uiri quidem diligentiſsimi libro de temporibus ad uerbum ſumus mutuati. Cuius ſanè libri antecedentia eo conſilio ſcribenda eſſe non putauimus, quod ferè omniã horũ librorũ ex ſuperioribus ſint excerpta. Ne uero ſubinde eadem ad legentis tædiũ infarcirentur conſulto omiſimus. Ea uero quæ non immerito poterant à lectore deſiderari, operæpretium fore rati ſumus, ſi ad continuandam in præſentem uſq; ferè diem hiſtoriam apponerentur.*

MATTHAEI

MATTHAEI PALMERII FLORENTINI TEMPORVM ET HISTORIARVM CONTINVATIO.

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
	5	EVTYCHIANA hæresis Constantinopoli exoritur, autore Eutyche presbytero, qui à Fabiano Constantinopolitano Episcopo damnatus est. Obquã damnationem annuente Theodosio Imperatore Synodus apud Ephesum indicitur, in qua Dioscoro Alexandrino Episcopo præsidẽte Eutyches restituitur, Fabianus uero damnatur.	22	37	448
	6	Romani Gothis uictis atrocissimum bellum cum Hunis commiserunt in Gallijs, in quo superatis Hunis supra 1600 cædunt. Theodoricus quoq; Gothorũ rex in eo prælio occiditur. Post quem † Theodorismus in regnum suscipitur.	23	38	449
	7	Attila Hunorum rex in Pannonijs reparato exercitu Italiã inuadit & Aquileiam obsidet. Septem dormientes, qui apud Ephesum in specu clausi post annos CXCII specu diuinitus patefacto surgunt à somno, & coram Theodosio III de resurrectione de qua dubitabatur certificantes iterum in Christo obdormiunt.	24	39	450
5650	8	Galli Britanniam hostiliter ingressi, igne & ferro omnia uastantes subegerunt.	25	40	451
	9	Theodosius iunior Constantinopoli moritur.	26	41	452

† Thurismundus

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Annī salutis.
				MARTIANVS	
				IX in Oriente	
				an: 7.	
	10	Terræmotus assiduí, cometæ &	27	1	453
		signa uaria apparuerũt in cœlo.			
		Attila post longam obsidionem			
		capta Aquileia, Vincentiam, Ve			
		ronam, Mediolanum atq; Ti			
		cinum pari terrore peruadit, &			
		multa oppidanorũ cæde diripit.			
		Exanimata itaque terribilissimo			
		hoste prouincia, & confugien			
		tibus undique ex conuicinis ur			
		bibus populis, & per proximã			
		paludem consistere atque latere			
		conantibus, in extrema penè			
		Adriatici sinus ora, ubi intra pa			
		ludem campus assurgebat, plu			
		rimi conuenerunt, ibiq; exicca			
		to quotidie de industria solo			
		mansiones muniere, quas à cõ			
D		muni prouinciæ unde conuene			
		rãt uocabulo Venetias dixere.			
	11	Synodus Chalcedonensis con	28	2	454
		gregata Episcoporum DC, in			
		qua Eutyces & Dioscorus Ale			
		xandrinus Episcopus damnan			
		tur, & omnia quæ in Ephesina			
		Synodo firmarunt in irritum			
		deducuntur.			
		Attilam post miserabilem Ve			
		netiæ cladem à Leone Pontifi			
		ce exoratum, & ad sua regna re			
		uersum, rursusq; Italiam inua			
		dere iactantẽ, sanguis è naribus			
		fluens repente necauit.			
	12	Aëtius Patritius uir bellicosissi	29	3	455
		mus, & Attilæ quondam terror			
		suorum inuidia accusatus Va			
		lentiniani iussu interficitur.			
		Valentinianus à suis Romæ est			
		interfectus.			

Maximus

	Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.	
		13 Maximus imperium occupat, & Eudoxiam Valentiniani quondam uxorem per uiolentas nuptias coniungit. Ob quam causam Vandali ab Eudoxia prouocati sub Geiserico rege Carthagine Italiam aduecti Romã intrarunt, & dilaniatũ Maximi corpus in Tiberim proiecerunt LXX die postẽ regnum inuaserat, omniaq; hostili more deinde deprædantes, cum ingenti captiuorũ numero, & cum Eudoxia Imperatoris uxore in Africam remearunt.	30	4	456	
			†MAIORAnus Imperatorũ XVIII apud Rauennam regnauit annis 4.			† Maioriānus
		14 Gothi ingenti cum exercitu Hispaniam ingressi.	1	5	457	
B		15 Paulinus Nolanæ urbis Episcopus pientissimus habetur, qui postẽ sua bona in redimẽdis captiuis consumpserat, sese Barba	2	6	458	
		16 ris pro recuperando uiduæ filio in seruitutem dedit.	3	7	459	
				LEO X in Oriẽte an: 16.		
		17 Maioranus occiditur.	4	1	460	
			SEVERVS Rauennæ tyrannidem usurpat annis 4.			
	5660	18 Acephalorum hæresis subleuatur, Chalcedonense impugnans	1	2	461	
		19 Concilium.	2	3	462	
		20 †Biorgius Alanorũ rex infesto exercitu Italiam ingreditur, & nõ longe à Bergamo superatus occiditur.	3	4	463	† Bcorgor
		21 Seuerus Romæ diẽ obijt. Pont. XLV HILARIVS annis 6, mensibus 3, diebus 10. ANTHEMIVS Romæ regnauit annis 4.	4	5	464	

1 Seruandus

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
	1	Seruandus Gallorũ Præfectus regnum inuadere tentãs Anthemij iussu in exilium agitur.	1	6	465
	2	Patritius Romanus imperio inhians iubente Anthemio capite truncatur	2	7	466
		Genserico iterum in Italiã cum exercitu nauigante Asilicus Patritius illum nauali prælio superauit, & redire Carthaginẽ compulit.			
	3	Aspar Patritius filium suum in Oriente Cæsarem facit, contra quem Leo reuocato è Sicilia uictore exercitu illum cum domo sua deleuit.	3	8	467
	4	Anthemius à Ricimere Patritio genero suo occiditur: ipse uero Ricimer tribus mensibus post moritur.	4 OLYBRIVS regnauit mensibus 7.	9	468
	5	Olybrius Placidiam Valentiniani filiam uxorem accepit. Olybrius Gundibarũ nepotem suum Patritium facit, & paulo post diem obijt. Langobardorum IIII regnat Heldeboc Labæ filius annis 4.	1 LICERIVS post Olybriũ Rauennæ tyranni dem inuadit anno 1.	10	469
†Glicerius	6	†Licerius à Nepote Patritio regno expulsus in Dalmatiã profi ciscitur, & Salonensium Episcopus ordinatur.	1	11	470
			NEPOS Patritius regnũ		
		Nepos Patritius intercedente Epiphanio Ticinensi Episcopo	inuadit diebus 56.		
†Eurico		cum †Ericio Vuisigothorum rege fœdus facit.			
		Nepos Patritius Rom: Nepotiani filius, 56 sui regni die ab Oreste Patritio priuatur, & Augustulus eiusdem Orestis filius in eius locum assumitur.			

Pont.

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.	
		Pont. XLVI SVLPITIVS annis 15.	AVGVSTVLVS in Occidente regnauit an: 1.			
5670	1	Oreſtes patritius cum †Geiſerico Vandalorum fœdus iniit. Odoacer Turdilingorũ & Herulorũ maximis copijs Italiã ingreditur, & Oreſtem Patritium apud Ticinum ſuperatũ interficit. Poſt cuius mortem Auguſtulus ſponte purpurã depoſuit, & in priuatũ ſe modũ recepit. Odoacer Italiam occupat, & 14 annos poſſidet, in quibus ſibi & ſuis tertiã agrorũ partẽ diuiſit.	1	12	471	†Giſericus legitur aliàs in uetuſtioribus & Gniſericus
			Imperium occidentale defecit annis 330.			
	2		1	13	472	
	3	Langobardorum v Godehoc annis 12.	2	14	473	
B	4		3	15	474	
	5	Leo moriens Leonẽ ex filia nepotem Imperatorẽ reliquit, quinõ multo poſt naturæ concedẽs patri ſuo Zenoni imperium cõceſſit.	4	16	475	
				ZENO in Oriente annis 17.		
	6	Odoacer †Filecteũ Rhugorum regem in Germania ſuperatum occidit, & maxima præda atque ingenti captiuorum numero in Italiam reuertitur. Langobardi nouarum ſedium auidi, Rhugorum regionem eò quod fertilis & penè deſerta eſſet, ſub Godehoc eorum rege occuparunt.	5	1	476	†Phœhem
	7	Vernia Auguſta ſocrus Zenonis per eius abſentiam Baſilicũ fratrem ſuum Imperatorem appellauit, qui paulo poſt Marcũ	6	2	477	
	8	filium Cæſarẽ fecit: ſed rediens	7	3	478	
	9	Zeno illos in Cappadociã expulit, ubi uitam finiere.	8	4	479	
	10		9	5	480	

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
5680	11	Zeno Imperator Theodoricum	10	6	481
		Gothorũ regem iam antea apud			
		se magno in honore habitum ad			
		liberandam Italiã contra Odoa			
		crum cum ingẽtibus copijs mi/			
		sit: à quibus Odoacri duces nõ			
	12	procul ab Aquileia super Son/	11	7	482
	13	tium amnem post acerrimã pu/	12	8	483
	14	gnam profliguntur.	13	9	484
	15	Odoacer plurimis prælijs à Go/	14	10	485
		this primo superatus, & Rauen/			
		næ triennio obsessus, Theodori/			
		cum tandem socium dominatio			
		nis recepit, à quo nõ multo post			
		ad cœnã inuitatus occiditur.			
		Theodoricus & Gothi qui cum			
		eo erant contra Imperatoris uo			
		luntatem sub diuersos reges Ita			
		liam seueriori dominio posse/			
		derunt annis 70.			
		Langobardorum VI regnauit			
		Daphon annis 5			
		Pont. XLVII FELIX II			
		annis 9.			
5690	1	Fulgentius scientia & fide cla/	15	11	486
	2	rus habetur.	16	12	487
	3		17	13	488
	4	Plurimi Episcopi ab Arianis in	18	14	489
		Africa exilio damnati in Sar/			
		diniam mittuntur.			
	5	Langobardorum VII regna/	19	15	490
		uit Thantus annis 10.			
	6	Theodoricus ut sui regni uires	20	16	491
		stabiliret, Adelphedã Francorũ			
		regis filiam, & principibus qui			
		cum eo erant ex eadem stirpe			
		uxores copulauit.			
	7	Zeno Constantinopoli uitam	21	17	492
		finit.		ANASTA/	
	8	Thantus Langobardorũ rex He	22	1 SIVS in	493
		rulos ad internitionem usq; de/		Oriente	
		leuit; & Rodulphum eorum re/		annis 26.	

gem

Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni ſalutis.
		regem cepit atque interemit.			
	9	Epiſcopi qui in Africa catholi	23	2	494
		cis præerant eccleſijs, à Tranſ			
		mundo Vandalorum rege in			
		Sardiniam iterum relegantur.			
		Pont. XLVIII GELASIVS			
	1	an: 4, menſibus 8, diebus 16.	24	3	495
	2	Manichæi iterum Romæ dam	25	4	496
	3	nati, & eorum codices cõbuſti.	26	5	497
	4		27	6	498
	5		28	7	499
		Pont. XLIX ANASTASI			
		VS II, annis 2.			
	1	Vuacon Tantũ patruũ ſuum in	29	8	500
		teremit, & Longobardorũ re			
		gnum inuadit annis 18, hic con			
		tra Gepidas bellum intulit &			
		Sueuos uicit.			
		Hij octo Longobardorũ reges			
		ex eadem familia quam Litin			
5700	2	gos dicebant, fuerunt.	30	9	501
		Pont. L SYMMACHVS an			
		nis 15, menſibus 8.			
	1	Diſcordiæ in eccleſia ortæ ſunt,	31	10	502
	2	in quibus pars ſacerdotũ Lau	32	11	503
	3	rentium in Pontificem elegit,	33	12	504
	4	cuius rei gratia Romani diui	34	13	505
	5	duntur & Rauennæ corã The	35	14	506
	6	odorico Concilio habito Sym	36	15	507
	7	machus in apoſtolica ſede con	37	16	508
	8	firmatur.	38	17	509
	9	Apud Carthaginem Olympiũ	39	18	510
		quendam Epiſcopũ Arianum,			
		in balneis ſanctam trinitatem			
		blaſphemantem tribus igneis			
5710	10	iaculis angelo mittente uiſibi	40	19	511
	11	liter conbuſtum ferunt.	41	20	512
	12	Boëthius Senatorius uir ob ſu	42	21	513
		ſpicionem affectatæ libertatis à			
		Theodorico exilio dãnatus, moxq;			
	13	carcere truſus plura conſcribit.	43	22	514
	14	Theodericus qui in Italia do	44	23	515
		minabatur per hæc tempora Si			

Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
		ciliam cum adiacentibus Insu-			
		lis suo regno adiecit, & Dalma			
	15	tiam sibi subditam fecit.	45	24	516
	16		46	25	517
		Pont. LI HORNVSDA an-			
		nis 9.			
	1	Longobardorũ IX Vualtarius	47	26	518
		Vnaconis ex filia nepos regna-			
		uit annis 7.			
		Anastasius fulmine ictus, in-			
		terijt.		IVSTINI	
			ANVS maior XIII in		
			Oriente annis 9.		
	2		48	1	519
	3	Vandalis post Transmundũ re	49	2	520
		gem regnauit Hildeucus eius			
		filius ex Valẽtiniani Imperato			
		ris captiua filia genitus.			
	4	Boëtius iam pridem exilio re-	50	3	521
		uocatus, & prætorio Præfectus			
		Theodorici iussu simul cũ Sym			
		macho senatore & cũ alijs præ-			
		stantibus uiris interficitur.			
	5	Theodoricus Gothorũ rex qui	51	4	522
		in Italia dominabatur, Rauen-			
		næ uitam finit.			
		Athalaricus puer Theodorici			
		ex filia nepos cum Amalasuen			
		tha matre in regno successit an-			
	6	nis 10.	52	5	523
	7	Brigida uirgo pœnitentia clara	53	6	524
		in Scotia moritur.			
	8	Antiochenæ ciuitatis pars ma-	54	7	525
		xima terræmotu corruit.			
		Longobardorum X Adoy-			
		nus annis 18.			
		Hic fuit qui Gepidas uicit, &			
		Longobardos in Pannoniam			
	9	duxit.	55	8	526
		Pont. LII IOANNES an-			
		nis 2, mensibus 10.			
	1	Iustinus admodum senex Iusti-	56	9	527
		niano sororis suæ filio Impera-			

tore consti-

Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni ſalutis.
		tore conſtituto naturæ conceſſit.		IVSTINIANVS XIIII in Oriente annis 39.	
	2		57	1	528
	3	Ioannes Pontifex Rauennæ carcere maceratus interijt.	58	2	529
		Pont. LIII FELIX III, annis 4, menſibus 3, diebus 13.			
	1	Beliſarius Patritius de Perſis triumphat Iuſtiniano Imperatore iubente.	59	3	530
		Longobardi Pannoniam ingreſſi, eam prouinciam habitarunt annis 42.			
5730	2	Iuſtinianus ſparſas multis uoluminibus antiquis Romanarũ leges per hæc tempora colligit, & ad uoluntatẽ renouatas ſancit.	60	4	531
	3	Athalaricus Gothorũ rex obijt ætatis anno 28: Poſt quẽ Amaleſuentha mater eius Theodatũ conſobrinũ ſuum regni ſocium aſſumit, qui mox ut ſolus regnaret eam necare iuſſit & regnum tenuit annis 5.	61	5	532
	4	Beliſarius à Iuſtiniano in Africam cum exercitu miſſus, Vandalorum gentem deleuit.	62	6	533
		Pont. LIIII BONIFACIVS XXIX annis 2.			
	1	Benedictus monaſterij montis Caſſini Abbas & regulator, ſummæ uitæ continentia laudatur.	63	7	534
	2	Priſcianus Cæſarienſis, celeberrimi nominis Grammaticus, claret.	64	8	535
		Pont. LV IOANNES II annis 2, menſibus 4.			
	1	Maurus beati Benedicti diſcipulus, in Gallia ob uitæ continentiam ueneratur.	65	9	536
	2	Iuſtinianus per Mundũ ſui exercitus ducem Dalmatiã inuadit,	66	10	537

Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Annì ſalutis.
		& Salonas capit, Gothoſq; præ lio uincit, in qua uictoria Mun dus ipſe unà cum filio occidit.			
		Ioannes Athemium Epiſcopũ Arianum damnat.			
		Beliſarius ad liberandã Italiam miſſus, Neapolin capit.			
		Gothi propter reginæ mortem Theodato regi infenſi, ac nuper Beliſarij uictoria conturbati, ſe ditione militari Vutigidem ſibi regem creauere, qui mox ut ſo lus regnaret, Theodatum occi dit, & reginæ filiam uxorem ac regni ſociã Rauennæ aſſumit, regnauitq; annis 5.			
		Pont. LVI AGAPITVS an num unum.			
	1	Vutigis cum Francis amicitiam contrahit.	67	11	538
		Beliſarius Romam uolente po pulo cũ exercitu ingreſſus, ua ria belli fortuna cum Vutigide ſæpe conflixit, adeo ut etiam ab eo Romæ interdum obſidere tur enixius.			
		Agapitus Conſtantinopolim ad Iuſtinianum profectus in terijt.			
		Pont. LVII †LIBERIVS III, an: 1, menſibus 3, diebus 10.			
	1	Fames per Italiam adeo ingens, ut membra humana comede rentur, ſicut ſcribit Datius Me diolanenſis præſul.	68	12	539
		Mediolanenſes ad Beliſarium defecerunt.			
		Liberius quia Anthemiũ reſti tuere uoluit, uel ut alij ſcribunt quia cum Gothis ſentiret, exilio damnatus in Ponto perijt.			
		Pont. LVIII VIGILIVS an nis 18, menſibus 6.			

C

D

† Syluerius

Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
	1	Theodebertus Francorum rex decem Burgundiorum milia in auxilium Gothorum misit. Mediolanum à Gothis receptũ ac penè subuersum est, in qua uastitate supra triginta Mediolanensium ciuium milia interfecta fuisse traduntur.	69	13	540
	2	Theodebertus Francorũ rex cũ XVIII hominũ milibus in Italiam transit, & in citeriori Gallia Gothorũ ac Belisarij copias improuiso impetu dissipat, mox cũ pabuli penuria in uarios languores continuo inciderent, per eandem uiam trans alpes redierũt.	70	14	541
	3	Belisarius Vutigidem apud Rauennam capit, & cum uxore & præcipuis Gothorũ proceribus Constantinopolim ad Iustinianum adducit. Constantinopoli multos hominum pestis absumpsit.	71	15	542
	4	Gothi qui per Italiam remanserant absente Belisario in unum conueniunt, & Ildebadum primo, mox Errariũ, uel ut alij scribunt Atharicum, ijsq; per seditionem intra biennĩ interfectis, Totilam sibi regem creauerũt.	72	16	543
	5	Florentia à Gothis obsessa, subito copiarum aduentu quas Iustiniani duces Rauenna deduxerunt liberatur. Langobardorum XI Albinus Adorni filius annis 31.	73	17	544
	6	Totilas Neapolim capit.	74	18	545
	7	Belisarius ad curam Italici belli rursus à Iustiniano delectus, in Italiam reuertitur.	75	19	546
	8	Totilas Gothorũ rex ciuitates	76	20	547
	9	Italiæ multis cladibus direptionibusq; afflixit, & urbẽ Romã	77	21	548

Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
		infenſe ingreſſus eam diripuit			
		incenditq́, & partem murorũ			
		euertit, ciuesq́ uario iactauit, &			
		deſolatã penitus ac ſine ullo ha/			
		bitatore dereliquit. Pariq́ ferita			
		te Florẽtiæ in Hetruria deſæuit,			
		q̃bus cladibus Totilam flagellũ			
		dei cognominatũ accepimus.			
		Herculianus Peruſinorum Epi			
		ſcopus captus abſciſione, à Go			
		this eſt interfectus.			
		Mauros Africam infeſtantes			
		per Ioannem præfectum ſuum			
		Iuſtinianus compreſſit.			
	10	Beliſarius Romã deſertam occu	78	22	549
		pat, & incredibili celeritate munit.			
		Beati Antonij monachi uenera			
		bile corpus diuina reuelatione			
		repertũ Alexandriam deportat.			
	11	Beliſarius à Iuſtiniano ex Italia	79	23	550
		reuocatus in Græciam rediit.			
5750	12	Totilas Romã recipit, & eam re	80	24	551
		parare ac reuocare ciues ſtudet.			
	13	Contra Theodori ueſaniã Con	81	25	552
		ſtantinopoli Synodus congre/			
	14	gatur.	82	26	553
	15	Narſes Eunuchus à Iuſtiniano	83	27	554
	16	cum exercitu in Italiam miſſus,	84	28	555
		Totilam primũ, ac deinde The/			
		iam Gothorum reges ſuperat			
		atq́ interimit, & omnes Go/			
		thos Italia pellit, eamq́ poſſedit			
	17	annis 17.	85	29	556
	18	Vigilius ob eandem qua & præ/	86	30	557
		deceſſor ſuus cauſam Conſtan/			
		tinopolim primũ ductus, ac de/			
		inde in exilium actus uitã finit.			
		Pont. LIX PELAGIVS an: 5.			
	1	Iuſtinianus inſigni magnificen	87	31	558
		tia templum ædificare orſus eſt			
		Conſtantinopoli, quod græco			
		uocabulo σοφίαν nominauit.			
	2	Caſſiodorus monachus, ſecu/	88	32	559

lari

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis
		Iari diuinaq; scientia eruditus, clarus habetur.			
	3	Arator Romanæ ecclesiæ Sub/	89	33	560
5760	4	diaconus Actus Apostolorum	90	34	561
	5	hexametris uersibus decãtauit.	91	35	562
		Pont. LX IOANNES III, annis 13.			
	1	Bucillianus Gallorũ dux per	92	36	563
		Italiam infesto uagans exercitu			
		non longe à Tarento à Narsete			
	2	superatus opprimitur.	93	37	564
	3	Maurꝰ Benedicti discipulus bo	94	38	565
		na senectute in Gallia quieuit.			
		Pestis, in qua miserabili strage			
		Italiæ populi, ac præcipue Ligu			
		res consternuntur.			
		Iustinianus amẽs & stultus iam			
		pridem factus, in ægrotationẽ			
		tandem incidens interijt.	IVSTINVS		
			iunior XV in Occidẽte an: II.		
	4	Claudianus Episcopus uir in sa	95	1	566
B	5	cris eloquijs eruditissimus no/	96	2	567
	6	minatur.	97	3	568
	7	Narses à Sophia Iustini uxore	98	4	569
		cuius fuerat Eunuchus, ad pen			
		sa per iniuriã reuocatus, ingra/			
		tecq; ab administratione Italiæ			
		à Iustino remotus, cõmotus in/			
		iuria Lãgobardos è Pannonijs			
		in Italiam prouocauit, & ad pro			
		fectionem triennio ferè sollici/			
		tare non desistit.			
	8	Igneæ acies in cœlo per Italiam	99	5	570
		uisæ sanguinem emanantes, ac			
		deinde pluribus diebus cõtinu/			
		atis imbribus tanta aquarum ui			
		auctus est Tiber, ut magna stra			
		ge populi humiliora loca Ro/			
		mæ submergeret, & similiter in			
		quibusdam alijs ciuitatibus &			
		locis contigit.			
	9	Leuigildus Gothorũ rex rebel	100	6	571
		lantes Hispaniæ ciuitates regi/			
		onesq; subegit.			

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
	10	Langobardi ingenti multitudine cum filijs & uxoribus, & alijs barbaris nationibus sub Albuino eorum rege Italiam per Sirmium ingressi, eam possederunt annis 204.	101	7	572
	11	Narses moritur, & eius cadauer Constantinopolim deportatur.	102	8	573
	12	Armenij fidem Christi publice receperunt.	103	9	574
	13	Venetia Galliaq; omnis cis alpes à Lãgobardis antea est possessa, præter Papiam: quæ cum per triennium obsidionem sustinuisset, hoc tandẽ anno deditur. Albuinus rex ab alpibus in Heturiam, & usq; Rauennam Italiam adeptus, dolo uxoris Rauennæ interficitur.	104	10	575
		Langobardorum XII regnauit Daphon anno 1, mẽsibus 7. Plurimi proceres & populi multitudo ciuitatum Italiæ, Langobardorũ sæuitiã fugientes, & ad Venetias declinãtes se tutauerũt.			
		Pont. LXI BENEDICTVS annis 4.			
	1	Iustinus Tiberiũ in filium adoptauit, & Augustũ appellauit, nec multo post amẽs effectus, & pedũ dolore grauatus interijt.	105	11	576
	2	TIBERIVS Christianæ bonitatis uir fuit, & adeo in pauperes beneficus, ut imperij thesauros larga eis manu exhiberet.	106	1	577
	3	Daphon diem obijt, post quem decem annos Langobardi sine rege fuere, in quibus per uarios duces omnem ferè Italiam subegere, præter urbem Romã, quã in huius gentis potestatẽ nunq; deuenisse constat.	107	2	578
	4		108	3	579
		Pont. LXII PELAGIVS an: 11.			

Gothi

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis
	1	Gothi bifariam diuisi multa cæ-	109	4	580
5780	2	de uastantur.	110	5	581
	3	Langobardi Alpes transgressi	111	6	582
		in Galliam ruunt, & magna ex-			
		acta præda, ac ingenti captiuo-			
		rũ numero in Italiã reuertun tur.			
	4	Tiberius Mauriciũ generũ suũ	112	7	583
		Imperatorẽ facit, parumq; post			
		moriens bona pace quieuit.		MAVRI-	
			cius XVII annis 20.		
	5	Gregorius uir ingenij dignita-	113	1	584
		tisq; gratia autoritate magna			
		præditus, plura pro Christiana			
		religione conscribit.			
	6	Mauricius Armenos & Persas	114	2	585
		per Præfectos debellat.			
	7	Diluuiũ ingẽs, præsertim apud	115	3	586
		Venetias & Ciguriam Calẽdis			
		Octobris, & magna tonitrua, &			
		Romæ maxima pestis secuta est			
B		serpentũ fœtore ad littora proie			
		ctorum. In Nili fluuio anima-			
		lia masculina ac fœminina uisa			
		sunt, quæ usq; ad lũbos huma			
		nam effigiem prætendebant, &			
		adiurata per deum à mane usq;			
		ad nonã se uidenda præbuerũt.			
	8	Langobardi regẽ sibi præficiũt	116	4	587
		Antharim Daphonis filiũ, qui			
		Flauius dictus est, à quo Flauij			
		deinde reges sunt cognomina-			
		ti. Fuit hic rex tredecimus & re-			
		gnauit annis 7.			
		Ex decreto Pelagij II fit in			
		Grado Synodus Episcoporum			
		xx, ubi cõstituitur Gradensis			
		sedis patriarchatus totius pro-			
		uinciæ Venetiæ metropolis trãs-			
		lata sede Aquileiense in Gradũ.			
		Quod etiã à Tiberio Augusto			
	9	confirmatur.	117	5	588
	10	Langobardi Romam obsiden	118	6	589

tes assiduis

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
		tes assiduis imbribus turbinũq; tempestatibus deterriti obsidio nem dissoluũt; & tanta est aqua rum uis subsecuta, ut innume rabilis penè hominũ pecudũq; multitudo per Italiam, ac maxi me Romæ perierit.			
	11	Cadauerum, sicuti putatur, cor ruptiõe pestis subsecuta est. In qua Pelagius moritur.	119	7	590
		Pont. LXIII GREGORI			
5790	1	VS annis 14.	120	8	591
	2		121	9	592
	3	Gothi ad unionem catholicæ fi dei redierunt.	122	10	593
		Longobardorum XIIII re gnauit Agilulphus annis 55.			
		Præcedẽte maxima siccitate lo custarum quinq; agmina innu merabili multitudine subsequũ tur: quæ quicquid in aruis uire scebat depascentes ingentẽ per Italiam famem biennio fecere.			
	4	Cometes per mensem in cœlo est uisus.	123	11	594
		Patritius Romanus primus Ita liæ Hexarchus contra Longo bardos à Romano populo crea tus est, qui magistratus apud eos antea non fuit.			
	5	Agilulphus cum Cachano Hu norum rege pacẽ firmat, illam ipsam per legatos è Pannonia postulante.	124	12	595
		Patritius Hexarchus moritᷣ, cui successit Gallicanus, q̃ paulo post cũ Lõgobardis pacẽ fecit.			
	6	Agilulphus cum Theodorico Francorũ rege pacem firmat.	125	13	596
	7	Mahometus q̃ postea tanq̃ ma	126	14	597
	8	gnus dei propheta leges Sarace	127	15	598
	9	nis̃ dedit, in Arabia nascitur.	128	16	599

Britannia

Anni mundi	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis
	10	Britannia ad Christi fidem Gre	129	17	600
5800	11	gorio procurante cõuertitur.	130	18	601
	12	Gallicinus Italiæ Hexarchus	131	19	602
		Agilulphi regis filiam uiro suo nomine Godescalco apud Parmam capit, illosq; Rauennam ducit, ob quam causam bellum Longobardis resumitur.			
	13	Mauritius cum propter auaritiã	132	20	
		in odium suorum deuenisset, militari seditione unà cum uxore			603
		& liberis interficitur, & Phocas			
		ab exercitu Imperator procreat.		PHOCAS	
			XVIII in Oriẽte an. 8.		
	14	Agilulphus Longobardorum	133	1	604
		rex contra Romanos pluribus			
		in locis, pspere pugnat, & Mantuam & Cremonam capit.			
		Francorum reges Tendebertus			
B		Theudericus & Lotharius inter			
		se debellantes, multis suorũ militibus interfectis prouincijs suis maximo detrimento fuere.			
		Frumenti & uini egestas penè			
		per orbẽ, ac in Italia maxime.			
		Pont. LXIIII SABINVS			
		Tuscus annis 2.			
	1	Romani & Longobardi pacẽ	134	2	605
		firmant, in qua Agilulphi regis			
		filia à Romanis olim capta redditur.			
		Agilulphus filium suum Adoloaldum regem facit, eiq; Tendeberti Francorũ regis filiã uxorem tradit, & cum Francis perpetuam pacem redintegrat.			
	2	Franci contra Saxones pugnan	135	3	606
		tes magna suorum strage supe			
		rantur.			
		Pont. LXV BONIFACIVS			
		II Romanus, mensibus 8.			

Consen

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
	1	Consentiente Phoca institutũ fuit, ut ecclesia Romana caput esset ecclesiarũ omnium, cum prius Constantinopolitana id usurpare tentasset.	136	4	607
		Pont. LXVI BONIFACIVS III, Marsus, annis 7.			
	1	Apud Persas grauissima prælia excitantur, in quibus Romani superati nonnullas prouincias	137	5	608
	2	amisere.	138	6	609
	3	Cacanus Hunorũ rex per Pannoniã atq; Illyricũ magno exercitu collecto Italiam ingreditur, & Præfectus quosdã Longobardorũ superat atq; capit. Tunica domini nostri Iesu Christi in Zaphat ciuitate inuenta Hierusalem reponitur.	139	7	610
		Ioannes Alexandrinus Patriarcha eleemosynarius nominatus sanctitate claruit.			
5810	4	Phocas ab Heraclio patritio occiditur.	140	8 HERACLIVS XIX in Oriente cum Constantino filio suo annis 29.	611
	5	Sisebutus apud Gothos regnare est orsus.	141	1	612
	6		142	2	613
	7	Cosdra Persarum rex Iudæam Romanis adimit, Hierosolymã inde deprædatus, cum innumerabili captiuorum multitudine Zachariã quoq; eiusdem ciuitatis Patriarcham ducens, & sacratissimũ crucis lignũ, in quo salus mundi pependerat, secum portans in Persas reuertitur.	143	3	614
		Põt. LXVII DEVSDEDIT			
	1	Romanus annis 3.	144	4	615
	2	Sibebutus Gothorum rex plurimas Hispaniæ ciuitates, quæ	145	5	616

ad Romanos

Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
		ad Romanos defecerant, recepit, & Iudæos qui in suo regno morabãtur grauioribus pœnis			
	3	ad fidem Christi conuertit.	146	6	617
		Pont. LXVIII BONIFACIVS V, Campanus, annis 5.			
	1	Theodeberto Francorum rege per seditionem interfecto, magna in ea prouincia subsequuntur bella.	147	7	618
		Langobardorum XV regnauit Adoloaldus Agilulphi filius, & cum eo Theodelinda mater sua annis 10.			
	2		148	8	619
	3		149	9	620
5820	4		150	10	621
	5		151	11	622
		Pont. LXIX HONORIVS Campanus annis 13.			
	1	Mahumetus magnum se æterni dei Prophetam dicens, multos Asiæ atq; Africæ populos commouit, quos noua religione imbuẽs, Saracenos ex dei præcepto uocari dicebat à Sara legitima uxore Abrahæ, quasi legitimos diuinæ ꝓmissionis successores.	152	12	623
	2	Heraclius deuictis Persis Zachariam Patriarchã recepit, & crucem dominicam Hierosolymis reduxit. Ob cuius solennitatis memoriam exaltatio sanctæ	153	13	624
	3	crucis cœpta est celebrari.	154	14	625
	4	Isidorus Hispalẽsis Episcopus,	155	15	626
	5	uir scientia clarus floret.	156	16	627
	6	Bellum graue cum Saracenis geritur in Iudæa, in qua timens Heraclius, crucem dominicam Constantinopolim transtulit. Adoloaldo à Langobardis electo, regnũ eorum accepit Arionaldus rex XVI annis 12.	157	17	628
	7	Arionaldus rex Langobardorum XVI annis 12.	158	18	629

Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
		Mahumeto pseudoppheta duce, Saraceni qui sub Persis fuerãt eis de bellatis regnũ adipiscĩ, et fit regnũ Saracenorũ.			
	8	Postquã Rothritus Langobardorum rex Oppitergiũ urbem dirupit, Magnus Oppitergensis Episcopus uita & sanctitate clarissimus, cũ Oppiterginis ad maritima se transferentes Heracliam urbem construxere, cuius Episcopus ordinatĩ: Huic præsuli quanta sit futura Venetiarũ ciuitas iam à Patauis fundata, quantis ue intercessoribus sit gubernanda cœlestibus, deus declarare dignatus est septẽ oraculis. Primo enim oranti Magno beatus Petrus apparens ei mandauit sibi ecclesiam fabricari in ciuitatis capite, ubi oues bouesq; pascẽtes inuenit. Secundo angelus Raphaël, qui sibi ubi multas aues inuenerit congregatas, ecclesiam construi ordinauit. Tertio dominus noster Iesus Christus mandãs in urbis medio in nomine Saluatoris ecclesiam construi. Quarto gloriosissima uirgo Maria uolens sibi ecclesiã erigi, ubi nebulam inuenerit. Quinto beatus Ioannes Baptista iubens sibi patriq; suo Zachariæ ecclesias fabricari. Sexto beata Iustina regis Patauini filia, ubi uitem fructificantem inuenerit, sibi construi ecclesiã ordinauit. Septimo XII Apostoli ubi XII grues cõgregatas inuenerit ecclesiã erigendã sibi statuũt. Quibus reuelatiõibus nobilibus ac tribunis Insularũ intimatis, signisq; inuentis	159	19	630
5830	9	per ipsos ecclesiæ constructæ fuere,	160	20	631
	10	uidelicet sancti Petri, Raphaëlis, Sal	161	21	632
	11	uatoris, sanctæ Mariæ formosæ, Ioan	162	22	633
	12	nis Baptistæ Bragoræ, Zachariæ, Iu	163	23	634
	13	stinæ, ac duodecim Apostolorum.	164	24	635

Pont.

A	Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
			Pont. LXX SEVERINVS			
		1	annis 2.	165	25	636
		2	Mahumetus moritur: Post quẽ	166	26	637
			eius principatum inijt Calipha,			
			cui successit Achaly, quo expul			
			so regnauit Haly, contra quẽ			
			eò quod superstitiosus esset no/			
			uum Calipham Aegyptij sibi			
			ducẽ creauere, quod in hodier/			
			num obseruatur diem.			
			Pont. LXXI BONIFACIVS			
			annis 4.			
			Hic Bonifacius à quibusdã scri			
			ptoribus inter Pontifices non			
			numeratur, & ideo nomini nu			
		1	merum non faciunt.	167	27	638
		2	Saraceni ab Heraclio rebellan/	168	28	639
			tes Hierusalem diripiunt & An			
			tiochiam capiunt.			
		3	Arabes Hormisda Persarum re	169	29	640
B			ge pulso, Persas possederunt.			
			Sisibutus Gothorũ rex reliquas			
			Hispaniæ ciuitates Romanis su			
			stulit, à quo tẽpore in Hispania			
			defecit Romanorũ imperium.			
			Langobardorũ XVII, regna/			
			uit Rotharius annis 16, mensi/			
			bus 4. Qui Ariano dogmati in/			
			hærens, duos in suis ciuitatibus			
			uolebat Episcopos, unũ Aria/			
			num, alterũ uero Catholicum.		CONSTAN	
			Heraclius aqua intercuti, quæ	TINVS Heraclij filius		
			græce dicitur ὑδρωψ obijt.	in Oriente XX, solus		
				menses 4.		
			Constantinus à Martina nouer			
			ca sua ueneno perimitur, post			
			quem Martina ipsa cum Hera/		HERACLE	
			cleona filia sua regnum inuadit	ONAS cum Martina		
			annis duobus.	matre sua in Oriente		
				XXI, annis 2.		
	5840	4		170	1	641
			Pont. LXXII IOANNES IIII			
			Dalmatius anno 1, mens: 2.			

In Hispania desijt Romanorum Imperium

In Longobardia duo ordinantur qui Longobardis mutabyg vngariam alteri Catholico

	Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
C		1	Heracleonas in exiliũ mittitur	171	2	642
			unà cum matre sua Martina, &			
			regnũ assumit Constans Con-		CONSTANS	
			stantini Heraclij filij filius.	in Oriente XX an-		
				nis 27.		
			Pont. LXXIII THEODO			
		1	RVS Græcus annis 6.	172	1	643
		2		173	2	644
		3	Defuncto Hysantio Italiæ Hex	174	3	645
			archo, Constans in eius locũ mit			
			tit Theodorũ cognomento Caliopam.			
		4	Rhotarius Langobardorũ rex	175	4	646
			suarum legum codices scribi fe			
			cit, quos Edictum appellauit: à			
			quo tempore supra sine scripta			
		5	lege Langobardi fuerant.	176	5	647
		6	Saraceni maximam Africæ par	177	6	648
			tem occupant.			
			Pont. LXXIIII MARTI			
D		1	NVS Luscus annis 6.	178	7	649
		2	Equilum ex multitudine inco	179	8	650
			larum Heraclix cõstruitur, fitq;			
	5850	3	episcopalis sedes.	180	9	651
		4	Concilium Romæ celebratur	181	10	652
			Episcoporũ cc, in quo Paulus			
			Constantinopolitanus Episco			
			pus hæreticus declaratus dãnat.			
		5	Constans, ppter Pauli dãnatio-	182	11	653
			nem Martino Pontifici & The			
			odoro Hexarcho infensus The			
			odorum reuocat, & in eius locũ			
			cõtra Martinũ Olympiũ mittit,			
			qui cũ in Siciliam deuenisset interijt.			
		6	Martinus in exilium ob damna	183	12	654
			tionem Pauli à Constante mis-			
			sus, parum post moritur. Theo			
			dorus Caliopa iterũ Hexarchus			
			Italiæ à Constante mittitur.			
			Pont. LXXV EVGENIVS			
		1	Romanus annis 3.	184	13	655
		2	Langobardorũ XVIII regna-	185	14	656
			uit Rhodoaldus Rhotarij filius			
		3	annis 15.	186	15	657

Pont.

Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
		Pont. LXXVI VITELLIA			
	1	NVS Campanus annis 15.	187	16	658
	2		188	17	659
	3		189	18	660
5860	4	Langobardorũ XIX regna/	190	19	661
		uit Aripertus annis 9.			
	5	Conſtans in Italiam cõtra Lan	191	20	662
		gobardos nauigans Tarentum			
		applicuit, & inde pedeſtri uadẽs			
		itinere, in agro Beneuentano cũ			
		Langobardis conflixit, & non/			
		nullas ciuitates recepit, Luceri/			
		amq; ad ſolũ ſubuertit: inde ue			
		ro cũ confluẽtibus undiq; Lan			
	6	gobardis parũ proficeret, indu	192	21	663
	7	tijs finitis per quas Romam in/	193	22	664
	8	greſſus ſolennia quædam cum	194	23	665
	9	Vitelliano peregit, nec multo	195	24	666
	10	poſt reuerſus Tarentum in Sici	196	25	667
	11	liam mox inde nauigauit.	197	26	668
B	12	Conſtans adhuc in Sicilia de/	198	27	669
		gens, non longe à Siracuſis in			
		balneo à ſuis occiditur. Poſt cu/			
		ius mortem Mezentius à militi			
		bus Imperator creatur, contra			
		quẽ Conſtantius Cõſtantis fili		CONSTAN	
		us in Siciliã nauigans, illũ & pa	TINVS Conſtantis		
		tris ſui interfectores interemit.	ſuperioris filius in Ori		
			ente XXIII annis 17.		
	13	Langobardorũ XX regnauit	199	1	670
		Gundipertus anno 1, menſi/			
		bus 3. Hic cum fratre ſuo Berta			
		rio, qui Mediolanũ tenebat con			
		tendens, Grimoaldũ Beneuen			
		tanorũ ducem cũ exercitu acci/			
		uit, à quo paulopoſt interfe/			
		ctus & Bertarius in Pannoniã			
		fugit. Grimoaldus uero XXI			
		regnum occupauit annis 9.			
5870	14	Conſtantinus Heraclium & Ti	200	2	671
		berium fratres ſuos in conſor/			
		tium regni accepit.			
	15	Ticinum peſtilentia primũ ferè	201	3	672

Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
		depopulatum, & tandem per annum derelictum est.			
		Pont. LXXVII ADEODATVS annis 4, mensibus 2.			
	1	Ignis maximo populorum terrore per decem dies in cœlo	202	4	673
	2	emicuit.	203	5	674
	3	Saraceni Siciliam ingressi, præda onusti in Alexandriam rediere.	204	6	675
	4	Stella maximis radijs per tres menses apparuit.	205	7	676
		Pont. LXXVIII DONVS			
	1	annis 3.	206	8	677
	2		207	9	678
	3		208	10	679
		Pont. LXXIX AGATHO annis 4.			
	1	Grimoaldus Langobardorum rex Beneuenti moritur, ob uenenum malum quod medici adhibuerant ad comprimendam sanguinis è brachio fluentis uim. Langobardorũ XXII regnauit Garibaldus Grimoaldi filius mensibus tribus, post quem XXIII regnauit Pertarithus solus annis 8, mox cum Iuniperto filio suo annis 10.	209	11	680
5880	2	Rauennatum ecclesia olim rebellis ad obedientiã Romanæ sedis pie reuertitur, Theodoro eidem ecclesiæ præsidente.	210	12	681
	3	Concilium apud Constantinopolim contra Macharium Episcopum, & pro ecclesiarũ unione celebratur, ad quod Agatho doctos Christiani dogmatis uiros misit.	211	13	682
	4	Pestilẽtia ingens Romæ, & per uicinas ciuitates desæuit.	212	14	683
		Pont. LXXX LEO II, anno uno.			

Pont.

A Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
		Pont. LXXXI BENEDI/			
		ctus II, anno 1.			
	1	Aegyptiorum maxima multi/	214	16	685
		tudo Africam ingreſſa Cartha			
		ginem prius depopulatur, mox			
		illam penè diruit.			
		Pont. LXXXII IOANNES			
		V, anno 1.			
	1	Conſtantinus Cõſtantinopoli	215	17	686
		moritur.			
		Pont. LXXXIII CONO men		IVSTINIA	
		ſibus 2.	nus Conſtantini filius		
			XXIIII in Oriẽte an:10.		
	1	Hexarchus Italiæ poſt Theodo	216	1	687
		rum cõſtituitur Ioannes. Theo			
		dorus & Paſchalis per conten			
		tionem Pontifices ſunt electi.			
		Verum cum neuter alteri ceſſiſ			
		ſet tertius eligitur Sergius, qui			
B		Pontificatum tandem obtinuit.			
		Pont. LXXXIIII SERGIVS			
		annis 10.			
	1	Partharithus cum iam regnaſ/	217	2	688
		ſet, Langobardis annis 7 Iuni			
		pertũ filium ſuum conſortẽ re/			
		gni facit, regnauitq; cũ illo an:10.			
	2	Iuſtinianus recepta Africa, quã	218	3	689
	3	Aegyptij occupauerãt, cum il/	219	4	690
5890	4	lis pacem firmauit.	220	5	691
	5		221	6	692
	6	Beda uenerabilis presbyter Græ	222	7	693
		ca Latinaq; lingua eruditus, mul			
		ta pro Chriſtiana religione con			
	7	ſcribens clarus habetur.	223	8	694
	8	Diſcordiæ inter Iuſtinianũ Im	224	9	695
		peratorem & Sergium Pontifi			
		cem uigebant.			
	9	Iuſtinianus à Leone imperio	225	10	696
		exutus in exilium in Pontum			
		mittitur.		LEO XXV	
			in Oriente annis 3.		
	10		226	1	697

Venerabilis Beda

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
		Pont. LXXXV LEO an: 3.			
		Leo à Romanis tantũ in Pontificem fuit electus, & ideo nominum numerum nõ facit, quia quidam illum inter Pontifices nõ computant.			
	1	Langobardorũ XXIIII Iunipertus solus annis 12.	227	2	698
	2		228	3	699
				TIBERIVS	
			XXVI in Oriẽte an: 7.		
	3		229	1	700
		Pont. LXXXVI IOANNES			
	1	VII annis 3, mensibus 3.	230	2	701
	2	Theophilatius in Italiam Hexarchus uenit.	231	3	702
	3	Gisisulphus Langobardorum militũ dux agrũ Beneuẽtanum diripit, & maximas per Campaniam agit prædas.	232	4	703
		Pont. LXXXVII IOANNES VIII, annis 3.			
5900	1	Cum apud Cassinũ ubi sacrum beati Benedicti corpus requiescebat, uasta solitudo esset, quidam è Gallia uenientes eius & germanæ suæ Scholasticæ corpora in Galliã secrete detulerunt.	233	5	704
	2		234	6	705
	3	Iustinianus Tiberium timens è Ponto refugit ad Persarum regẽ, à quo benigne honorificeq; receptus, sororem eius uxorem accepit, & eiusdem regis auxilio in regnum tandem restitutus regnauit annis 6.	235	7	706
		Pont. LXXXVIII ZOSIMVS diebus 20, aliàs solum 10.		IVSTINIANUS iterum	
		Pont. LXXXIX CONSTAN	XXVII in oriẽte an: 6.		
	1	tinus annis 7.	236	1	707
	2	Romæ tres annos durauit fames.	237	2	708
	3	Iustinianus per Theodorum patritium Præfectum suum Rauennam obsidet.	238	3	709
	4		239	4	710

Lango-

	Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
			Langobardorũ XXV Liuiper tus Iuniperti filius, puer, cui pa ter Aſpirandum tutorem dede rat, regnauit menſibus 8.			
	5910	5	Raimpertus Gundiperti filius Aſpirandum ſuperat, & Lango bardorum regnum inuadit, & eodem anno moritur.	240	5	711
			Conſtantinus Pontifex à Iuſti niano euocatus Cõſtantinopo lim nauigauit, & parum ibi com moratus Romam reuertitur.			
		6	Langobardorum XXVII Ari pertus Raimperti filius an: 11. Philippus ab exercitu Impera tor in Ponto electus, Iuſtinia num & filium ſuum Tiberium interimit.	241	6 PHILIP/	712
				pus XXVIII in Oriẽ/ te annis 2.		
B		7		242	1	713
			Pont. XC GREGORIV'S II annis 17.			
		1	Anaſtaſius Philippum in priua tum redigens modum, imperiũ in ſeſe tranſtulit.	243	2 ANASTA/	714
				ſius XXIX in Orien te annis 3.		
		2	Aegidius ſcientia & ſanctitate	244	1	715
		3	clarus habetur.	245	2	716
		4	Theodoſius ab exercitu impe rare iuſſus Anaſtaſium expulit.	246	3 THEODO	717
				ſius XXX in Orien/ te anno uno.		
			Tiber immenſe adauctus ripas exceſſit, aruaq; diripuit, & in Ro mana urbe plures domos ſub/ uertit.			
		5	Theodoſius à Leone imperio depoſitus ſacerdos efficitur, & reliquum uitæ ſuæ tempus pri/ uata quiete peregit.	247	1 LEO XXXI in Orientẽ annis 24.	718

Germani

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
	6	Germani ad rectã fidem Christi cõ uertuntur.	248	1	719
		Basilica beati Benedicti in Cassino monte reædificata est, Petronio ci ue Brixiano pecunias conferente:			
	7	Mauritæ, qui per decẽ annos Hispa nias occupauerãt, Gallias inuaden tes superantur, & maxima eorũ mul titudo necatur à Gallis.	249	2	720
5920	8	Saraceni tribus annis Constantino polin obsedere, pestilentia in ciuita te & in castris prævalente.	250	3	721
	9		251	4	722
	10	Langobardorum XXVIII Aspiran	252	5	723
	11	dus mensibus 3: Post quẽ Luipran	253	6	724
	12	dus eius filius annis 21.	254	7	725
	13	Hac tẽpestate inter Pontificẽ & Im peratorẽ maxima discordia fuit: quã ob causam cõtra Pontificẽ in Italiã missi sunt primum Paulus Hexar chus, mox eo interempto in eius lo cũ substituitur Eutychius. Sub quo diuisa Italia uarie pugnatum est: in	255	8	726
	14	quo bello Antepharĩ Langobardo	256	9	727
	15	rum ducem auxilia Pontifici præ buisse constat.	257	10	728
	16	Cometæ duo mẽse Ianuario per 15 dies in cœlo uisi, quorum unus solẽ	258	11	729
	17	præcedebat mane, & alter uesperi se quebatur.	259	12	730
		Pont. XCI GREGORIVS III,			
5930	1	Romanus annis 10, mensibus 8.	260	13	731
	2		261	14	732
	3		262	15	733
	4		263	16	734
	5	Luitprandus Langobardorum rex Romam obsidet, quo timore Gre gorius Carolum Pippini patrem ac	264	17	735
	6	Francorũ regem in auxiliũ orauit.	265	18	736
	7	Leo Imperator omnes sanctorum imagines deponi comburiq; iussit.	266	19	737
	8		276	20	738
	9	Synodus Romæ congregata Epi scoporum prope mille cõtra Leo nem	268	21	739

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis
	10	nẽ, qui imagines cõburi fecerat.	269	22	740
5940	11	Pestilentia ingẽs, in qua supra tercentena hominũ milia Constantinopoli periere. Saraceni Carthagine mouentes in Hispaniã nauigãt, & eius prouinciæ partem occupant.	270	23	741
		Pont. XCII ZACHARIAS			
	1	Græcus annis 10, mensibus 3.	271	24	742
				CONSTAN	
				tinus XXII Leonis	
				filius in Oriẽte an: 35.	
	2		272	1	743
	3	Langobardorũ XXX Lachis	273	2	744
	4	annis 6.	274	3	745
	5		275	4	746
	6		276	5	747
	7		277	6	748
	8		278	7	749
B	9	Lachim Langobardorum regẽ Romanis infestum, Zacharias Pontifex adeo persuasit, ut relicto regno monachus efficeretẽ, cui Astulphus eius frater in regno succesſit annis 8.	279	8	750
	10	Pippinus apud Frãcos regnare orsus regnauit annis 17.	280	9	751
		Pont. XCIII STEPHANVS			
	1	II Romanus annis 5.	281	10	752
	2	Astulphus Langobardorũ rex Romanos sibi tributarios conatur efficere. Quã ob causam Stephanus Pontifex in Galliã profectus Pippini Frãcorum regis auxiliũ postulauit.	282	11	753
5950	3	Pippinꝰ Italiã ingredit, & Lãgobardorũ exercitũ supat, & Astulphũ eorum regẽ Papiæ obsidet.	283	12	754
	4	Constãtinus omni scelere imbutus, magus ac sacrilegus Christianos persequit, & sanctorũ imagines deponi abolericꝫ iubet.	284	13	755
	5	Deficiẽte sedulo in Oriẽte Romanorũ	285	14	756

vbi Imagines Sanctorum abolentur

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
		manorũ impio, & Imperatore Christianos persequente, Stephanus Pontifex imperiales titulos ac dignitates Francorum regibus concessit, & Pippinũ suosq; tantum à stirpe successores in eorum reges confirmauit, cæteris uero omnibus interdixit. Cuius solennitatis causa Bonifacius Moguntinus Episcopus autoritate Apostolica functus illum cõsecrauit & unxit, & Ro: populi nomine Patritiũ dixit.			
		Pont. XCIIII PAVLVS			
	1	Romanus annis 10.	286	15	757
	2	Astulpho fulgure perẽpto, Langobardorũ XXXII regnauit Desiderius in Italia eorum	287	16	758
	3		288	17	759
	4		289	18	760
5960	5	rex ultimus, annis 18.	290	19	761
	6		291	20	762
	7		292	21	763
	8		293	22	764
	9		294	23	765
	10		295	24	766
		Pont. XCV CONSTANTINVS Romanus anno uno.			
	1	Constantino per Constantini Imperatoris fauorẽ ex Laico in Pontificẽ assũpto, discordiæ in ecclesia dei coortæ sunt, per quas à Romanis Philippus q̃dam alter eligitur Pontifex, sed cõpositis mox rebus deponuntur ambo, & Stephanus Pontificatum iniit: Vnde quidam ex Romanis scriptoribus Cõstantinum inter Pontifices non numerant.	296	25	767
		Pont. XCVI STEPHANVS XXXIX Siculus an: 4. men: 3.			
	1	Synodus Romæ congregata omnia Cõstantini Pontificis decreta institutaq; irritauit.	297	26	768
		Mortuo Pippino Frãcorũ rege			

Carolus

Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
		Carolus eius filius, cui postea			
		ex rebus gestis Magno fuit co/			
	2	gnomen eius regnum accepit,	298	27	769
	3	regnauitq; annis 47.	299	28	770
	4	Carolus Magnus Himoldum	300	29	771
		Aquitaniæ regem superat, & eo			
		expulso suo regno potitur.			
		Pont. XCVII HADRIANVS			
5970	1	annis 24.	301	30	772
	2	Principiũ belli quod Carolus	302	31	773
		Magnus cõtra Saxones per tres			
		& triginta annos prospere ges/			
		sit, cũ interim per se & filios &			
		præfectos ac duces suos contra			
		Hunos, Hispanos, Britannos,			
		in Italia quoque ac contra alias			
	3	quasdam nationes felicissime	303	32	774
	4	debellauit.	304	33	775
	5	Carolus Francorum rex preci/	305	34	776
		bus Hadriani Pontificis euoca			
		tus, & Italiam magno exercitu			
		ingressus, Langobardos uicit,			
		& Desyderium eorum regem			
		apud Ticinum obsessum tandẽ			
		capit, & cum uxore & liberis in			
		Galliam ducit. Ob cuius rei ce/			
		lebritatem & gloriã Carolus ab			
		Hadriano euocatore magnifice			
		laudatus est, & amplissimis insi			
		gnitus priuilegijs & titulis.			
		Regnauerũt in Italia Langobar			
		di annis 204, & illam ferè totã			
		possederunt præter urbem Ro/			
		mam, quã in huius gentis pote/			
		statem nullo unquã tempore de			
		uenisse constat. Regia uero eo/			
		rum apud Ticinum constituta,			
		uarios præterea principatus per			
		Italiam habebãt, quibus gentiũ			
		suarũ præponebant duces, inter			
		quos præcipui & per succesio/			
		nes obseruati sunt unus apud fo			
		rum Iulij in ipso Italiæ ingressu,			

	Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni Saluti.
			alius apud Spoletũ in media pe nè Italia, tertius Beneuenti ad inferiorẽ Italiæ partem regendã.			
		6	Reuersus de Italia Carolus a/ pud Saxones persequitur bel/ lum.	306	35 LEO Con	777
					ſtantini filius in Ori/ ente annis 5.	
		7	Hac tempestate imperium sæpe	307	1	778
			nomine tantũ uigebat, occupan tibus id continuo in Oriẽte Bar baris, & Romani ab eo destituti ad Gallos iam intuebantur.			
		8	Carolus Augustam & Papilo	308	2	779
		9	niam nobilissimas Hispaniæ ur	309	3	780
	5980	10	bes uastat, eò quod earũ populi	310	4	781
		11	recipere Christi fidẽ noluissent.	311	5	782
					CONSTAN	
D					tinus proximi Leonis filius, cum Hyræne ma tre sua in Oriente XX XIIII, annis 18.	
		12	Carolus Italiam iterum ingres/	312	1	783
† Rutaisum			sus, contra †Arayſum Beneuen torum ducem Capuam usque progreditur.			
			Scribit Sigisbertus hoc, apud Constantinopolim inuentã fu/ isse aureã laminam, in qua scri/			
		13	ptum erat: Christus nascetur de	313	2	784
		14	uirgine Maria, &: Credo in deũ	314	3	785
		15	sub Constantino & Hyræne:	315	4	786
		16	O sol iterum me uidebis.	316	5	787
		17	Carolus contra Hunos in Pan	317	6	788
			nonia degentes bellum mouet, quod maxima eorũ strage octo annos gessit, quo tandem anno illis ad internitionem penè dele tis, ex eisdem quas olim uicto/ res Huni ex uarijs prouincijs congesserant prædis, suũ exer/			
		18	citum ditissimum reddidit.	318	7	789
		19	Andelgisius Desyderij filius,	319	8	790

qui ad

Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
		qui ad græcos confugerat, eorũ			
		functus auxilio in Italiã reuer-			
		titur, ubi non multo post prælio			
		superatus interijt.			
		Synodus Nicena congregatur			
		Episcoporũ CCCL, in qua san			
		citum est, spiritũ sanctũ à patre			
		filioq; procedere, & Sanctorũ			
		imagines non esse delendas.			
5990	20	Studium Parisiense quod per	320	9	791
		multa secula floruit, principiũ			
		habuit procurante Alcuino Ca			
		roli olim præceptore.			
	21	Constantinus Hyrenem matrẽ	321	10	792
		suam uiolenter priuans, solus			
	22	regnauit annis 5.	322	11	793
	23	Constantinus multos nobiliũ	323	12	794
		oculis priuat, asseuerans eos cũ			
	24	Hyrene matre sua coniurasse.	324	13	795
		Pont. XCVIII LEO III,			
		Romanus, annis 20, mens: 2.			
	1	Carolus Basilicam Aquisgrani	325	14	796
		ædificans, ut peregregie insigni			
		ret opus, marmoreas columnas			
		& uarij generis ornamenta Ro			
		ma Rauennaq; deuehi fecit.			
	2	Hyrene Constantinum filium	326	15	797
	3	captum oculis priuat, & sola re	327	16	798
	4	gnauit annis 4.	328	17	799
	5		329	18	800
6000	6	Leone Põtifice à Romanis per	330	19	801
		iniuriam electo, Carolus Ma-			
		gnus in Italiam redijt, ipsumq;			
		in urbem dignitatemq; restituit,			
		Carolus à Leone Pontifice Au			
		gustus est appellatus, & oblite			
		ratum iam penè in Italia Roma			
		num imperium resumpsit, pri-	Impera		
		musq; post Augustulum apud	torũ primus post Au		
		Romanos imperauit annis 14.	gustulũ regnauit Ro		
			mæ CAROLVS co-		
			gnomento Magnus,		
			annis 14.		

Anni mūdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
				NICEPHO	
				rus in Oriente XXXV	
				annis 8.	
		Carolus recepto Imperatorio nomine, cū in Galliam reuerte- retur, per Hetruriā transiens in memoriam acceptæ dignitatis Florentiā urbē magna ex parte desolatā reparauit, urbanamq; nobilitatem uarie per uicina op pida diffusam reduxit, & noua insuper circunducere mœnia maiore ambitu procurauit.			
	7	Carolus nouas leges cōscripsit,	1	1	802
	8	quas per uniuersum imperium	2	2	803
	9	seruari iussit.	3	3	804
	10		4	4	805
	11	Finis belli quod Carolus cōtra Saxones gesserat, in quo tandē uicti Saxones Christi fidē, quā Romana tenet ecclesia, recepe	5	5	806
	12	runt.	6	6	807
	13	Solis facta defectio, & ter eodē	7	7	808
	14	anno Luna est obscurata.	8	8	809
				SCAVRA	
				tus in Oriente XXX	
				VI, anno uno.	
	15		9	1	810
				MICHAEL	
				in Oriente XXXVII,	
				annis 2.	
6010	16	Locustæ gregatim ex Africa uo	10	1	811
	17	lantes Italiam infestant.	11	2	812
				LEO Bardi	
				filius in Oriente XXX	
				VIII, annis 8.	
	18		12	1	813
	19		13	2	814
	20	Carolus Magnus Ludouicum filium suū Augustū appellauit, & successorem imperij esse uo- luit: Ipse uero toto iam mundo clarus in Palatio suo Aquisgra	14	3	815

ni bona

Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
		ni bona senectute in pace quie/			
		uit, anno ætatis suæ 72, V Fe/			
		bruarij Calendas.			
		Pont. XCIX STEPHANVS			
		IIII, Romanus, menses 9.	Impera		
			torum II LVDOVI		
			cus cum Lothario fi/		
			lio suo annis 25.		
		Stephanus Pontifex in Gallia	1	4	816
		profectus Ludouicũ corona &			
		imperialibus titulis insigniuit.			
		Pont. C PASCHALIS Ro			
	1	manus, annis 7.	2	5	817
	2		3	6	818
	3		4	7	819
	4	Bernardum in Italia regnũ oc/	5	8	820
		cupantem, Ludouici duces su/		MICHAEL	
		perant atq; interficiunt.	in Oriente XXXIX		
			annis 9.		
6020	5		6	1	821
	6	Ludouicus Lotharium filium	7	2	822
		suũ in Italiæ gubernatorem mit			
		tit, qui à Pontifice Paschali in			
	7	Augustum coronatus est.	8	3	823
		Pont. CI EVGENIVS II,			
	1	Romanus, annis 3.	9	4	824
	2	In Gallia miræ magnitudinis de	10	5	825
		cidens grando, pecora multa &			
		nõnullos homines interemit, in			
		qua tẽpestate glacies durissima			
		pedum longitudine duodecim			
	3	uisa est è cœlo cecidisse.	11	6	826
		Pont. CII VALENTINVS			
		Romanus, diebus 4.			
		Pont. CIII GREGORIVS			
	1	IIII, Romanus annis 16.	12	7	827
	2		13	8	828
	3	Saraceni ex Africa in Italiã na	14	9	829
		uigantes Romã ingrediũtur, &			
		sacra preciosaq; ecclesiarũ orna			
		menta cũ ingenti cæterarũ rerũ		THEOPHI	
		præda hostili more diripiunt.	LVS in Oriente XL,		
			annis 15.		

Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
	4		15	1	830
	5		16	2	831
6030	6		17	3	832
	7	Ludouicus suorũ fraude decep-	18	4	833
		ptus imperio deponit, & captus			
		Lothario filio suo, qui ex Italia			
		redierat, in custodiam traditur:			
		uerũ eodem anno inter eos con			
		uentione facta, Ludouicus in im			
	8	perium restituitur, & Lotharius	19	5	834
	9	ad gubernandã Italiã regredit.	20	6	835
	10	Galli & Germani cõmemorati	21	7	836
	11	onem omnium sanctorũ colere	22	8	837
	12	& obseruare cœperunt, iubente	23	9	838
	13	Gregorio Pontifice.	24	10	839
	14	Ludouicus Imperator diẽ obijt	25	11	840
		tres filios relinquens, Lotharĩ			
		scilicet, & Carolũ, & Ludouicũ,			
		qui ob imperij atq; regni paterni			
		diuisionẽ inter se bellantes, ua			
		rijs prælijs multa hominũ milia			
		perdiderũt: ob quã causam eorũ			
		diminutis uiribus tandem cõue			
		nerũt, ut diuiso imperio regnoq;			
		paterno Lotharius imperiũ obti			
		neret, Carolus in Gallia, & Lu			
		douicus in Germania regnaret.	Impera		
			torũ III LOTHARI		
			us solus annis 10, mox		
			cũ Ludouico filio an: 5.		
6040	15		1	12	841
	16		2	13	842
		Pont. CIIII SERGIVS II,			
		Romanus, annis 3.			
		Sergius cum prius Os porci uo			
		caretur, Pontificũ primus fuit			
		qui propriũ nomen mutauerit,			
		quod postea obseruatũ ad nos			
		usque perdurat.			
	1	Lotharius coronã, imperij in-	3	14	843
		signe à Sergio Pontifice rece-			
		pit, & Ludouico filio suo coro			
		næ q̃q; honorem tribui fecit.			

Britones

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
	2	Britones cum Gallis prospere pugnãtes adeo animant, ut sæpius postea illos bello repeterẽt.	4	15 MICHAEL & Theodorus XII in Oriente annis 11.	844
	3	Afri iterũ in Italiã transeunt, & Romam ingressi ingentẽ inde prædã trahunt, quadomũ nauigantes tempestate opprimũtur.	5	1	845
		Pont. CV LEO IIII, Ro			
	1	manus, annis 8.	6	2	846
	2	Andulphus Angliæ rex, Romanæ ecclesiæ deuotissimus, tributariã fecit Pontifici prouinciam suam, instituẽs ut ex singula domo singulis annis numus solueretur argenteus.	7	3	847
	3		8	4	848
	4	Apud Hostiam urbẽ Afris iterum in Italiam redeũtibus, prospere pugnarunt Romani.	9	5	849
B	5	Lotharius Ludouicũ filium suum consortem regni facit, & simul regnauerunt annis 5.	10	6	850
6050	6	Coloniæ è Sardinia Corsicaq; ad Hostiã urbẽ deductæ sunt, defi	11	7	851
	7	ciẽtibus ibi propter inflictas cla	12	8	852
	8	des habitatoribus.	13	9	853
		Pont. CVI IOANNES Anglicus, annis 2, mensibus 3.			
	1	Fama est hunc Ioannẽ fœminã fuisse, & uni soli familiari tantũ cognitam, qui eam complexus est, & grauis facta peperit Papa existens: Quare eam inter Pontifices non numerant quidam, ideo nomini numerũ nõ facit.	14	10	854
	2	Lotharius iam senex inter filios suos regnũ diuisit, & Ludouicũ Imperatorem relinquens monachus efficitur, in qua religione paulo post obijt.	15	11	855
		Pont. CVII BENEDICTVS	LVDO uicus II Imperatorũ		
		III, Romanus, annis 3.	IIII, annis 21.		

potissimum femina

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Annī salutis.
				MICHAEL	
				XLII solus	
				in Oriente annis 15.	
	1		1	1	856
	2	Britanni ingẽti numero Gallias	2	2	857
	3	ingressi cuncta ferè deprædantur.	3	3	858
		Pont. CVIII NICOLAVS			
	1	Romanus annis 10.	4	4	859
	2	In Cisalpina Gallia plericq; Prin	5	5	860
6060	3	cipes ob suspicionẽ necantur.	6	6	861
	4		7	7	862
	5		8	8	863
	6	Saraceni ex Africa in Italiam	9	9	864
		magna classe uecti Beneuento-			
		rum fines hostili more aggre-			
		diuntur. Quo terrore percitus			
		Ludouicus Lotharĩ fratrẽ su-			
		um è Gallia conuocauit, qui cũ			
		iam Placentiã deuenisset, subi			
		ta & improuisa est morte per-			
	7	emptus.	10	10	865
	8	Andalisius Beneuentorum dux	11	11	866
		iunctis sibi Campanis & Luca-			
		nis, atque Samnitibus, & uana			
		Græcorũ spe subleuatus, à Lu			
		douico Imperatore rebellans il			
		lius fines hostis ingreditur: cui			
		Ludouicus repugnãs ipsum Be			
		neuenti tandem obsidet, donec			
		indamnorum refectionẽ pecu			
		niam accipiens obsidionem dis			
		soluit. Verũ aliquanto post An			
		dalisius per fraudem Imperato			
		rem necare procurans: qui cum			
	9	ab eodem armis repetitus esset	12	12	867
	10	in Sardiniam fugit.	13	13	868
		Pont. CIX HADRIANVS			
		II, Romanus annis 5.		BASILIVS	
				XLIII in	
				Oriente annis 17.	
	1	Apud Brixiam Italiæ ciuitatẽ	14	1	869
		tribus diebus sanguis pluit.			

sanguis pluit

Locustæ

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
	2	Locustæ per uniuersam ferè	15	2	870
6070	3	Galliã segetes & arbusta depa-	16	3	871
	4	scentes, eos populos in miserã	17	4	872
	5	famem deduxerunt.	18	5	873
		Pont. CX IOANNES VIII,			
		annis 10.			
	1	Beneuentani Lucanos & Cam	19	6	874
		panos submouentes ab Impe			
		ratore iterum rebellarunt, à quo			
		postmodum superati in eius au			
	2	toritatem consenserunt.	20	7	875
	3	Britones mortuo Solomone eo	21	8	876
		rũ rege, de regno inter se cõten			
		dentes à crebris Galliarũ incur			
		sionibus cessarunt.	CARO-		
			lus II cognomẽto Cal		
			uus Impatorũ v, an: 6.		
		Carolus populum Romanum			
		& Ioannem Pontificem pecu-			
		nia corrumpens imperium ob-			
		tinuit.			
	4	Carolus cõtra nepotes suos, Lu	1	9	877
		douici Germaniæ regis nuper			
		defuncti filios, bellũ mouet, &			
		eorum regnum occupare co-			
		natur.			
	5	Saraceni Africæ Siciliam ami-	2	10	878
		serunt.			
	6	Synodus apud Threcã Galliæ	3	11	879
		ciuitatem præsente Carolo Im-			
		peratore celebratur.			
	7	Ioannes Scotus, uir subtilitate	4	12	880
		ingenij peracutus, quædam no			
		stræ religionis accuratissime dis			
		putata conscribit.			
6080	8	Boso apud Francos tyrãnidem	5	13	881
		occupare conatur.			
	9	Carolus ex Italia proficiscẽs in	6	14	882
		Galliam ueneno in alpibus op			
		pressus interijt.			
		Ioannes Põtifex Ludouicũ Bal			
		bũ superioris Caroli filiũ & Fran			
		corũ regẽ in Imperatorẽ delegit,			

cuius

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
		cuius electionis gratia cõturbati Romani Ioannẽ custodiri ut captum iubent, & Carolum cognomento Grossum Imperatorem eligunt, simulq; ambo Imperatoris nomen tenuerunt annis duobus, donec absumpto ueneno Ludouico Carolus solus regnaret annis 12.	CAROlus III, cognomẽto Grossus, Imperatorũ VI, annis 12.		
	10	Fames ingẽs per uniuersam Italiam in qua frumẽti libræ centũ uendebantur auri dragmis 5.	1	15	883
		Pont. CXI MARTINVS II, anno uno, mensibus 8.			
	1	Francis regnauerũt Ludouicus & Carolus Magnus Ludouici Balbi ex cõcubina matre filius, annis 5.	2	16	884
	2	Normanni & Dani per Galliã ferro & igne sæuientes, usq; ad sacra loca uniuersam prouinciã deprædantur.	3	17 LEO XIIII in Oriente annis 17.	885
		Pont. CXII HADRIANVS III, anno uno, mensibus 3.	4	1	886
		Pont. CXIII STEPHANVS V, annis 6.			
	1		5	2	887
	2		6	3	888
	3	Carolus Imperator postq; superioribus annis bella quædam cũ Pannonijs gesserat, ita animo & corpore debilitatus est, ut in priuatũ se redigens modum ab Arnulpho patruele aleretur.	7	4	889
	4	Francis regnat Arnulphus Caroli Magni filius anno uno. Francis post Arnulphũ regnauit Otho Parisiẽsis Comes Roberti ducis filius, alienus à genere Caroli Magni, annis 11.	8	5	890

Neglecto

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
6090	5	Neglecto à Carolo propter ani mi segnicie imperio, Landober tus in Italia apud Rauennã re/	9	6	891
	6	gnum occupat.	10	7	892
		Pont. CXIIII FORMOSVS			
	1	annis 6.	11	8	893
	2	Remigius Antisiodorensis diui narum scripturarum insignis cõ	12	9	894
		mentator claret.	Imperato		
			rum VII ARNVL		
			phus Germaniæ rex an: 12.		
	3		1	10	895
	4	Formosus à persequẽtibus iniu riatus in sui tutelã Arnulphum	2	11	896
		in Italiam euocauit, à quo in pri stinam dignitatem restitutus il/			
	5	lum Imperatoris priulegijs in/	3	12	897
	6	signiuit & titulis.	4	13	898
		Pont. CXV BONIFACIVS			
		VI, diebus 15.			
		Pont. CXVI STEPHANVS			
		VI, anno uno, mensibus 3.			
	7	Stephanus Formoso prædeces/	5	14	899
		sori suo infensus contra eius cõ			
		cessiones atq; decreta Concilii			
		conuocauit: in cuius præsentia			
		delatum Formosi cadauer, pon tificalibus primũ exuit insigni/			
		bus, deinde illud dilanians, o/			
		mnicq; afficiẽs dedecore manus			
		eius proiecit in Tiberim.			
		Saraceni Africæ iterũ Siciliam			
		occupauerunt.			
		Pont. CXVII ROMANVS			
		mensibus 4.			
		Post quẽ CXVIII THEODO			
		rus II, diebus 20.			
		Quo defuncto CXIX succedit			
	1	IOANNES IX an: 2, men: 3.	6	15	900
	2	Frãcis post Othonem regnauit	7	16	901
	3	Carolus cognomento Simplex	8	17	902
		Ludouici Balbi filius annis 26.			
		Pont. CXX BENEDICTVS IIII, an: 3, men: 2.			

Assyrij

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
6100	1	Assyrij Armeniam primo, & deinde Cappadociam inuadentes usq; ad Euxini poti littora prædas agunt.	9	18 CONSTANtinus cum Alexandro patruo suo in Oriente XLV annis 2.	903
	2		10	1	904
	3	Arnulphus Mogontinos debellauit. Pont. CXXI LEO V, diebus 40. Post quē CXXII CHRISTOphorus mensibus 7.	11	2 CONSTANtinus XLVI solus in Oriente annis 6.	905
	1	Arnulphus gerens contra Normannos bellum interijt. Pont. CXXIII SERGIVS III, Romanus, annis 7, mensibus 4.	12 LVDOuicus III Imperatorū VIII an: 6.	1	906
	1	Post Arnulphum imperiū confunditur, dolentibus Romanis atq; uniuersis Italiæ populis q̄ in Germaniā translatum esset. Quāobrē necà Romanis Pontificeq; insigniti sunt transalpini Imperatores usque ad primum Othonem: & in Italia quidam Berengarij imperium per id temporis usurparunt.	1	2	907
	2		2	3	908
	3	Berengarius primus imperium	3	4	909
	4	in Italia usurpauit annis 4.	4	5	910
6110	5		5	6	911
	6	Conditæ urbis Florentiæ annus millesimus computatur.	6	7	912
			CONRAdus IX Imperatorum annis 7.		
	7	Berengarius secundus in Italia imperat annis 7.	1	8	913

Pont.

Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Annì salutis.
		Põt. CXXIIII ANASTASIVS			
		III, Romanus, an: 2, mens: 2.			
	1	Saraceni Africæ Apuliam oc/	2	9	914
	2	cuparunt.	3	10	915
		Pont. CXXV LANDO, Ro			
	1	manus, mensibus 7.	4	11	916
		Pont. CXXVI IOANNES X,			
		Romanus, annis 13, mens: 3.			
	1	Pannonij uicinas regiones mul	5	12	917
	2	tis cladibus afficiunt.	6	13	918
	3	Ioannes Pontifex Alberici,	7	14	919
		qui in agro Piceno dominaba/			
		tur, fretus auxilio, Saracenos			
		Apulia expulit.	Imperatorũ		
			X HENRICVS an: 18.		
	4		1	15	920
6120	5		2	16	921
	6	Hugo in Italia regnũ occupat	3	17	922
	7	annis 10.	4	18	923
	8		5	19	924
B	9	Pannonij ab Alberico in Roma	6	20	925
		nos euocati Italiã intrarũt, & in			
		Hetruriã usq; cũcta deprædati,			
	10	cũ ingenti præda domũ redíere.	7	21	926
	11	Francis regnat Rodolphus Bur	8	22	927
	12	gundiæ dux annis 2.	9	23	928
	13	Francis regnat Ludouicus, Ca	10	24	929
		roli Simplicis filius, annis 27.			
		Post Ioannẽ alter Ioannes per			
		seditionẽ eligit, qui mox eiectus			
		est, & Leo Pontificatũ obtinuit.			
		Pont. CXXVII LEO VI,			
	1	Romanus, mensibus 7, dieb: 15.	11	25	930
		Pont. CXXVIII STEPHA			
6130	1	NVS VII, Romanus, annis 2,	12	26	931
	2	mensibus 2.	13	27	932
		Pont. CXXIX IOANNES XI,			
		Romanus, annis 5.			
	1	Saraceni ex Africa transfretan/	14	28	933
		tes Genuam Italiæ ciuitatẽ in/			
		trarunt, & hostili modo illã de/			
	2	prædati, & ingenti ditati præda	15	29	934
	3	domum renauigant.	16	30	935

Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
	4	Hugo Burgundiæ dux contra Berengariũ euocatus in Italiam transit, & cum illum superasset, tres annos in Italia præualuit, post quos in Galliam rediens, Lotharium filium suum Italiæ			
	5	regem reliquit.	18	32	937
		Pont. CXXX LEO VII, Romanus, annis 3.	Imperatorum XI OTHO Henrici filius, annis 30.		
	1		1	33	938
	2	Lotharius in Italia regnat an: 2.	2	34	939
	3	Sol per aliquot dies ueluti sanguinem emanans apparuit, & statim repentinæ plurimorũ hominum infirmitates mortesq; subsecutæ sunt.	3	35	940
		Pont. CXXXI STEPHANVS VIII, Germanus, an: 3.			
6140	1	Berengarius IIII, cum Alberto filio suo in Italia tyrannidem inuadit annis 11.	4	36	941
	2	Berengarius Adalindam Lotharij quondam regis uxorem, ob regni suspicionẽ in carcere	5	37	942
	3	custodiri iubet.	6	38	943
		Pont. CXXXII MARTINVS III, Romanus, annis 3.			
	1	Otho contra Berengarium in Italiam est euocatus.	7	39	944
				CONSTANtinus alter cum Romano filio suo in Oriente XLVII, annis 16.	
	2		8	1	945
	3	Fames in Gallia, in qua populi uel inhumano quoq; cibo ægre subsistentantur.	9	2	946
		Pont. CXXXIII AGAPITVS II, Romanus, annis 7, mens: 4.			
	1	Otho Italiam cum exercitu ingressus, Berengarium apud Ticinum superat, & Adalindam	10	3	947
	2		11	4	948
	3	carcere liberatam in matrimo-	12	5	949

nium

Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
	4	nium accepit, secumq; in Ger	13	6	950
6150	5	maniam ducit.	14	7	951
	6	Berengarius grauiter Italiã pre	15	8	952
		mens, Romanos ad prouocan			
		dum iterum Othonem commo			
		uit, qui potenti exercitu Italiam			
		ingressus Berengariũ secundo			
	7	superat & regno pellit.	16	9	953
		Pont. CXXXIIII IOANNES			
	1	XII, Romanus, an: 8, mens: 7.	17	10	954
	2	Francis regnat Lotharius Lu	18	11	955
		douici filius annis 32.			
		Ioanne Pontifice in omnem lu			
		xuriam dissoluto, Otho à Ro			
		manæ ecclesiæ patribus, urbisq;			
		principibus euocatus, ut corru			
		ptos Pontificis emendaret mo			
		res, Romã proficiscitur, in qua			
		urbe amplissimis honoribus u			
		sus coronam suscepit: Et fuit pri			
B		mus qui post translatũ in Ger			
		maniam imperium imperiales			
		titulos rite susciperet, quod po			
		stea obseruatum est usq; in præ			
	3	sens tẽpus. Germani Pan	19	12	956
	4	noniæ imperij titulos usurpant.	20	13	957
	5	Circa hæc tempora è Germania	21	14	958
	6	in Italiam singulis prope annis	22	15	959
	7	Otho frequentabat iter.	23	16	960
				NICEPHO	
			RVS in Oriente XL		
			VIII, annis 10.		
6160	8		24	1	961
	9	Ioannes ad honestã uitã sæpius	25	2	962
		exhortatus, cum de eius emen			
		datione tandem desperatum est,			
		præsente Othone Imperatore			
		Põtificali dignitate deponitur,			
		post quã depositionem discor			
		diæ ingentes de Pontifice deli			
		gendo ortæ sunt, Imperatore cũ			
		populo de patribus altercante,			
		in qua cõtentione primo fuerat			

Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
		assumptus ab Imperatore Leo, mox eo remoto assumitur à populo Benedictus: Ipso quoq; depositio Leo tandem Pontificatũ obtinuit, anno 1, mensibus 5.			
		Pont. CXXXV BENEDICTVS VI, mensibus 3.			
		Post quem CXXXVI LEO VIII, Romanus, anno 1, mensibus 5.			
	1		26	3	963
	2	Benedictus qui fuerat Pontifex in exilio apud Saxones moritur.	27	4	964
		Pont. CXXXVII IOANNES			
	1	XIII, Narniensis, annis 8.	28	5	965
	2		29	6	966
	3		30	7	967
			Imperatorũ XII OTHO II, primi Othonis filius annis 16.		
	4	Ioannes Pontifex à præfecto urbis captus, & aliquot dies in carcere custoditus, in exiliũ tandem in Campaniam mittitur.	1	8	968
	5	Ioannes Pontifex fretus Othonis auxilio Romã uictor ingreditur, & diuersæ factionis principes grauiter punit.	2	9	969
	6	Ioannes ob remunerationẽ collati in se beneficij Othonẽ Othonis filiũ Augustum appellauit.	3	10	970
				IOANNES	
			XLIX in Oriẽte, an. 7.		
6170	7		4	2	971
	8		5	3	972
		Pont. CXXXVIII BENEDICTVS VI, anno 1, mensibus 7.			
	1		6	4	973
	2		7	5	974
		Pont. CXXXIX DONVS II,			
	1	anno 1, mensibus 6.	8	6	975
		Pont. CXL BONIFACIVS VII, mensibus 2.			
		Pont. XLI BENEDICTVS			
	1	VIII, annis 8.	9	7	976

In Oriente

Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
				In Orien	
		te Post Ioannẽ regnauerũt Cõstantinus, Alexius, Emma			
		nuel eius filius, Andronicus, Isantius, Basilius, Alexius,			
		Nicolaus, Mortulphus, Blandonius, Henricus, Petrus,			
		& deinde Robertus, quorũ discernere tẽpora non potui.			
	2		10		977
	3	Otho coronã, imperij insigne	11		978
	4	à Benedicto suscepit.	12		979
	5		13		980
6180	6		14		981
	7	Otho contra Apulos & Cala-	15		982
		bros bellum mouet, eò quod pa			
		rere Constantinopolitano Im-			
		peratori non desistant.			
	8	Græci comparato mercenario	16		983
		exercitu in Italiã contra Otho-			
		nem transeũt, & statim magna			
		eorum strage superant: Quare			
		Otho uniuersam prouinciã pos			
		sidet, & Beneuentũ quod græcas			
		sequebatur partes capit.			
		Pont. CXLII IOANNES			
		XIIII, menses 8.			
	1	Ioannes quarto sui Põtificatus	17		984
		mense in Hadriani mole reclu-			
		sus, & quatuor deinde menses			
		inedia maceratus interijt.			
		Pont. CXLIII IOANNES			
		XV, menses 4.			
		Otho Imperator Romæ diem			
		obijt, & in Basilica sancti Petri			
		honorato eximie funere sepelitũ.			
		Pont. CXLIIII IOANNES			
		XVI, annis 10, mensibus 3.	OTHO III,		
			secundi Othonis filius,		
			Imperatorum XIII,		
			annis 19.		
	1		1		985
	2		2		986
	3	Francis regnat Ludouicus Lo-	3		987
		tharij filius anno uno, post quẽ			
		Carolus eiusdem Lotharij fra-			
		ter annis 4: Statim assumpto			

	Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
C			in regnũ Carolo, Hugo cognomẽto Caputius, ex genere Comitum Parisiẽsium contra eum rebellat, & quatuor annos invicem decertant.		
		5		5	989
		6	Grana tritici, & pisciculos minutos imbri	6	990
	6190	7	bus immixtos pluisse in Gallia ferunt.	7	991
		8	Mortuo Carolo, Hugo cognomento Caputius regnum Francorũ obtinuit, regnauitq; annis 4, & finem habuerunt Reges	8	992
		9		9	993
		10	ex genere Caroli Magni.	10	994
			Pont. CXLV GREGORIVS V, anno 1, mensibus 8.		
		1	Otho à Gregorio Pontifice coronam imperij insigne suscepit.	11	995
		2	Francis regnat Robertus superioris Hugonis filius, annis 34.	12	996
			Pont. CXLVI IOANNES XVII, anno uno.		
		1	Hugo Andeburgensis Othonis præfectus bona gratia Hetruriam perhumaniter gu-	13	997
D			bernat.		
			Pont. CXLVII SYLVESTER II,		
		1	annis 4.	14	998
		2		15	999
		3	Varia apparuerunt prodigia, Cometes in cœlo est uisus, & terræmotus fuit maximus.	16	1000
	6200	4	Otho Imperator Crescentem Patricium Romæ principatum occupantem, bello superatum interemit.	17	1001
			Pont. CXLVIII IOANNES XVIII, menses 5.		
			Pont. CXLIX IOANNES XIX. annis 5, mensibus 8.		
		1	Hugo Hetruriæ gubernator Pistorij diem	18	1002
		2	obijt.	19	1003
				HENRICVS II, Imperatorũ XIIII, an: 19.	
		3	Henrico per electionem ad imperium assumpto, primum institutum fuit ut in futurum non per sanguinis successionẽ duceretur imperium, sed proceres quidam in Germania principes unà cum quibusdam	1	1004

Pannonia

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
		Pannoniæ Principibus potestatem haberent		
		Imperatoris deligẽdi, quod usq; in præsentem		
		obseruatur diem.		
	4	Arduinum imperium usurpantem Henricus	2	1005
		superauit.		
	5	Cometes in australi plaga emicuit.	3	1006
		Pont. CL SERGIVS IIII, annis 3.		
	1	Fames & pestis miseranda fuit penè per orbẽ.	4	1007
	2		5	1008
	3		6	1009
		Pont. CLI BENEDICTVS VIII, annis		
	1	11, mensibus 10.	7	1010
6210	2	Per huius Benedicti tempora maximum schis-	8	1011
		ma in Romana ecclesia fuit.		
	3	Ecclesia sepulchri domini nostri Iesu Christi	9	1012
		ab infidelibus desolatur.		
	4	Pannones Christianam religionem publice	10	1013
		recepisse quidam scribunt.		
	5	Henricus coronam sumpsit imperij.	11	1014
	6		12	1015
	7		13	1016
	8		14	1017
	9	Guido Aretinus celeberrimi nominis musicus	15	1018
	10	claret.	16	1019
	11		17	1020
6220	12		18	1021
		Pont. CLII IOANNES XX, annis 11.		
	1		19	1022
			Vacauit impe-	
			rium annis 2.	
	2	Zeno dux imperare uolens repudiatur, quare	1	1023
		biennio prorogatur electio Cõradi, licet illum		
		Henricus sibi successorem reliquisset.		
	3	Robertus Francorum rex iam ætate confectus	2	1024
		Hugonem filium suum consortẽ regni facit,	CONRA	
		& cum eo regnauit annis 6.	dus II, Impera	
			torũ XV an: 15.	
	4		1	1025
	5	Conradus Romam ingressus à Ioanne Pon	2	1026
		tifice in Imperatorem est unctus.		
	6		3	1027
	7		4	1028
	8		5	

Francis

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
	9	Francis regnat Henricus Roberti superioris filius annis 30.	6	1030
6230	10	Conradus contra Pannones & Dalmatas pro	7	1031
	11	spere gerit bellum.	8	1032
		Pōt. CLIII BENEDICTVS IX an: 13, men: 3.		
	1	Conradus rebellantes Langobardos, & per ua	9	1033
	2	ria Italiæ loca, ac maxime per Venetiam atque	10	1034
	3	Aemiliam passim & ubicq; deprædātes repres/	11	1035
	4	sit atq; contriuit.	12	1036
	5		13	1037
	6	Andræas Pannoniæ rex grauis senecta, consen	14	1038
		tiente Bebla eius fratre Salonem filium suum		
		regem facit, qui mox mortuo Andræa patre à		
	7	Ladislao Beblæ filio regno pellitur.	15	1039
			HENRI	
			cus III Impe/	
			ratorum XVI	
			an: 18, men: 6.	
	8		1	1040
6240	9		2	1041
	10	Lanfrancus Ticinēsis ecclesiasticæ disciplinæ	3	1042
	11	haud sanè ignobilis autor in Gallia claret.	4	1043
	12		5	1044
	13		6	1045
		Pont. CLIIII SYLVESTER III, men: 2.		
		Pont. CLV GREGORIVS VI, annis 2.		
	1	Schisma & cōtentiones maximæ in ecclesia dei	7	1046
		fuere tribus Pōtificibus uno tēpore discordan		
		tibus Romæ: propter quod uniuersalis ecclesia		
		diminuta inuenit, & Pōtifices ab Imperatore fu		
		isse electi: In qua discordia Theophilactus alius		
		Pontifex Ioanni sacerdoti Pontificatū uēdidit.		
		Pluribus de Pontificatu contendentibus, Hen		
		ricus Romam ad componēdas discordias pro/		
	2	fectus coronatur.	8	1047
		Pont. CLVI CLEMENS II, anno 1.		
	1		9	1048
		Pont. CLVII DAMASVS II, mense uno.		
		Pont. CLVIII LEO IX, annis 5, mensibus 6.		
	1	Ecclesia sepulchri domini nostri Iesu Christi re/	10	1049
		ædificata est, Constantinopolitano Imperato/		
	2	re procurante.	11	1050
6250	3	Concilīū Vercellense, in quo Berēgarius Turo	12	1051

nensis

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
	4	nensis ecclesiastici cuiusdam noui autor erroris damnatus est.	13	1052
	5	Robertus Guiscardus è Gallia cum exercitu profectus Apuliam obtinuit, fugatis ex ea prouincia Græcis atq; Afris, qui sub Italorum contentione illam possidebant.	14	1053
		Pont. CLIX VICTOR II, an: 2, men: 8.		
	1	Synodus Florentiæ celebratur, in qua multi	15	1054
	2	Episcopi propter simoniam fornicationemue	16	1055
	3	damnantur.	17	1056
		Pont. CLX STEPHANVS IX, men: 10.		
	1	Stephanus Abbas fuit montis Cassini, & deinde factus Pontifex Florentiæ diem obijt, & in cathedrali sepelitur ecclesia.	18 HENRICVS IIII Hērici filius, Impatorū XVII annis 50.	1057
		Henricus adhuc infans Henricum patrem amisit, & sub matris tutela regnare cœpit.		
		Pont. CLXI BENEDICTVS X, mensibus 9.		
	1	In electione huius Benedicti quidam precio corrupti magnas dissensiones inter patres suscitauerunt. Quapropter de Pontifice deligendo noua constitutio facta est, quam Nicolaus post assumptionem sui statim sanciuit, & obseruari decreuit. Robertus Guiscardus Siciliam obtinuit pulsis ex ea Afris, & illam fratri suo Rogerio donauit.	1	1058
		Pont. CLXII NICOLAVS II, annis 3.		
		Hic Nicolaus cum esset Florentiæ Episcopus		
	1	bonæ uitæ fama ad Pontificatum eligitur.	2	1059
	2	Francis post Henricum regnauit Philippus	3	1060
		eius filius, uiuente patre in regnū assumptus,		
		regnauitq; annis 49.		
6160	3	Monstrum fœminino sexu in pago Britānico	4	1061
		nascitur, quod ad integram prouectum ætatem		
		ferunt infra umbilicum unitum, supra uero geminatum habens hominem.		
		Pont. CLXIII ALEXANDER II, annis 11, mensibus 8.		
	1	Fames ingens per orbem & lugubris pestis.	5	1062
	2		6	1063

In

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
	3	In Cisalpina Gallia Parmensis Episcopus in	7	1064
		Pontificē fuit electus, qui & cōtra Alexandrū		
		usq; Romam profectus est armata ui, tandem		
		intercedente Imperatore Henrico Concilium		
	4	Mantuæ indicitur, in quo schismate composi-	8	1065
	5	to Alexander confirmatur.	9	1066
	6	Cometes in cœlo apparuit.	10	1067
	7	Petrus Damianus, & Petrus Alphonsus nomi	11	1068
	8	natissimi habentur.	12	1069
	9	Florentiæ urbis pomeria à ripis fluminis Arni	13	1070
6270	10	ultra sacras Laurentij ædes per hæc tēpora per-	14	1071
	11	petuo ambitu deducuntur.	15	1072
	12	Ioannes Gualbertus deuotissimus Christi mo	16	1073
		nachus, & religionis uallis umbrosæ ordinator		
		& princeps, miraculis clarus moritur.		
		Pont. CLXIIII GREGORIVS VII, an: 12.		
	1		17	1074
	2		18	1075
	3	Mathildis comes nobilissima fœmina, uirtute	19	1076
	4	& gestis clarissima habetur.	20	1077
	5	Ob usurpationem alieni iuris tanta inter Impe	21	1078
		ratorem & Pontificem aucta est inimicitia, ut		
		Gregorius Henricū imperiali dignitate depo		
		neret, & Rodulphus in Germania nouus Impe		
		rator electus sit. Sed non multo post apud Ca		
		nusium oppidum cōuentione facta, Henricus		
		ad unionem ecclesiæ reuersus imperiū resumit.		
	6	Gregorius Pontifex Cōstantinopolitanū Im	22	1079
		peratorem ecclesiæ communione interdixit.		
	7	Florentia ab Henrico obsessa in Pontificis ta-	23	1080
		men parte perseuerat.		
6280	8	Gregorius conciliarem Episcoporum congre	24	1081
	9	gationem habuit, in qua quædam constituens	25	1082
	10	diuersæ partis Episcopos priuauit.	26	1083
	11	Henricus Imperator aduersus Pontificem ge-	27	1084
		rens bellum urbem capit, & in Hadriani mole		
		Gregorium obsessum custodit, donec Grego		
		riani, Roberti, Guischardi, qui in Apulia domi-		
		nabantur, auxilio freti obsidentes abire Senas		
	12	compulerunt.	28	1085
		Pont. CLXV VICTOR III, an: 2, men: 9.		
	1	Carthusiensis ordinis initium.	29	1086
	2	Victor hausto in sacro calice ueneno interijt.	30	1087

Pont.

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
		Pont. CLXVI VRBANVS II, annis 12, mensibus 4.		
	1	Henricus Florẽtinos iterũ obsider, qa Pon	31	1088
	2	tificis partes fouere & sequi nõ desisterẽt.	32	1089
	3	Anselmus Cãthuariẽsis Episcopus, bonita	33	1090
6290	4	te uitæ & ingenij acumine in Anglia claret.	34	1091
	5	Belzetus rex Turcarum Græciam ingen	35	1092
	6	ti armatorum ingreditur numero, obsiden	36	1093
	7	tes superat, aliquot urbes expugnat, & Im	37	1094
	8	peratore capto pro uili utitur mancipio.	38	1095
	9	Christianorum Principes à Petro eremita	39	1096
		ignoto antea homine cõtra Saracenos sub		
		leuati, ingenti multitudine Godefredo Bu		
		lionio duce Gallia mouentes, per Germa		
		norũ fines atq; Pannoniã Byzantium ua		
		dunt, ac inde transmisso Hellesponto Ni		
		cæam primo, mox Antiochiã, & plurimas		
		alias Saracenorum urbes capiunt.		
	10	Cometes in occidentali plaga est uisus.	40	1097
B	11	Cistercienſis religio cœpta, & primũ eius	41	1098
		cœnobium fundatum.		
	12	Hierosolyma à nostris capitur duce Gode	42	1099
		fredo, quẽ Christiani coronare uolẽtes ipse		
		renuit, asseuerãs nolle aureã ferre coronã		
		in ea urbe, in qua Christus spineã tulisset.		
		Põt. CLXVII PASCHALIS II, an: 18, mens: 5.		
	1	Godefredus moritur, post quẽ Hierosolymis	43	1100
		regnauit Balduinus eius frater annis 18, in		
		quibus Aegyptios ter in prælio superauit, &		
		Caliphã eorum regẽ tandem interemit.		
		Syracusis terræmotu cõcussis ecclesia ma		
		xima corruit, & populi multitudinẽ oppressit.		
6300	2	Conradus Henrici Imperatoris filius Flo	44	1101
		rentiæ moritur.		
	3	Henricus coronam imperij à Paschale su	45	1102
		mpsit, & non multo post illum cum multis		
		ecclesiæ Prælatis capit, & in carcere reclu		
	4	dit: unde parum post liberatus euasit.	46	1103
	5	Bernhardus monachus Clareualẽsis, uita	47	1104
		& doctrina insignis habetur.		
	6	Florentiæ Concilium celebratur Episco	48	1105
	7	porum CCCXL.	49	1106
	8		50	1107

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
			HENRICVS	
			V, Imperatorum	
			XVIII, annis 20.	
	9	Henricus proximi Henrici filius fuit, &	1	1108
		cum imperiũ assumpsisset, Henricum pa		
		trem nefando scelere carcere macerauit us/		
		que ad mortem.		
	10	Francis post Philippum regnauit Ludoui	2	1109
	11	cus annis 22.	3	1110
	12	Henricus Italiam ingressus Romã uenit,	4	1111
		qua in urbe cũ benigne & summo honore		
		fuisset receptus, paternum uolens imitari		
		exemplum, Paschalem Romanorũ Pon		
		tificem, & uniuersos ecclesiæ Prælatos per		
	13	fraudem intercepit, & eorum bona in suo/	5	1112
	14	rum prædam conuertit.	6	1113
	15	In agro Aemiliano & Flaminio Idibus Iu	7	1114
		nij sanguis pluit.		
	16	Veneti maximo exercitu in Dalmatiã na	8	1115
D		uigant, & Sibinicum deprehendentes nõ/		
	17	nullas quoq; capiunt urbes.	9	1116
	18	Henricus in Italiam reuersus Romam ab/	10	1117
		sente Pontifice ingreditur, ibiq; cõceden		
		te populo, & aduersantibus patribus, cum		
		rite coronari non obtineret, Mauriciũ suæ		
		partis Archiepiscopum euocauit, & ab eo		
		sibi imponi coronam iussit.		
		Paschalis post Henrici discessum biduo		
		postquam Romam redierat moritur XV		
		Calendas Februarias.		
		Pont. CLXVIII GELASIVS II, an: 1.		
	1	Persistẽte adhuc in Italia Henrico, & Pon	11	1118
		tificis partes persequẽte, Gelasius in Gal		
		lias refugit, ibiq; statim functus interijt.		
		Post mortem primi Balduini apud Hiero		
		solymam regnauit Balduinus II, ex no/		
		stris rex III, annis 13.		
		Hic Gaium Persarũ regem prælio uictum		
		interemit, & Damascenorum Ascalonita		
		rumq; reges prostrauit.		
		Pont. CLXIX CALLISTVS II, an: 6.		
	1	Henricus Callisto pacem dedit, & inde in	12	1119
	2	Germaniam proficiscitur.	13	1120

Ignis

Anni mūdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
6320	3	Ignis immensus in orientali plaga circa auroram per sex horas flammas emittit, donec ex Occidente aduenies turbo imbre copioso illum extinxit.	14	1121
	4	Balduinus, deficientibus sedulo Christianis, ex Europa transfretatis multos Christi fideles ex transiordane conuocauit, quos simul cum suis Hierusalē inhabitare fecit.	15	1122
	5		16	1123
	6	Tyrum florentissimā Phœnicum urbem Christiani ceperunt.	17	1124
		Pont. CLXX HONORIVS II, annis 5, mensibus 2.		
	1	Hyems in qua multa pecora hominesq; frigore magno periere, & frugibus exustis	18	1125
	2	miserabilis fames subsequitur.	19	1126
	3	Hugo de sancto Victore insignis Theologus Parisijs floret.	20	1127
			LOTHARIus II, Imperatorū XIX, annis 11.	
	4	Tyrum urbem maxima strage populi ter-	1	1128
B	5	ræmotus ferè subuertit.	2	1129
		Pont. CLXXI INNOCENTIVS II, annis 12, mensibus 8.		
	1	Innocentius à Romanis Anacleto antipapæ fauentibus penè destitutus in Galliam transit, & à Francorū rege summo honore receptus duo Cōcilia celebrauit: in quibus conuentione facta Lotharius in Italiā transiens illum Romam in pristinam dignitatem reduxit, cuius beneficij merito coronam imperij in eadem urbe suscepit.	3	1130
6330	2	Hierosolymitarum IIII, regnauit Fulco superioris Balduini gener annis 11.	4	1131
	3	Francis regnat Ludouicus præcedentis Ludouici filius annis 48.	5	1132
	4	Aegyptij sub uarijs ducibus Christianos Hierusalem tenentes infestant, & pluribus in locis per eorum urbes irrumpunt: Quapropter redintegratur bellum, in quo nostri nonnullas urbes ceperunt, & aliquas	6	1133
	5	sibi tributarias fecerunt.	7	1134
	6	Diuturnus & æstuans calor in Gallia tantam siccitatem dedit, ut pluribus in locis	8	1135

Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
	7	terra fomiti immixta maximo populorũ	9	1136
	8	terrore flammas emitteret.	10	1137
	9	Lotharius iter faciens in patriam Veronæ	11	1138
		moritur.	CONRADVS	
			III, Imperatorum	
			XX, annis 14.	
	10	Ascalona maritima Iudææ urbs à Chri-	1	1139
	11	stianis capitur.	2	1140
6340	12		3	1141
	13	Fulco Hierosolymitanorũ rex dum lepo-	4	1142
		rem insequitur casu equi corruit, cui succe		
		dit ex nostris rex V Balduinus III, eius-		
	14	dem Fulconis filius, annis 24.	5	1143
		Pont. CLXXII CELESTINVS II,		
		mensibus 5, diebus 14.		
		Pont. CLXXIII LVCIVS II, men		
		sibus 11, diebus 4.		
	1	Mesopotamiæ populi ad Christi fidẽ ma-	6	1144
		iori suorũ hominũ numero conuertuntur.		
		Pont. CLXXIIII EVGENIVS III,		
	1	annis 8, mensibus 7, diebus 20.	7	1145
	2		8	1146
	3	Ludouicus Galliæ rex Conradũ Imperato	9	1147
		rem mouit, & ingenti multitudine ad expu		
		gnationẽ sacratissimæ terræ in Christianorũ		
		subsidiũ, quia sedulo ibi defecerũt, trãsiere:		
		Verũ cum per Syriam temere uaderent, fa		
		me oppressi eodem anno domum rediere.		
		Veneti subsidiariã quoq; classem in Chri-		
	4	stianorum fauorem misere.	10	1148
	5	Rogerius Apuliæ & Siciliæ rex in Africã	11	1149
		transiens plures urbes capit, & earum re-		
	6	gem sibi tributarium facit.	12	1150
6350	7	Balduinus Hierosolymitarum rex Aegy-	13	1151
	8	ptios atq; Babylonios superat, supra quin-	14	1152
		que eorum milibus interfectis.	FRIDERI	
			cus I, Imperatorũ	
			XXI, annis 37.	
	9	Alphonsus Hispaniæ rex ab expugnatio-	1	1153
		ne sanctissimæ terræ rediẽs moritur, cui suc		
		cessit Sanctius eius filius maior, & illi non		
		multo post Ferdinandus frater, qui in Ara		
		bia pro Christi nomine bellando interijt,		

& successit

Anni mūdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
		& succeſſit ei Alphonſius eius filius.		
		Pont. CLXXV ANASTASIVS IIII, an: 1, menſ: 5.		
	1	Rogerio Siciliæ regi ſuccedit Guilielmus.	2	1154
		Pont. CLXXVI HADRIANVS IIII, an: 4, menſ: 10.		
	1	Fridericus Imperator Romæ ab Hadriano co	3	1155
		ronatur.		
	2	Spoletum à Friderico penè deſolatum.	4	1156
	3	Crucis figura in Luna publice eſt uiſa.	5	1157
	4		6	1158
	5	Richardus monachus præſtabilis doctrinæ ho	7	1159
		mo, & ſine ulla dubitatione acutiſſimus diſpu		
		tator Pariſijs clarus habetur.		
		Pont. CLXXVII ALEXANDER III, an: 22.		
	1	Alexander ſtatim poſt aſſumptionē ſui à Fri	8	1160
		derico perſecutus refugit ad Francos, quā ob		
		cauſam Fridericus contra ipſum quatuor crea		
		uit falſos Pontifices, Victorem ſcilicet primo,		
		mox Paſchalē, deinde Calliſtū & Innocentiū:		
		Qui omnes bellō, quod auxiliātibus Frācorū		
		atq; Anglorū regibus in fauorē ueri Pontificis		
		geſtum eſt, ſuperati unà cum Imperatore quieuerunt.		
6360	2	Alexandria inter Alpium radices urbemq; Ti	9	1161
		cinum ſupra Tanarū amnem contra Ticinien		
		ſes imperatori fauentes ædificata eſt, & ab Ale		
		xandro Pontifice nominata.		
	3	Mediolanū à Friderico captū magna ex parte	10	1162
	4	ſubuertitur, poſtq; illud ſeptē annos obſederat.	11	1163
	5	Ludouicus Galliæ rex ſexagenarius & ſine li	12	1164
		beris, præcepit uniuerſis ſui regni populis & re		
		ligioſis uiris orare deum, ut ſibi filiū concede		
		ret, & ſequenti anno filius ei natus eſt, quem		
	6	Philippum nominauit.	13	1165
	7	Hieroſolymitanorū VI regnauit Amaricus	14	1166
		Balduini frater annis 12, & primo ſui regni an		
		no Dargontem Aegyptiorū ducem in prælio		
		diuinitus ſuperauit.		
	8	Romam Friderico obſidente eius exercitus à	15	1167
		peſtilentia penè deletur		
	9	Corpora triū Magorū olim è Perſarū regione	16	1168
		Mediolanū translata, à Rodolpho Colonien		
		ſium Archiepiſcopo Coloniam Agrippinā deportantur.		
	10	Tres ſoles ſimul uiſi ſunt in Occidente Nonis		1169
		Septembris, & poſt duas horas deficientibus		

Corpa trium magorum Coloniæ deportata

Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Annĩ salutis.
		cæteris qui medius fuerat solus occidit. Similiq;		
	11	modo annis proximis tres Lunæ apparuerũt.	18	1170
6370	12	Terræmotus circa hoc tempus pluribus annis	19	1171
		nõnullas prouincias quassarunt, & præcipue		
		Syriã atq; Siciliã, in quibus plurimæ urbes diu		
		nutarunt, & quædã maxima strage populi corruerunt.		
	13	Petrus Lombardus Parisiensis Episcopus,	20	1172
		qui Sententiarũ libros edidit, clarus habetur.		
	14	Saladinus Calypham Aegyptium Dominũ	21	1173
		suum interemit, & suo regno potitur.		
	15	Florentini Senenses ad Asclanum superant.	22	1174
	16		23	1175
	17	Florentia urbs duobus incendijs magna ex	24	1176
		parte concrematur.		
	18	Alexander Pontifex timens imperatorias ui-	25	1177
		res Venetias refugit. Quapropter Imperator		
		armauit contra Venetos classem, cui præfecit		
		Othonem filiũ suum, & ad reposcẽdũ Pontifi		
		cem misit: Verũ Otho primo concursu nauali		
		prælio superatus & captus Venetias adducit.		
	19	Othone captiuo imperatoris filio procurante	26	1178
		sublatũ schisma est, & inter Imperatorẽ & Pon		
		tificem icta pax summo honore Venetũ, qui-		
		bus ad futuram rei memoriam Pontifex quæ-		
		dam insignia perpetuo ferenda donauit.		
		Hierosolymitanorũ VII Balduinus IIII, re-		
		gnat annis 6, & fuit Amarici superioris regis filius.		
	20	Francis regnat Philippus Ludouici filius an-	27	1179
	21	nis 44.	28	1180
6380	22	Balduinus Hierosolymitanorũ rex Saladinum	29	1181
		Aegyptiorũ regem, non longe ab Ascalona		
		superauit & in fugam uertit.		
		Pont. CLXXVIII Lucius III, Tuscus an: 4, mens: 2.		
	1	Petrus Comestor, qui Scholasticam scripsit	30	1182
	2	historiam, floret.	31	1183
	3	Balduinus lepra infectus uxorem non duxit,	32	1184
		quare cum finẽ uitæ suæ intellexisset, Sibyllæ		
		sororis suæ filiũ puerũ, Balduinũ & ipsum no-		
		mine, post sui mortẽ sub tutela Tripolitani Co		
		mitis regnare iussit: Mortuo igitur seniore Bal		
		duino, & non multo post iuniore uiã uniuersæ		
		carnis ingresso, Sibylla eius mater quæ ad secun		
		das transierat nuptias, Guidonem uirum suũ		

regnare

Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
		regnare procurauit. Guidone igitur regnum		
		adepto, inter eum Tripolitanumq; Comitem		
		pernicioſa exorĩ diſſenſio, in quã Comes Sa-		
		ladino adhærens maximũ detrimentũ noſtris cõparauit.		
	4	Fridericus omnes Hetruriæ ciuitates agraria	33	1185
		ditione priuat præter Piſtorium.		
		Pont. CLXXIX VRBANVS III, Langobardus, an: 2.		
	1	Ioachim Abbas uir prophetico ſpiritu plenus,	34	1186
		& in ſcientia ſacrarũ literarũ doctus in Calabria floret.		
	2	Saladinus per noſtrorum diſcordias uires ade-	35	1187
		ptus, poſt maximam Chriſtianorũ ſtragem tan		
		dem hoc anno Hieroſolymã recepit, quã urbẽ		
		poſt Godefridum Chriſtiani reges per octo &		
		octoginta annos nobilitatis gloria poſſederãt.		
		Pont. CLXXX GREGORIVS VIII,		
		Beneuentanus, menſibus 2.		
		Pont. CLXXXI CLEMENS III, Roma-		
		nus, annis 3, menſibus 5, diebus 16.		
	1	Fridericus Imperator, & Philippus Francorũ	36	1188
		rex, & Richardus quoq; rex Anglicus unà cũ		
		Clemente Pontifice in ſubſidiũ atq; recupera		
		tionem ſacratiſſimæ terræ cõuenere, & hoc eo-		
		dem anno exercitum nauibus præmiſere.		
		Florentinis ad decimũ lapidem eſt reſtituta poteſtas.		
	2	Fridericus cum iam Syriam teneret, & quæ in	37	1189
		Chriſtianorum ſubſidium oportuna uideban		
		tur præpararet, dum in flumine lauaretur, clau	HENRI	
		ſis uitæ meatibus ſuffocatur.	cus VI, Impera	
			torũ XXII, an: 10.	
	3		1	1190
6390	4	Philippus Francorũ rex Brunduſio mouens	2	1191
		in Syriam exercitũ traducit, & cum Richardo		
		Anglorũ rege caſtra coniungit, ſimulq; contra		
		Saladinũ proſpere bellum gerunt: mox diſcor		
		dantibus noſtrorũ regibus Philippus in Gal-		
		liam eſt reuerſus: Richardus nihilominus præ		
		ſenti animo bellũ ſtrenuæ proſequitur, anno		
		uero ſequenti & ipſe quoq; domũ reuertitur.		
		Pont. CLXXXII CELESTINVS III, an: 6, menſ: 8.		
	1	Celeſtinus XVI Calendas Maias ſua Ponti	3	1192
		ficali coronatione in Paſchali ſolennitate cele		
		brata, poſtridie Henricum Romæ coronauit.		
	2	Solis facta defectio.	4	1193

Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
	3	Saladinus post longã persecutionẽ ac nostrorũ cædes apud Damascũ obijt, & eius filij regnũ inter se diuiserunt. Quapropter Saphandinus Saladini frater grauatus, eò quod nullã regni partẽ sibi Saladinus reliquisset, eiusdem filios regno pepulit, & ipse solus in futurũ regnat.	5	1194
	4	Henricus Imperator Siciliam obtinet.	6	1195
	5	Florentini Cõsulem elegerũt, qui ius diceret, & cum publica potestate rempublicam gubernaret. Quod per singulos annos usq; ad Fridrici secundi mortem obseruatum est.	7	1196
	6	Exorta tempestatis ui, lapides cum pluuia aqua è cœlo ceciderunt.	8	1197
	7	Henricus subsidiarium Christianis exercitum in Syriam mittit, qui proximo deinde anno mortuo Romanorũ Henrico reuertit: Quapropter Christiani qui in Syria remanserant destituti, id reliquũ dominij quod in ea prouincia possidebant penitus amisere.	9	1198
		Põt. CLXXXIII INNOCENTIVS III,		
D		Campanus, annis 17.		
	1	Richardus Angliæ rex telo catapultæ percussus obijt, cui successit Ioannes eius frater.	10	1199
			PHILIPpus Henrici frater, Imperatorũ	
		Discordia fuit de Impatore deligẽdo, Othone Saxoniæ duce à qbusdã electo, & ab Innocẽtio cõfirmato: Verũtamen in Germania Philippus obtinuit.	XXIII, an. 9.	
	2	Galli Venetis iuncti Constantinopolin capiũt, & Alexiũ Isautijs Cõstantinopolitani quondam Imperatoris filium Imperatorem faciunt, quo mox in Græcia interfecto imperium inijt Balduinus Gallus, quo procurante Orientalis	1	1200
6400	3	& Romanæ ecclesiæ unio confirmatur.	2	1201
	4	Tartari cum uxoribus & filijs ab Indiæ montibus egressi, per uicinas prouincias prædas agũt, quibus assueti Parthos deinde petunt, & pari terrore Mediam, Assyriã, Persiã, Armeniãq; & Sarmatas non longo tempore peruadentes, circa Mæotidis paludis littora sedes demum firmant.	3	1202
	5	Per hæc tẽpora Innocentius Decretales com	4	1203
	6	posuit atq; sanciuit & obseruari iussit.	5	1204
	7		6	1205

Post

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
	8	Post Balduinum Constantinopolitanũ impe	7	1206
		rium tenuit Henricus eius frater annis 11.		
		Franciscus ordinis Minorũ princeps, terrena		
		despiciens secutus est Christum.		
		Dominicus, Calagura Hispaniæ pago natus,		
		& ordinis Prædicatorum institutor & pater,		
	9	clarus habetur.	8	1207
	10	Veneti Cretam & Corinthum capiunt.	9	1208
		Philippus Imperator à Palatino Comite in	OTHO	
		terficitur.	IIII Imperato	
			rũ XXIIII an: 3	
	11	Otho Romæ ab Innocentio coronatus statim	1	1209
		cum Romanis pugnans urbe pellitur, & con		
		tra Pontificis uoluntatẽ plura oppida in Apu		
		lia capit: Siciliam quoq; suæ ditioni adducit:		
		Quapropter eodem anno habito Romæ Con		
	12	cilio imperio deponitur.	2	1210
6410	13	Propter dissensionẽ deligendi Imperatoris Ita	3	1211
		li neq; præcedentẽ Philippũ, neq; proximum		
B		Othonẽ ad imperiũ admittunt, præter id tantũ		
		temporis quod inter coronationẽ & depositi		
		onẽ Othonis interfuit: per reliquũ uero eorun	FRIDE	
		dẽ Imperatorũ tẽpus uacasse imperiũ scribunt.	ricus II Impato	
			rũ XXV an: 33.	
	14		1	1212
	15		2	1213
	16	Philippus Galliæ rex Ioannẽ Anglorũ regem,	3	1214
		& Othonẽ quondam Imperatorẽ apud Belgas		
		superat.		
	17	Synodus Lateranẽsis Hierosolymæ recuperan	4	1215
		dæ gratia celebratur Episcoporum CXXX, in		
		qua libri quidã Abbatis Ioachim reprobãtur.		
		Pont. CLXXXIIII HONORIVS III, Ro		
		manus, annis 10, mensibus 2.		
	1	Honorius Petrũ Altisiodorẽsem Comitẽ Con	5	1216
		stãtinopolitanũ Impatorẽ coronauit, quẽ The		
		odorus in seruitutẽ redigẽs usurpauit imperiũ.		
		Honorius ordinem Prædicatorum confirma		
		uit, beato Dominico procurante.		
	2	Plericq; Christianorũ Principes pro Christiana	6	1217
		religione contra Saracenos nauigantes, iuxta		
		Achon magno exercitu conuenere.		
	3	Damiata à nostris capta, pro recuperatione no	7	1218

X 4 bilium

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Annũ salutis.
		bilium captiuorum ſequenti anno redditur.		
	4	Fridericus ab Honorio Romæ unctus imperia	8	1219
		les titulos recepit, & nihilominus eccleſiaſtica		
		ſibi uſurpans iura Honoriũ perſequitur, & ma		
		ximæ inter eos uigent diſcordiæ.		
	5	Dominicus ordinis Prædicatorũ primus, uita	9	1220
6420	6	& ſciẽtia per omnia clarus moritur Nonis Au	10	1221
	7	guſti.	11	1222
	8	Philippus Galliæ rex moritur, cui ſuccedit Lu	12	1223
		douicus eius filius annis 4.		
		Honorius religionẽ beati Franciſci III Ca		
		lendas Decembres confirmauit.		
	9	Ieſus Chriſtus dei filius dilecto ſuo Franciſco	13	1224
		uiro beato per obumbrationẽ apparens, in me		
		moriã dominicæ paſſionis ſui ſacratiſſimi cor		
		poris ſtigmata, cõſimilibuſq; pandẽtibus mem		
	10	bris in beati Franciſci corpus impreſſit.	14	1225
	11	Franciſcus ordinis Minorũ princeps, Chriſti	15	1226
		ſtigmatibus inſignitus, & miraculis clarus mo		
		ritur IIII Nonas Octobres, & biennio poſt		
		in catalogũ ſanctorum à Gregorio refertur.		
		Põt, CLXXXV GREGORIVS IX, an: 14, men: 3.		
	1	Ludouicus Francorum rex moritur, & ſucce	16	1227
		dit ei Ludouicus eius filius, annum agens 14,		
	2	regnauitq; annis 43.	17	1228
	3	Fridericus aduerſus Gregorium inimicitias	18	1229
	4	proſequitur	19	1230
6430	5	Antonio beati Frãciſci diſcipulo Patauij moritur.	20	1231
	6	Fridericus Henricum filium propter ſuſpicio	21	1232
	7	nem affectati regni carcere macerauit.	22	1233
	8	Fridericus in Syriã tranſiens cũ maximo Ae	23	1234
		gypti principe, quẽ Soldanũ nominant, cõuen		
		tiones fecit, in quibus plura conſenſit Chriſtia		
		nis indecora, poſtq; conſentiente Soldano Hie		
		ruſalem ingreſſus in ea urbe coronatur.		
		Fridericus in Italiam elephantem duxit.		
	9	Fames in Gallia, in qua ſextarium uendebatur	24	1235
		auri dragmis duobus.		
	10	Accurſius Florentinus nobilis famæ iuris con	25	1236
		ſultus floret.		
	11	Fridericus Mediolanũ ferè depopulatus eſt,	26	1237
		& per Ciſalpinam Galliam omnia ferè poſſe		
	12	dit, præter Bononiam & Parmam.	27	1238

Sarmatæ

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
	13	Sarmatæ prædarũ auidi per Asiam debachant.	28	1239
		Solis facta defectio.		⊙
	14	Veneti Ioanni Constantinopolitano Impera-	29	1240
		tori pecuniã mutuãtes, partem maximã domi-		
		nicæ crucis pignoris loco acceperũt, quã Ludo		
		uicus Francorũ rex redimens Parisiũ trãstulit.		
		Pont. CLXXXVI CELESTINVS IIII, dies 17.		
		Post quẽ uacauit sedes anno 1, mensibus 9.		
6440	1	In Burgundia mons à mõte dehiscens, uallesq;	30	1241
		coartans multa agricolarũ hominũ milia oppressit.		
	2	Sarmatæ ingenti multitudine eorũ fines egressi,	31	1242
		cædibus primo ac rapinis Græciæ prouincias		
		inuasere, mox inde per Pannoniã deprædantes		
		in Germanos quasi sæua nimborũ procella fe		
		runt, & multis ac maximis cladibus illas prouincias afficiũt.		
		Pont. CLXXXVII INNOCENTIVS IIII,		
	1	annis 11, mensibus 3.	32	1243
	2	Fridericus diu Pontifices persecutus, cũ maxi-	33	1244
		mis calamitatibus Romanã sedẽ affecisset, tan		
		dem hoc anno ab Innocentio in Lugdunensi		
B		Concilio damnatus est, & imperatoria ac re-		
		gia potestate depositus.		
		Post depositionẽ Friderici uacauit imperium		
	3	annis 28.	1	1245
	4	Memelinus potentissimus Afrorum rex Hi-	2	1246
		spaniã ingressus Christianos persequit: Qua-		
		propter Galli Hispanis iuncti illũ superant, ob		
		cuius uictoriæ gloriã eius uexillũ Romã mit-		
		tunt, & in ecclesia sancti Petri suspendunt.		
	5	Ludouicus Francorũ rex copioso Christiano-	3	1247
		rũ exercitu, & cũ Roberto & Carolo fratribus		
	6	contra Saracenos in Syriam nauigat.	4	1248
	7	Ludouicus Damiatã capit, & uarijs inde præ-	5	1249
		lijs cũ Saracenis habitis tandẽ supatur & capit:		
		pro cuius recuperatione Damiata redditur.		
		Margarita regina capto Ludouico uiro suo fili-		
		um apud Damiatã peperit, quẽ Tristanũ nominauit.		
	8	Fridericus nõ effrenis modo ira, uerũ rabie &	6	1250
		crudelitate immanis cõtra fautores Põtificis in		
		fense gerẽs bellũ, postq; p Italiã, & præcipue in		
		Hetruria semina maximarũ discordiarũ immi		
		sit, sub graui censura Põtificis in Apulia apud		
		oppidũ Tarentinũ moritur, anno ætatis suæ 57.		

Post

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis
		Post Friderici mortem Florentini rempublicã reformantes XII Antianos creauere.		
6450	9	Conradus Friderici filius è Germania profe-	7	1251
	10	ctus Apuliæ regnum suscepit, & proximo de-	8	1252
		inde anno moritur, ueneno, uti creditur, extin		
		ctus, Manfredo fratre suo procurante.		
		Regis Alphonsi Era. *		
	11	Manfredus Friderici quõdam Imperatoris ex	9	1253
		concubina matre filius Siciliæ regnũ obtinuit.		
		Pontificalis sedes uacauit annis 2.		
	1	Florẽtini Pisanis pacem dedere, in qua portus	10	1254
		immunitatem, & ponderibus & mensuris uti		
		more Florentino Pisani consenserunt.		
	2	Genuenses Pisanis iuncti fœdere armata clas	11	1255
		se Venetias obsident, & illorum naues atq; lit-		
		tora deprædantur.		
		Pont. CLXXXVIII ALEXANDER IIII,		
		Campanus, annis 6, mensibus 6.		
	1	Hijs temporibus Principes Germaniæ de Im	12	1256
		peratore deligendo contendentes bifariam di-		
		uiduntur: in qua diuisione duos Imperatores		
		pluries elegerũt: quare neuter confirmatus in-		
		terregnum adhuc aliquot annis prorogatur.		
	2	Albertus magnus Parisijs insignis habetur.	13	1257
	3		14	1258
	4	Michaël Palæologus Græcorũ Imperator fre	15	1259
		tus Genuensium auxilio Constantinopolim,		
		quam nouem & quinquaginta annis occupa-		
		uerant Galli, recepit.		
	5	Manfredi regis copiæ sequẽtes Apostolicæ se-	16	1260
		dis fautores cũ Senensibus conuenere, & Flo-		
		rentinos, partes Romani Põtificis defendẽtes,		
		iuxta flumen Arbiã miserabiliter superarunt.		
		Mirabilis peregrinatio populorũ, quæ à Perusi		
		nis incipiẽs nõ solũ Italiæ populos, uerum etiã		
		exteros adeo cõmouit, ut lõgis agminib9 cru		
		cẽ sequẽtes, ad cõuicinas ciuitates misericordiã		
		conclamãtes & pacẽ supplices cõmearent.		
		Alexãder quosdã nouos libellos, religiosos de		
		eleemosynis uiuẽtes saluari nõ posse dicẽtes, penitus reprobauit.		
		Azolinus Veronensiũ tyrannus, & Albertus		
		eius frater postq; per Italiã, & præcipue apud		
		Insubres, & per Venetiã atq; Aemiliã crebras		

crudelitates

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
		crudelitates & prædas longo tempore exercue		
		rant, in mala senectute necantur.		
		Pannonij cum Bohemis de finibus cõtenden		
		tes atrox prælium cõmiserunt, in quo superati		
		Pannonij fugam arripiũt, in qua supra XIIII		
6460	6	eorum milia flumine submerguntur.	17	1261
		Pont. CLXXXIX VRBANVS IIII, Gal		
		licus, annis 3, mense 1, diebus 14.		
		Deinde uacauit sedes mensibus 5.		
	1	Bonauentura insignis theologus, & ordinis mi	18	1262
		norum generalis, ingenijq; gratia & autoritate		
		magna præditus, clarus habetur.		
	2	Vrbanus Siciliæ regnum, quod à Manfredo oc	19	1263
		cupatur, Carolo Ludouici regis Francorũ fra		
		tri concessit, eũq; in Italiã per legatos euocauit.		
	3	Stella quã cometen Græci uocant, insigni ma	20	1264
		gnitudine supra tres mẽses apparuit, & eadem		
		ipsa nocte qua Vrbanus obijt extincta est.		
	4	Bondogobar Soldanus Christianos Syriæ de	21	1265
		bellat.		
		Dantes Aligherius Florentiæ nascitur.		
		Pont. CXC CLEMENS IIII, an: 3, men: 9, diebus 21.		
		Manfredus non longe à Beneuento à copijs		
	1	Caroli superatus occiditur.	22	1266
	2	Bondogobar Armeniã hostili exercitu ingres	23	1267
		sus Christianos persequit, & eodẽ anno Antio		
		chiã cepit, & habitatoribus inanitã penè deleuit.		
	3	Carolus Cõradinũ Conradi filiũ, & Frederici	24	1268
		quondã Imperatoris nepotẽ in finibus Albani		
		agri superat, fugientẽq; capit, & securi pcutit.		
	4	Clemente Viterbij defuncto, propter discordiã	25	1269
		patrũ, q de successore nõ cõuenichãt, biẽnio uacauit sedes.		
		Pontificatus sedes uacauit annis duobus.		
	1	Ludouicus Frãcorũ rex augẽdæ Christianitatis	26	1270
		gratia magna cõparata classe Carthaginẽ na		
		uigans, primo aduẽtu cũ Saracenis, pspere dimi		
		cauit, donec morbo in exercitu prævalẽte unà		
		cũ Ioanne filio suo, & nõnullis regni sui proce		
		ribus Ludouicus interijt. Post cuius mortẽ Ca		
		rolus eius frater eãdẽ, puinciã suscipiẽs, subsidi		
		ariã legionẽ in Africã deportauit. Verũ cum ui		
		pestilẽtiæ coacti, psequi incepta nõ possent, qui		
		busdã tamẽ cõditionibus illis Saracenis impositis rediere.		

Ludouico

	Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
			Ludouico Francorum regi succedit Philippus		
	6470	2	eius filius annis 15.	27	1271
			Pont. CXCI GREGORIVS X, annis 4.		
		1	Gregorius post electionem sui è Syria euoca-	28	1272
			tus hoc anno reuertit, & Viterbij est inunctus.		
			Ayto Armeniæ rex moritur, cui succedit Lyuo	RODVL	
			nius eius filius, sub quo Aegyptij Armeniam	phus Imperato	
			deuastarunt.	rū XXVI an: 19.	
		2	Synodus Lugdunensis Hierosolymæ recupe-	1	1273
			randæ gratia celebrata est: in qua de processio-		
			ne spiritus sancti cum Romana ecclesia Græci		
			conuenere.		
		3	Thomas Aquinas ordinis Prædicatorum insi	2	1274
			gnis theologus, & uir suæ ætatis peracutus obijt.		
		4	Bondogobar Armeniam iterum infesto inua	3	1275
			dit exercitu, & eam gentem nefanda afficit		
			strage: postq; onustum præda exercitum cum		
			ducētis captiuorum hominum milibus in Ae-		
			gyptum reduxit.		
D			Pōt. CXCII INNOCENTIVS V, men: 6.		
			Vicecomites pulsis tyrannis ueterioribus Me-		
		1	diolanense dominium tenuere.	4	1276
			Pōt. CXCIII HADRIANVS V men: 1, diebus 19.		
			Post quē CXCIIII IOANNES XXI, mens: 8.		
			Quo defuncto uacauit sedes mensibus 6.		
		1	Rodulphus Impator Bohemiæ regē atroci præ	5	1277
			lio superatū capit, & ueluti cōemptū atq; dele		
			ctum mancipiū in uilissimis officijs seruire sibi		
			cōpellit, magnoq; dedecore afficit: post uero il-		
			lum in regnū restituit, & filiā suā uxorē illi dedit.		
			Maria Principis Antiochiæ filia, cui Hierosoly		
			mæ regnū debebatur, quod Hugo eius nepos		
			occupauerat, donauit id Carolo Siciliæ regi.		
			Pont. CXCV NICOLAVS III, an: 3, men: 9, dieb: 10.		
			Deinde uacauit sedes mensibus 5.		
		1	Bondogobar cōtra Assyrios bellans uulnerat,	6	1278
			& Damascū deportatus est, ubi post paucos di-		
		2	es migrauit è uita, & succedit ei Melechsaith.	7	1279
		3	Albertus magnus Ratisponensis quondam	8	1280
			Episcopus obijt.		
	6480	4	Sicilia à Carolo deficiens Petro Aragonensi	9	1281
			deditur.		
			Pont. CXCVI MARTINVS IIII, men: 2.		

Tartari

	Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
	1	Tartari Armenijs iuncti centũ milia Babylonũ		10	1282
		superant, & multis eorũ interfectis in fugam uertunt.			
		Priores artium Florẽtiæ creati, & publicis ædi-			
		bus primũ inclusi, nec aliud quicquã quàm de			
		republica cogitare iussi sunt, qui magistratus ad			
		nostrã usq; ætatem in ciuitate simul perdurat.			
	2	Martinus Petrũ Aragonensiũ regẽ grauissimis		11	1283
		damnat censuris, eò quod Caroli regna debellaret.			
	3	Genuenses iuxta Meloram nauali prælio Pi-		12	1284
		sanos superant, quo supra 17 sunt desyderati.			
		Carolus Apuliæ moritur, & succedit ei Caro-			
		lus eius filius annis 25.			
	4	Philippus Frãcorũ rex obijt, & succedit ei Phi		13	1285
		lippo eius filius cognominatus Pulcher an: 29.			
		Petrus Aragonensis ex accepto in prælio con			
		tra Gallos uulnere interijt.			
		Pont. CXCVII HONORIVS IIII, Roma-			
		nus, anno 1, diebus 11.			
		Et uacauit deinde sedes mensibus 10.			
B	1	Honorius pulso Guidone Feltrano Flami-		14	1286
		niam recepit.			
	2	Aragonenses Caroli regis classem in Neapoli		15	1287
		tano littore superant.			
		Pont. CXCVIII NICOLAVS IIII, Lãgobar			
	1	dus, annis 4, mense 1, diebus 8. (datur.		16	1288
	2	Tripolis ciuitas à Saracenis expugnata depræ-		17	1289
		Florentini maxima strage Aretinorũ Gebelli-			
		nos in Cassentinati agro superant, & munitis-			
		sima eorum oppida capiunt.			
		Carolus Caroli secundi regis Apuliæ primo-			
		genitus filius, ex hæreditate materna Hunga-			
	3	riæ regnum accepit.		18	1290
6490	4	Pluribus Christianorũ milibus in Syria à Sa-		19	1291
		racenis interfectis, reliqui omnes præ timore è			
		prouincia migrarunt.			
		Melechsaith Soldanus mortuus est, & succes sit			
		ei Seraph, qui Christianos etiam persequitur.		Vacauit	
		In fine huius anni obijt Nicolaus Pontifex.		Imperiũ anno 1.	
		Pontificalis sedes uacauit annis 2, mensibus			
	1	3, diebus 18.		1	1292
				ASTAVL	
				phus Imperatorũ	
				XXVII, an: 6.	

Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Annĩ salutis.
	2	Initium belli quod aliquot annis ingenti ſuo-	1	1293
	3	rum detrimento Anglí geſſere cum Gallis.	2	1294
		Pont. CXCIX CELESTINVS V, menſes 5.		
		Florentíni eccleſiam maximã ædificare cœpe		
		runt, quã quadrato ſculptoq; marmore eximie		
		ac magnificentiſſime conſtruxerunt.		
		Celeſtinus propriæ quieti atque ſaluti conſu-		
		lens ſe abdicauit Pontificatu, quinto ferè men		
		ſe poſtquã fuerat aſſumptus.		
		Pont. CC BONIFACIVS VIII, Campa-		
		nus, annis 8, menſibus 9, diebus 17.		
	1	Ludouicus Francorũ rex, qui augendæ Chri-	3	1295
		ſtianitatis gratia in Africa obijt, in beatorum		
		numero à Bonifacio deſcribitur.		
	2	Florentíni caſtella duo in ualle ſuperioris Arni	4	1296
		condiderunt, Francum ſcilicet & Ioannem.		
	3	Dinus Mugilanus utriuſque iuris eruditiſſi-	5	1297
		mus claret.		
	4	Genuenſes in Hadriatico mari Venetos ſupe	6	1298
		rant, & 70 eorũ naues captas Genuam deducunt.		
		Palatium Florentíni populi quod Priores in-		
		habitant ædificari eſt cœptum.		
		Albertus Rodolphi quondam Imperatoris fi		
		lius Aſtaulphum Imperatorem in prælio ſupe	ALBER	
		ratũ occidit, & decem annis imperiũ obtinuit.	tus Imperatorũ	
			XXVIII, an: 10.	
	5	Florentinæ urbis mœnia maiore ambitu, ſicuti	1	1299
		nunc extant, fundari ſunt cœpta.		
		Caſſanus Tartarorũ rex Saracenos ſuperat, &		
		ſepulchrum dominicum obtinet.		
		Bonifacius hæreſin eorũ qui ſe Fratricellos di-		
		cebant damnauit, & ubiq; perſecutus eſt.		
	6	Iubileus indicitur à Bonifacio Pontifice.	2	1300
		Celebrans adhuc Pontifex Iubileũ in publico		
		prælatorũ aſſeſſu cõcionatur, & recenſuit ſe eo		
		anno 12 legationes, quarũ Florentini extiterãt		
		principes, à diuerſis mundi principibus acce-		
		piſſe, & legatorũ inde nominibus atq; familijs		
		palàm exhibitis iniunxit: In gloriã igitur Flo-		
		rentini nominis affirmo in gubernatione orbis		
		terrarum Florentinos aliud elementũ fore.		
6500	7	Cometes in cœlo apparuit.	3	1301
	8	Dantes Audigerus agnoſcitur.	4	1302

Concitata

Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
		Concitata apud Belgas multitudine, opifices & infimæ conditionis homines à Francis defe cerũt, & domini prouinciæ facti ingentes regis Francorũ copias superant, & crudelissime interficiunt.		
	9	Philippo Francorũ rege procurante, & pecuni as conferente, Scarta Columnensis præparato satis magno armatorũ hominũ numero, Boni/ faciũ Pontificem Ananiæ cõsentiente populo capit, & custodiri iubet: quã Pontificis iniuriã tertia die Ananiensis populus ad conscientiam reuersus non tulit, sed illum per tumultũ libera uit, qui Romam profectus est, & nimio dolore grauatus post parũ in morbũ incidens interijt.	5	1303
		Pont. CCI BENEDICTVS XI, mẽsibus 9. Post quẽ uacauit sedes mensibus 11. (scitur.		
	1	Franciscus Petrarcha egregio poẽta futurus na Franci nauali primo, mox etiam terrestri prælio cum Belgis pugnantes, multis utriusq; partis interfectis milibus, non incruentã uictoriã ade pti sunt, & post reparatis continuo copijs, & ad dimicandũ animis erectis, cũ quisq; suũ euentũ formidaret, ad acceptã utrisq; gẽtibus pacẽ consenserũt.	6	1304
	2	Palæologus Constantinopolitanus Imperator moritur, & succedit ei Andronicus.	7	1305
		Angli Scotos subigunt, qui sequenti anno re/ gem sibi eligentes defecerunt.		
		Pont. CCII CLEMENS V, Vasco, annis 8, mensibus 10, diebus 15. (firmauit.		
	1	Clemẽs Aragonensiũ regẽ in Sardiniæ regẽ cõ Florentini & Lucenses unitis castris Pistoriũ capiunt.	8	1306
	2	Adoardus Anglorũ præstabilis famæ rex obijt, & suscipit regnum Adoardus eius filius.	9	1307
	3	Albertus Imperator cum Rhenum transisset, naui descendens, à nepote suo interficitur.	10 HENRI cus VII, Impe ratorũ XXIX, annis 5, mensibus 9.	1308
		Veneti Ferrariã occupant, & ideo à Clemente Pontifice interdicti sunt sacris, nec multo post bello superati illam amittunt.		
	4	Rhodus in Christianorũ potestatem deuenit.	1	1309
		Carolus II Apuliæ rex moritur, cui succedit Robertus eius filius annis 33.		
		Bolis perpetua ardens per cœlum dilabitur.		

Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Annũ salutis.
	5	Ioannes Henrici Imperatoris filius, regis Bo/	2	1310
		emiæ filiam uxorem accipit, & regno, cuius illa		
		fuerat hæres, potitur.		
		Henricus Italiã ingressus Mediolani coronat.		
6510	6	Concilium Viennense biennio celebratur.	3	1311
		Ludouicus Caroli secundi regis filius, & Tolo		
		sanus quondam Episcopus, inter sanctos Pon		
		tifice concedente refertur.		
	7	Henricus Romam ingressus contra decus im/	4	1312
		perij Laterani per contentionem coronatur, &		
		in Florentinos inde uersus ad Saluianam ædem		
		sub ipsis penè urbis mœnibus posuit castra.		
	8	Henricus Pisis nouis cõparatis copijs, & cum	5	1313
		Genuensibus Fridericoq; Siciliæ rege conuen		
		tionibus factis, contra Robertum Apuliæ regẽ		
		ire contendit, quo in itinere apud Bunconentũ		
		morbo superante correptus interijt.	Vacauit	
			Imperiũ an: 1.	
	9	De Imperatore deligendo contentio facta est,	1	1314
		in qua quidam Ludouicum, alij Fridericũ ele/		
		gere, quamobrẽ inter eos bellũ fuit, durauitq;		
		annos 8, quo tandem anno Ludouicus obti/		
		nuit, & solus regnauit annis 24.		
		Tres simul Lunæ in cœlo apparuerunt.		
		Fulgor quem Cometam dicunt tribus mensi/		
		bus emicuit.		
		Frãcis regnat Ludouicus Philippi filius an: 2.		
		Pontificalis sedes uacauit annis 2, mensibus	LVDOVI	
		3, diebus 17.	cus IIII, cogno	
		mento Bauerius, Imperatorũ XXX, an: 33.		
	1		1	1315
	2	Vgutio Fagiolanus Pisanorum Lucensiumq;	2	1316
		tyrannus, Pisis uadens Lucam ea die ambabus		
		illis urbibus excluditur.		
		Castrutius apud Lucenses ob illatam mortem		
		mortis reus, populari factione è medio iudicio		
		sublatus dominus ciuitatis efficitur.		
		In pago uallis superioris Arni nomine Terta/		
		nio monstrum natum est habens duos pue/		
		ros uno umbilico ad inuicem iunctos, cui ab		
		uno latere & genitalia erant membra, & bina		
		quoque pendebant inualida crura, ab altero		
		uero latere crus solum exibat imperfectum,		

uixitq;

Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
		uixitq; diebus 40.		
		Ludouico Francorũ rege mortuo, succedit ei		
		Ioannes eius filius puer diebus 20: post quẽ		
		Philippus Ludouici frater annis 15.		
		Pont. CCIII IOANNES XXII, annis 18,		
	1	mensibus 4.	3	1317
	2	Genuenses dominiũ ciuitatis Roberto Apu-	4	1318
	3	liæ regi concesserunt. (pium.	5	1319†
	4	Castrutiani belli aduersus Florentinos princi-	6 ‖	1320
6520	5	Dantes Audigherius Florentinus Poëta Ra-	7	1321
		uennæ in exilio moritur ætatis suæ anno 56.		
		Francis regnat Carolus præcedentis Philippi		
		frater annis 6.		
	6	Supra triginta Syrorum equitum milia Arme	8	1322
		niam deprædantes magnam Christianorũ mul		
		titudinem in seruitutem capiunt.		
		Scoti Anglos ad bellum commouerunt, qua-		
		propter Angli Scotiam temere ingressi, plusq;		
		uiginti hominũ milia inedia perdiderunt: Post		
		quã calamitatem Scoti iterum Angliam repe		
		tentes regias copias superarunt.		
	7	Thomas Aquinas à Ioanne Pontifice inter	9	1323
		sanctos relatus est.		
		Ioannes Pontifex constitutiones fecit cõtra		
		dicentes Christum & eius Apostolos nihil in		
		hoc mundo possedisse, id errorem censens &		
		tanquã hæreticũ damnans qui idem confirmaret.		
	8	Ioannes Pontifex Ludouicũ Bauariæ ducem	10	1324
		ad imperiũ iampridem delectum ecclesiæ com		
		munione interdixit, & uariis censuris publice		
		condemnauit.		
	9	Gentilis Fulginas, & Dinus Florentinus, præ-	11	1325
	10	stabilis sapientiæ medici in Italia habẽtur.	12	1326
	11	Ludouicus Romæ præter Pontificis uolunta	13	1327
		tem à Scarra Columnensi nulla solita solenni-		
		tate seruata coronatus, sua sententia Ioannem		
		Pontificem priuat, & Petrum Corbanensem		
		ordinis minorũ Pontificem facit, à quo iterũ		
		imponi sibi coronã iubet, & sibi inuicem falsi		
		suæ dignitatis autores fiunt.		
		Francis regnat Philippus trium præcedentiũ		
		regum patruelis frater annis 23.		
	12	Castrutius circa Pistorium undiq; uallo atq;	14	1328

Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Annĩ ſalutis.
		foſſis cinctus, paucioribus inſiſtẽs copijs intus		
		ſimul extracq; oppugnatus, tanta uirtute indu-		
		ſtriaq; prævaluit, ut in maximarũ hoſtium copi		
		arumq; oculis urbe illa mirabili fama potiretur.		
		Caſtrutius & Galeatius Vicecomes ex con-		
		tracto ob nimium laborem in Piſtorienſi obſi		
		dione morbo è uita migrarunt.		
		Petrus de Murone, qui quondã Põtifex Cele		
		ſtinus quintus dictus eſt, in catalogo ſanctorũ deſcribit.		
	13	Piſani, qui poſt Caſtrutij mortem in Ludouici	15	1329
		Impatoris poteſtatẽ deuenerãt, in libertatẽ ſe uendicarũt.		
		Gerardinus Spinula Genuenſis ſuis priuatis		
		pecunijs Lucam urbem emit.		
	14	Græci Teucros inuadentes ingens bellum exci	16	1330
		tarũt, quod proximis annis ſæpius renouatũ eſt.		
		Solis & Lunæ eodem anno facta defectio.		
		Piſani Petrũ Corbanenſem falſum Põtificem,		
		quẽ Imperator Ludouicus in Germaniã tran-		
		ſiens Piſis reliquerat, capiũt, & ad Ioannẽ Pon		
		tificem Auinione tunc degentẽ mittunt, apud		
D		quẽ ſuũ errorem cõfeſſus uitã ſuppliciter exora		
		uit, donec triennio poſt honeſto carcere aſſeruatus interijt.		
6530	15	Ioannes Bohemiæ rex Italiã ingreſſus, Brixiã,	17	1331
		Bergomũ, Lucam, Parmam, Rhegium, & Mu		
		tinam in ſuũ arbitrium poteſtatemq; accepit.		
	16	Genuenſes nauali prælio Aragonenſes ſupe-	18	1332
		rant, & eorũ littora cupidiſſime deprædantur.		
	17	Arnus cõtinuis imbribus immenſe auctus, tres	19	1333
		Florentiæ pontes cum murorum urbis parte, ac		
		proximis fluuio ædificijs, maximo ciuiũ terrore proſtrauit.		
	18	Marmorea turris ſingulari præſtantia ſplendi	20	1334
		diſſimi operis, ad reparatæ templum Florentiæ		
		fundari eſt cœpta.		
		Ioannes Pontifex, & Philippus Francorũ rex		
		unà cum Venetis in Græcorũ defenſionẽ claſ-		
		ſem armarunt, qua ſuperatos Turcas repreſſerunt.		
		Ioannes Pontifex ætatis ſuæ anno 90, pridie		
		Nonas Decembris Auinione moritur, relin-		
		quẽs in theſauris ſuis ingentem uim auri atq;		
		argenti, cuius recta computatio fuit aurearum		
		drachmarũ 25 milia, hoc eſt, millies 25 milia:		
		quod ſcripſiſſe arduũ quippe uidetur, nec legit		
		alijs temporibus eccleſia Romana fuiſſe locupletior.		

Pont.

A Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
		Pont. CCIIII BENEDICTVS XII, To		
	1	Ioſanus annis 7.	21	1335
	2	Prima Venetorum cum Florentino populo ſo	22	1336
		cietas facta eſt aduerſus Martinum Veronen/		
		ſem tyrannum.		
		Ioĕtus uir præclariſſimi in pictura ingenij, qui		
		antiquatã iam longo tempore pingendi artem		
		nobiliſſimã reddidit, defunctus eſt.		
	3	Cometes quatuor menſes apparuit, & anteq;	23	1337
		extinctus ſit emicuit alter menſibus duobus.		
	4	Romani à Florentinis populares quaſdã leges	24	1338
		per legatos popoſcerunt.		
	5	Cenſu Florentiæ agitato, inuenta ſunt hominũ	25	1339
		intra urbem degentium XC milia.		
		Decem Saracenorum milia ab Hiſpanis cæſa,		
		& totidem capta.		
	6	Cometes in cœlo eſt uiſus.	26	1340
		Frãci ab Anglis ſuperati X eorũ milia periere.		
		Peſtis Florentiæ XVI milia urbanæ multitudi		
B		nis extinxit, & per agrũ fœda ſtrage deſæuit.		
6540	7	Luca à Florentinis empta atque recepta, nono	27	1341
		ferè menſe à Piſanis aufertur.		
		Pont. CCV CLEMENS VI, Lemonicenſis, an: 12.		
	1	Gualterius Gallus falſis titulis Athenarũ dux,	28	1342
		Florentiæ tyrannidem decẽ menſes obtinuit.		
		Robertus Apuliæ rex nullo ſibi ſuperſtite filio		
		moritur, & Andræã Caroli fratris ſui atq; Hun		
		gariæ regis nepotẽ, cui Ioannẽ neptẽ uxorẽ de/		
	2	derat, poſt ſe regnare iubet, q regnauit annis 3.	29	1343
	3	Chriſtiani magna claſſe in Turcas uecti Smyr	30	1344
		næum oppidum obtinuerunt, & magna dein/		
		de utriuſq; gentis clade ſæpius pugnarunt.		
	4	Andræas Apuliæ rex laqueo necatus eſt, con	31	1345
		ſentientibus agnatis eius regno inhiantibus,		
		poſt quẽ ſeptem annos ſub uaria Principum		
		contentione id regnum in armis fuit.		
	5	Fames ingens per uniuerſam Italiam, in qua	32	1346
		mendicantiũ turbæ uel inhumano quoq; cibo		
		uix ſuſtentatæ fuiſſe traduntur.		
	6	Adoardus Anglorum rex Philippum Franco	33	1347
		rum regem ſuperat: quo prælio ſupra uiginti	CARO/	
		hominum milia periere.	lus IIII Impe	
			ratorũ XXXI an: 32.	

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
	7	Ingẽs uapor magnitudine horribili boreali mo uens regione magno aſpicientiũ terrore per cœ lum dilabitur. Et quidam ſcribunt, hoc eodem anno quaſdam beſtiolas multiplicato numero in oriente è cœlo cecidiſſe: quarũ corruptio & fœtor peſtilentiam intulit.	1	1348
	8	Lugubris & miſeranda peſtis penè per orbem, quæ in Aſia apud Indos incipiẽs, paſſimq; pro uincias irrepens, trium annorũ ſpacio uſq; Bri tannos ubiq; terrarũ in omnes gentes deſæuit: Hic annus amplius LX hominum milia Flo rentiæ intra urbem aſſumpſit, & per agrũ cun cta propè deſerta dereliquit.	2	1349
	9	Philippus Francorum rex Viennenſium prin cipatum emit. Viliacum Germaniæ urbs terræmotu corruit, & per Pannoniã atq; Italiã nonnullæ ciuitates nutarunt, in quibus ædificia quædam funditus corruerũt.	3	1350
	10	Philippus Francorũ rex obijt, & Ioannes eius filius in regno ſucceſſit, poſt quem tres Caroli ab eo per ſucceſſionẽ nati uſq; in præſentẽ diẽ id regnum poſſident.	4	1351
6550	11	Piſtorium Florentini receperunt. Ioannes Vicecomes Mediolanenſiũ Præſul, & eiuſdẽ quoq; ciuitatis tyrannus in Florẽtinos bellũ mouet. Genuenſes & Veneti maritimis inter ſe prælijs iactantur, & adeo grauibus incenduntur odijs, ut qui pluries uicerint, pluries ipſi quoq; uince rentur. Quibus in contentionibus Creta, Eu boea, Tenedos, & aliæ quædam inſulæ, nec mi nus conuicina Venetijs littora, uel capta ſunt, uel penitus deprædata. Cometes ſub ipſo ſeptentrione menſe Decẽ bri apparuit: quo extincto graues uentorum æſtus ſubſecuti ſunt, & cœleſtis trabs priore ar dente parte per cœlum labi uiſa eſt.	5	1352
	12	Ludouicus Philippi Tarentini principis filius, poſtq; contra Ludouicũ Pannoniæ regẽ Apu liæ regnũ obtinuit, Clemẽtis Pontificis nomi ne Neapoli inunctus regiã poteſtatẽ accepit. Cœleſtis flãma poſt ſolis occaſum inter Zephy rũ atq; Auſtrũ latiſſime excreſcẽs, terribileq; o ſtentans incendiũ, tandẽ murmure magno per cœlũ ruit.	6	1353

Pont.

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
		Pont. CCVI INNOCENTIVS IX, Lemonicensis, annis 10.		
	1	Cœlestis quoq; flamma longũ post se trahens extinctũ limitẽ à Septentrione in Austrũ repente fertur.	7	1354
	2	Infinitus prope locustarũ numerus in Africa Cyprocq; apparuit, quæ herbarum simul & arborum teneras depascentes frondes magnam frugum sterilitatem fecere.	8	1355
		Solis facta defectio.		
		Ioannes Vicecomes Mediolanẽsium Præsul, & bellicosissimus tyrannus moritur.		
	3	Carolus Romæ solenni celebratione inunctus imperij coronam tranquillissime suscipit.	9	1356
		Marinus Falceianus Venetiarũ dux, cum usurpare sibi uniuersam reip: licentiã quæsiuisset, se curi percussus dignũ sua uita exitũ inuenit.		
		Bartholus de Saxoferrato, præstabilis ciuilium legum interpres, & copiosissimus explanator, obijt ætatis suæ anno 56.		
	4	Ludouicus Pannoniæ rex Venetis bellum mouet, in quo supra quadraginta armatorũ equitum milibus in Italiã ductis Taruisiũ obsidet.	10	1357
		Belgæ Germaniæ fines ingressi non longe à flumine Rheno centũ milia Brammazonũ superant, & principes eorum urbes capiunt.		
		In Hispania, & præcipue Sibyliæ & Cordubæ, plurima ædificia terræmotu conciderunt.		
		Anglí in Parisiẽsi agro Francos superãt, & Ioannem eorũ regẽ cum Philippo filio capiunt.		
	5		11	1358
	6	Hungariæ rex Venetis pacem petentibus perhumaniter assentiunt.	12	1359
	7	Adoardus Angliæ rex Ioannẽ Francorũ regẽ liberũ esse uoluit, & quibusdã conditionibus illum dimisit: quibus nõ obseruatis Adoardus ipse armatis supra CL nauibus ingentẽ exercitum in Galliã ducit, & magna clade illã prouinciã afficit.	13	1360
	8	Adoardus rex Parisium obsidet.	14	1361
6560	9	Pisani cõtra Florentinos bellũ resumpserunt.	15	1362
	10	Volaterrani in Florentinorũ potestatẽ redierũt.	16	1363
		Pont. CCVII VRBANVS V, annis 8.		
	1	Pisani in prælio capti ad spectaculum Florentini populi in quadraginta quatuor curribus per urbem deuehuntur.	17	1364
	2			

Carolus

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
	3	Carolus Imperator in Italiam reuertitur, & cũ Vrbano aliquibus rebus arcane compositis, trans alpes rediit.	19	1366
	4	Nicolaus Accialus eques Florentinus, & regni Apuliæ nobilissimus gubernator, Neapoli moritur, ætatis suæ anno 56.	20	1367
	5	Brigida deuotissima Christi mulier, & in regno Suetiæ Neritiæ princeps, Romam peregre profecta in Italia agnoscitur.	21	1368
	6		22	1369
	7	Leonardus Brunus historicus Aretij nascitur.	23	1370
	8	Carolus Imperator iam ætate grauis propriæ cõsulens quieti, Vincislaũ filiũ suũ natu grandiorẽ Cæsarẽ facit, & successorẽ sibi in imperio deligit.	24	1371
		Pont. CCVIII GREGORIVS XI annis 7,		
	1	mensibus 5.	25	1372
	2	Paulus Geometra Florentiæ habetur insignis.	26	1373
	3		27	1374
	4	Franciscus Petrarcha, egregij nominis poëta in Patauini agri pago, qui Aquarda dicit, obijt.	28	1375
	5	Principiũ belli, quod Florentini gessere cum Gregorio Pontifice.	29	1376
	6	Ioannes Bocatius, uir amœni ingenij, & latina patriaq; facundia in scribẽdo celebris, è uita migrauit, ætatis suæ anno 62.	30	1377
	7		31	1378
	8	Gregorius Pontifex intolerabili uesicæ dolore Romæ interijt circiter Calendas Apriles.	32	1379
		Pont. CCIX VRBANVS VI, an: 11, men: 8.		
		Vrbanus natura inquietus, & inhumanus in patres, sex simul Cardinales Luceriæ in carcere recluſit, & non multo post necari iussit.		
		Patres dolẽtes Pontificẽ cõtumacẽ delegisse abeo recessere, & Fundis conuẽtu facto Clementẽ elegere: sicq; duobus assumptis Põtificibus diuisa est Ro: ecclesia, & principiũ habuit schisma quod per nouẽ & triginta durauit annos usq; ad Martinũ V, Cõstantiæ sublata diuisione delectũ.		
		Infima & mercenaria plebs per discordias maiorũ ciuiũ Florẽtiæ subleuata, honores ciuitatis sibi cõcedi postulauit, qbus seditiõibus ciuitas uarie quassata maximuũ detrimentũ suscepit.		
		Carolus Imperator humana functus uita decessit.		
		Vincislaus cum iam regnasset cum Carolo patre annis octo, regnauit solus annis 22.		

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
			VINCIS laus Imperatorũ XXXII an: 22.	
	1		1	1380
	2		2	1381
6580	3	Carolus regio Francorũ genere natus, & ab Vrbano Pontifice ex Hungaria euocatus, Ludouicíq; Hungariæ regis copijs adiutus, in Italiã uenit, regnũ Apuliæ obtinuit, & Ioannã reginã Clementi Pontifici inhærentẽ interfici procurauit.	3	1382
	4	Ludouicus Andegauiæ dux, & Francorũ regis frater LV fermè Gallorũ equitũ milia in Italiã ducit, & Apuliæ regnũ contra Carolũ biennio debellat: quo demũ anno peroportune Carolũ interemit. Ludouicus Hungariæ rex sine uirili prole è uita migrauit.	4	1383
	5	Pestilentia Florentinos afflixit.	5	1384
	6	Arrhetiũ in Florẽtini populi potestatẽ deuenit.	6	1385
	7	Galeatius Vicecomes Mediolanẽsis Bernabouem Vicecomitẽ patruum socerumq; suum captum occidit, & eius potitus regno in citeriori Gallia potentissimus euadit. Hungariæ proceres gubernationẽ reginæ æquo animo non ferẽtes, Carolũ Apuliæ regẽ euocarũt, qui in Hungariã profectus cõmuni principũ populorũq; fauore regiã coronã accepit, & proximis inde diebus reginæ dolo est interfectus. Ladislaus prædicti Caroli filius in Apuliæ regnum successit, annis 29.	7	1386
	8	Sigismũdus, qui postea imperauit Hungariæ, regnum susceptt.	8	1387
	9		9	1388
	10	Templũ maius Mediolani beatæ Mariæ indicibili prope tum impensa, tum artis elegantia solido marmore cõstrui cœptũ, præter Constantinopolitanũ diuæ Sophiæ dicatũ, inter Christianorũ templa primatum tenere creditur. Confienses per Sindices suos ducali Venetorũ dominio se libere tradiderunt.	10	1389
	11	Iacobus Auermenæ dux exercitus Venetorũ Comitisq; Virtutũ à Francisco de Carraria Paduã, Teruisium ac Cenetã bello obtinuit, Paduamq; Comiti Virtutũ, Teruisium & Cenetam Venetis assignau.t.	11	1390

Pont.

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
		Pont. CCX BONIFACIVS IX, annis 14, mensibus 9.		
	1	Hoc anno in schismate eligit Benedictus XIII, qui post Clementē Pontificatū tenuit annis 19. Principiū belli quod Galeatius Mediolanensis duodecim annis cum Florentinis gessit. Stephanus Bauariæ dux è Germania à Florentinis conductus in Italiam contra Mediolanensem magno exercitu uenit, & nihil memorabile gerens in suam regionem reuertitur.	12	1391
6590	2	Iacobus Armeniaci Comes acceptis Florentinorum stipendijs, ut Mediolanensi inferret bellum, ex ulteriore Gallia ingentē exercitū in citeriorē Galliam traducit: in qua prouincia secus Alexandriam statim profligatus interijt.	13	1392
	3	Decies centena & ducenta sexaginta sex aurei nummi milia per sex tantū huius anni menses in Mediolanēsi bello à Florentino populo expensa sunt, atq; integre persoluta.	14	1393
	4	Iacobus Apianensis publicus Pisanorum scriba, qui multos annos secretissima quæq; in ea urbe tractauerat, Petrum Ganbacurtā ciuitatis Principē interfecit, & dominiū sibi ciuitatis arripuit.	15	1394
	5	Ioannes Acutus eques Britannicus dux ætatis suæ cautissimus, & longa militia magnā rei militaris gloriā assecutus, Florentiæ diem obijt.	16	1395
	6	Italici generis homines circa hoc tēpus arma resumpserunt, & pro soluentibus stipendia bella gerere cœperunt, cum superioribus temporibus per conductos externarū nationum equites bellare consueuissent.	17	1396
	7		18	1397
	8	Nicolaus eximij nominis medicus habetur doctissimus.	19	1398
	9	Chrysoloras Byzantius disciplinā Græcarū literarū in Italiā retulit, quæ per septingētos iam annos apud nostros hoīes in usu nō habebaī.	20	1399
	10	Mirabilis dealbatorū peregrinatio, quæ ab Alpibus in Cisalpinā Galliā progrediens usq; ad extremas Italiæ oras uniuersos ubiq; populos apprehēdit, durauitq; ferè tres menses, in quibus per longa populorū agmina uestibus induta albis supplici deuotione & feruore ad uicinas ciuitates procedebāt, & uniuersi misericordiam	21	1400

Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
		diam conclamabant & pacẽ, tantaq; tenuit animos religio, ut ſimili ueſte non conſpicierentur deo rebelles, & ab humana conuerſatione ſeparandi eſſe cenſerentur.		
	11	Florentiæ in uacua penè urbe, à qua ciues magno effugerant numero, ſupra triginta hominũ milia abſumpſit lues. Paulus Guinſius apud Lucenſes dominium ciuitatis arripuit. Vincislaus propter ſegnitiem atq; laſciuiam ab Electoribus eſt imperio depoſitus, unde quidã hoc anno uacaſſe imperium ſcribunt, licet Robertus ſtatim fuerit ad imperiũ electus, ſed non pariter ab omnibus & ubiq; receptus.	22	1401
			ROBERtus Bauerius Imperatorum XXXIII, anno. 10.	
6600	12	Robertus Imperator à Florẽtino populo grandem pecuniã accipiẽs contra Galeatiũ Mediolanenſiũ ducẽ maximo exercitu in Italiã tranſit, & nulla memorabili geſta re trans alpes reuertitur.	1	1402
	13	Cometes in cœlo eſt uiſus. Galeatius Mediolanenſium dux, continuans adhuc per ſuos duces in Florẽtinos bellũ, apud Malegnanũ Mediolanenſis agri oppidum moritur. Tamburlanus incredibilis potẽtiæ Imperator moritur: Fuerat apud Tartaros natus humili loco, & tantas uires adeptus, ut ſupra duodecies centena hominũ milia haberet in caſtris: Qua multitudine attritis bello Turcis, eorũ Imperatorem catenis uinctum aureis currui quo uehebatur quaſi triumphãs adiunxerat. Armenios præterea proſtrauit, ſubuerterat Perſas, deſtruxitq; Aegyptios, Damaſcũ penè deleuerat, & quocunq; eius tranſcẽderat nomen, ſola fama quaſi fuiſſet miſſus à deo peccatorũ ultor, terribilis imminebat.	2	1403
	14	Franci hȝs temporibus Genuam aliquot annos poſſederunt.	3	1404
	15	Paulus Cretenſis diſputator ſubtilis in Italia agnoſcitur.	4	1405
		Pont. CCXI INNOCENTIVS VII, annis 2.		
	1	Ladislaus Apuliæ rex per amicitiæ ſpeciẽ Romam ingreſſus Romanos concitauit, effecitq; ut ſumerent cõtra Pontificẽ arma, quibus in	5	1406

contentio/

Eo anno mortẽ post [illegible] Z
pax facta & mr Adolph Junioran dux Monty
et comes Paut [illegible] & una. ar archiepus Colonus fredericus
[illegible] et Cuntor Colonus & altera plebs

Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
		contẽtionibus undecim primarij ciues fautores		
		Põtificis intercepti necantur: Post quæ perterre		
		factus Põtifex cũ omni curialiũ turba Viterbiũ		
		cõmigrauit, & cõmoratus est ibi aliquot men-		
		ses, donec Romani pluribus legationibus illũ		
		reuocantes dominationẽ quoq; urbis eidem reddiderũt.		
	2	Pisæ bello & fame domitæ in potestatem Flo	6	1407
		rentini populi deuenerunt.		
		Pont. CCXII GREGORIVS XII, an: 2, mens: 7.		
	1	Gregorius pro unione Christianorum electus	7	1408
		obligauerat se ad Pontificatũ deponendum, si		
		Benedictus qui Pontificatũ alterum in Gallia		
		retinebat, se quoq; abdicaret. Cohortantes igi-		
		tur in principio sese ad abdicationem mutuam		
		offerẽtes, Saonam, in qua urbe conuenirẽt, ele		
		gerũt, sed in conueniendo se ad inuicẽ illuden		
		tes maxima Christianorum incusatione maio-		
		rem diuisionem concitarunt.		
	2	Ladislaus rex per absentiam Pontificis Ro-	8	1409
		mam occupauit.		
	3	Conciliũ ingens Pisis celebratur, in quo accu	9	1410
		sati de collusione Pontifices ambo priuantur,		
		& Alexander Cretensis ad Pontificatũ assumitur.		
		Põt. CCXIII ALEXANDER V, menses 11.		
		Alexander Ludouico Ludouici Andegauen		
		sis filio regni Apuliæ concessionem fecit.		
	1	Florentini à Ladislao rege Cortonã emerunt	10	1411
		urbem.	SIGISMVNDVS	
			Imperatorũ XXXIIII, an: 27.	
		Pont. CCXIIII IOANNES XXIII, an: 5, mensibus 10.		
6610	1	Ladislaus rex à ducibus Ioannis Pontificis in	1	1412
		regni finibus profligatus, totius, inquit, regni		
		potestatẽ hostis in manibus habet, si uti uictoria sciat.		
		Nicolaus medicus Florentiæ moritur, grande		
		relinquens opus quod de omni medicina ex		
	2	ueterioribus autoribus exquisitũ ediderat.	2	1413
	3	Ladislaus rex Romam iterũ occupauit, Ponti	3	1414
		fice cum uniuersa curia Florẽtiam cõmigrato.		
	4	Ladislaus rex Neapoli moritur, & succedit ei	4	1415
		Ioanna soror eius annis 21.		
		Leonardus Brunus Aristotelis Ethicorũ libros		
		per hæc tẽpora Latinos fecit, & decem & octo		
		annos post Polyticorũ quoq; libros transtulit.		

Concilium

Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
		Concilium Constantiæ celebrari cœptũ, quod		
		incredibili penè Principum Prælatorumq; fre		
		quentia tres annos durauit.		
	5	Ioannes Pontificatu se abdicauit.	5	1416
		Pontificalis uacauit sedes annis 2, mẽsibus 6.		
	1	Gregorius, qui ante Pisanũ Cõcilium fuerat	6	1417
		Pontifex, Constantiã misit, & se legitime abdicauit.		
		Benedictus quondam in Gallia Pontifex, se		
		Pontificem pertinaciter asseuerans, autoritate		
		Concilij rursus improbatus damnatur.		
		Philippus Scholarius eques Florẽtinus, apud		
		Sigismundũ Imperatorẽ honore & autoritate		
		primus habeẽ: Hic copiarũ dux atq; Imperator		
		ab Imperatore factus, uigínti amplius prælijs		
		uarijs tẽporibus Sarmatas & Turcas in Chri/		
		stianos Europæ ruentes superauit, & proprijs		
		quiescere sedibus compulit.		
	2	Lues ingens, in qua supra sedecim hominum	7	1418
		milia Florentiæ periere.		
		Põt. CCXVII MARTINVS V, Romanus, an: 13, men: 3.		
	1	Martinus in Italiam reuersus, biennio ferè Flo	8	1419
		rentiæ commoratur.		
	2	Sigismundus Imperator mortuo Vincislao	9	1420
	3	eius fratre, Boẽmiæ regnum obtinuit.	10	1421
6620	4	Valuæ, in quibus inenarrabili sculpti æris opere	11	1422
		noui testamẽti historiæ sunt, Florẽtiæ ad sacras		
		baptisterij ædes imponuntur, & aliæ in quibus		
		acta ueteris testamẽti solido itidem ære reuelaẽ		
		fabricari hoc anno sunt cœptæ: Vtrarumq; scul		
		ptor Laurentius fuit statuariæ quidem mirabi/		
		lis artifex, q̃ historias ueteres persimillimas in		
		illis effingens præstantissimũ illustrauit opus,		
		quod tamen nõ minori spatio quàm quinqua		
		ginta annorum tempore perfinit		
	5	Philippus Mediolanẽsiũ dux occupata Genua	12	1423
		urbe, magnũ exercitũ inter Forum Cornelij Li		
		uijq; cõtinebat, quapropter suscipiẽ aduersus		
		eũ à Florentino populo bellũ, qd̃ usq; ad obitũ		
		eiusdem ducis durauit annis scilicet 25: Infida		
		tamen nõnunquã & insidiarũ plena pace intercedente.		
		Aureus numus Florentiæ extensus, quia lucri		
		gratia quædam aliæ ciuitates illum extenden		
	6	tes suo signo figurabant.	13	1424

Anni mūdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Annō salutis.
	7	Bachius & Sforcia peritiſſimi rei militaris duces amici quondā in minoribus fuerāt, potētiores deinde per Italiā facti, & de prioratu cōtendentes inimici fiūt: Amici tamen inimiciūe res magnas memorabilesq; geſſere: tandē propter æmulationē ad dimicandū uehementer irritati, Sforcia in tranſitu Piſcariæ fluminis ſubmerſus periit: Bachius uero hoc eodem anno cū Aquilam urbē obſideret, à copijs Pontificis ſuperatus occidit.	14	1425
		Eodem anno VIII Calendas Martias ſole occidente Bonimus Mombritius Mediolani naſcit, cuius parētibus Franciſcus Camerinas Aſtronomiæ, pfeſſor inſpecta infantis geneſi, huiuſmodi prædixit: puer hic infelix erit, & numeris delectabit.		
		Memorabilis pugna, in qua magnæ equitū copiæ aduerſus Mediolanēſem exercitū à Florentinis miſſæ nō longe à Zaconara ſua ſtoliditate, pfligant.		
	8	Veneti unita cum Florētino populo ſocietate, aduerſum Mediolanenſem bellum ſuſcipiūt.	15	1427
	9	Brixia in Venetorū poteſtatem deuenit, cuius deinde arx ui & machinis uix eſt expugnata.	16	1428
	10	Pax facta cum Mediolanenſi, in qua Bergomum quoque Venetis conceſſit.	17	1429
	11		18	1430
	12	Bellum Lucenſe à Florentinis ſuſcipitur.	19	1431
	13	Solis facta defectio.	20	1432
		Paulus Guiniſius, qui Lucæ dominabat, dolo ſuorū captus ad Mediolanenſem deducitur, & unà cum filijs diuturno carcere maceratur.		
		Pont. CCXVI EVGENIVS IIII, Venetus, an: 16.		
6630	1	Mediolanenſis claſſis Genuæ cōparata in ipſo quoq; Genuenſium littore Venetis Florentiniſq; ſuperantibus profligatur, undecim nauibus longis in fuga interceptis.	21	1433
	2	Philippi Mediolanenſis ſupra tria equitū milia ab equitibus Florētini populi ſub Toporio Piſani agri oppido ſuperata, maiori ex parte capiuntur.	22	1434
		Sigiſmundus Imperator Philippi Mediolanenſis potentia opibuſq; adiutus, in Italiam tranſit, parumq; proſpere deinde ſuccedentibus rebus diuturnis cunctationibus Romam tandem uenit, in qua urbe ab Eugenio Pontifice coronatus eſt, nec multo poſt Philippo euocatori infenſus trans alpes abiuit.		

Coſma

Annî mũdi.	Annî Pont.		Imperatores Occidentis.	Annî salutis.
	3	Cosma Medice Florentia pulso, uehemens in republica mutatio fuit.	23	1435
	4	Cosma Medice Florentiã reuocato, gubernatio ciuilis reipublicæ reformata est, & diuersæ factionis principes in exilium sunt acti.	24	1436
	5	Genuenses duos Aragonensium reges non procul Caieta nauali prælio superatos capiũt, & Mediolanũ ad Philippum ducunt, qui eos benigne suscipiens liberalissime dimisit. Genuenses liberationem inimicorum regum indigne ferentes, Mediolanensis repulso iugo se in libertatem uendicarunt.	25	1437
	6	Florentiæ ecclesiam maximã, cuius testudo in terris singularis Philippo architecto curante nullis sustentaculis absoluta est, Eugenius Põtifex solenni pompa dedicauit.	26	1438
	7	Sigismundus Imperator diem obijt.	27	1439
			ALBER	
		tus II, Imperatorũ	XXXV, an: 2.	
	8	Conciliũ Basileæ congregatur, lente tamen & parua admodum frequẽtia autoritate prius nutritũ, in quo post diutinam morã priuato demũ Eugenio, Amadeus Sabaudiæ dux ad Pontificatũ eligitur, quẽ Felicem quartũ uocauerũt.	1	1440
	9	Eugenius Pontifex Conciliũ Florentiæ celebrauit, in quo Græci eorũ Imperatore præsente de processione spiritus sancti idem quod Romana tenet ecclesia consenserunt. Nicolaus Euboicus latinæ & grecæ linguæ atq; elegantiæ princeps laudadissimus habetur, qui frequenti Concilio medius assistens, multis & eruditis uiris audientibus, me quoq; teste uisente audenteq; disputantiũ uerba atq; sententias, tum græce, tum latine prolatas mira celeritate ultro citroq; in utraq; lingua fidelissime & summo ornatu reddebat. Ambrosius ordinis Camaldulensis generalis Abbas, latine græcæq; linguæ accurate doctus, & bonis omnibus disciplinis ornatus, in eo Concilio clarus habetur. Armenij & Indi in Florentino Concilio cum Romana ecclesia unitatem redintegrarunt. Nicolaus Piceninus copiarũ Mediolanensiũ	2	1441

Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
		dux cum crebris tormentorũ ictibus Brixiam		
		oppugnaret, & Veronã proditione euocatus		
		fuisset, intempesta nocte maximis equitum pe-		
		ditumq; copijs urbem illam ingressus obtinuit,		
		quã tertia die Franciscus Sfortiæ filius Comes,		
		& Venetorũ Florẽtinorũq; exercitus dux, tanta		
		ui elatiq; animi præstantia recuperauit, ut singu		
		laris memoriæ facinus habitũ sit, ab octaua præ-	FRIDE	
		sertim diei usq; ad septimã noctis horã atrocis	ricus III, Impe	
		pugnæ impetu intra urbẽ enixius perdurante.	ratorũ XXXVI,	
			annis 54.	
	10	Piceninus apud Anglare à nostris superatus	1	1441
		uniuersum exercitũ amisit, & eius capta uexil-		
		la Florentiam sunt delata.		
6640	11	Franciscus Sfortiæ filius post multa egregia ac	2	1442
		præclara superior in Gallico bello factus, ab a-		
		micis inimicisq; pacis iungẽdæ potestatem su		
		scepit, parumq; postpositis suo arbitratu condi		
		tionibus pacẽ dedit, in qua Blancham Medio-		
		lanensis ducis filiã uxorem accepit, & Cremo-		
		nam atq; Pontremulũ nomine dotis possedit.		
	12	Alphonsus Aragonensiũ rex post diuturnam	3	1443
		obsidionem Neapolim capit, & Apuliæ regnũ obtinet.		
		Rainerius ex regio Francorum genere ortus,		
		qui in Apulia dominatus est, per Hetruriã iter		
		faciens Florentiam uenit, ac inde Pisas: unde		
		mox in Narbonensem nauigauit.		
	13	Leonardus Brunus historiographus Florentiæ	4	1444
		moritur VII Idus Martij, ætatis suæ anno 74.		
	14	Triginta fermè Turcarũ milia inter Andrino	5	1445
		polim Danubiumq; à Christianis sunt cæsa, in		
		qua pugna Ladislaus Pannoniæ rex, & Iulia-		
		nus Cæsarinus Diaconus Cardinalis, & in eo		
		bello Pontificis præfectus, pro Christi nomi-		
		ne interierunt.		
	15	Eugenius Pontifex Picenum agrum, quem	6	1446
		Franciscus Sfortiæ filius per eiusdem Pontifi-		
		cis concessionem possederat, recepit.		
	16	Veneti unico suo & Florẽtini populi equitatu	7	1447
		inter Cremonẽsem atq; Mantuanũ agrũ in ripis		
		Padi fluminis magnas equitũ Mediolanensiũ		
		copias, pfligarũt, posterisq; diebus iacto super		
		Ad̃duam ponte, & superatis quos tumultuarie		

hostis

A Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
		hostis reparauerat equitibus, usq; ad mœnia ur		
		bis, nullo penitus obuiãte, Mediolanẽsem agrũ deprædãt.		
		Eugenius Romæ moritur VII Cal. Martias.		
		Pont. CCXVII NICOLAVS V, annis 8.		
	1	Philippus Mediolanensiũ dux V Idus Augu	8	1448
		sti apoplexia correptus quadriduo post interijt.		
		Veneti post Philippi Mediolanensis mortem		
		Laudum & Placentiam occuparunt.		
		Papia in Francisci Sfortiæ filij potestatẽ deuenit.		
		Alphonsus Aragonensiũ & Apuliæ & Siciliæ		
		rex, nulla prius lacessitus iniuria Florẽtinis bel		
		lum mouet, & per Volaterranũ agrũ, & infe/		
		ri quoq; maris littora castella quædã occupat.		
		Franciscus Sfortiæ filius Comes, & exercitus		
		Mediolanensium dux Placentiã expugnauit,		
		& in suorum prædam conuertit.		
	2	Quarto Calendas Septembres diei hora sexta	9	1449
		solis facta est defectio.		
		Alphonsus rex obsidione Plombini maritimi		
B		oppidi super tres menses fatigatus, cum ex suis		
		multos amisisset, & cæteri labore & æstu maxi		
		ma ex parte languidi imminentẽ Florentini po		
		puli exercitũ formidarent, obsidionẽ dissoluit,		
		& totũ exercitũ in Romanũ solum reduxit. Vn		
		de suorũ quamplurimis egestate & militiæ tæ/		
		dio properanter abeuntibus Neapolim parum		
		post ipse nauigauit.		
		Franciscus Sfortiæ filius Mediolanensiũ copia/		
		rũ dux, Venetorũ exercitũ, in quo quindecim		
		fermè bellatorũ erant milia, non longe à flumi		
		ne Addua iuxta Carauaziũ oppidũ superat, &		
		in fugam uertit, in qua pugna multi sunt capti,		
		inter quos Amoratus Donatus in castris à Ve		
		netis præfectus, & duces quidam copiarũ cum		
		publicis Venetorũ & Florentinorũ uexillis ca		
		piuntur, quæ uexilla Mediolanum in maiorẽ		
		ecclesiam deportantur, ibiq; suspenduntur.		
		Veneti Franciscum Sfortiæ filium sibi reconci		
		liant, & in amicitiã recipiunt, pacatisq; inter se		
		rebus, & terminatis finibus, donec Mediolanũ		
		in suum arbitrium potestatemq; recipiat, men		
		strua illi stipendia pollicentur.		
		Mediolanenses Laudum receperunt.		

MATTHIAE PALME

RII PISANI TEMPORVM ET HISTORIARVM CONTI/ NVATIO.

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
	3	FRANCISCVS Sfortiæ filius Mediolanũ assiduis incursionibus infestat, cum Carolus Conzaga clarus ciuitatem tuetur.	10	1450
		Fridericus Imperator, Nicolao v precibus procurante assiduis, Amadeũ Sabaudiæ ducẽ in Põtificẽ sub nomine Felicis IIII per Cõcilĩ Basileæ electum coëgit pontificatũ deponere, quem annos 9, menses 6, dies 7 tenuerat: relicta illi Cardinalatus dignitate, Germaniæq; legatione.		
		Pestilentia ingens, quæ primo in Asia exorta, ac deinde per Illyricum Dalmatiamq; in Italiã serpens, plures postmodum annos ad ultimos Germaniæ & Galliarũ fines misere per omnes ferè populos debachatur.		
D	4	Annus quinquagesimus, quẽ religionis causa & sacramentum & Iubileũ appellant, celebris habetur, Romæ tantus numeri populi concursus ex uniuerso Christiano orbe factus est, ut in eius diei crepusculo, qui XIIII Cal. Ian. fuit, ad molẽ Hadriani tanta fuerit properantiũ à templo, ac inculcantium pressura, ut in ea hominum ducenti ferè perierint, complures quoque in flumen præcipitati absorptiq; sunt. Pontifex cum insolita rei facie, tum misericordia cõmotus, pluribus in ipso pontis exitu ædibus, ne rursus populi confluxus sese in arcto læderet, demolitus, marmore delubra hinc atq; hinc in rei monumentum posuit. Amoratus Turcarum Imperator moritur, relicto Mahumeto filio regni successore. Bernhardinus Senensis ordinis minorũ, uir miræ sanctitatis, beatorum catalogo ascribitur.	11	1451
6650	5	Emmanuel Appianus, natione Pisanus, à populariibus accitus Plumbini oppido præficit. Fœdus societasq; inter Alphonsum Aragonũ	12	1452

regem

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
		regem Venetosq; inita.		
		Franciscus Sfortiæ filius Mediolani dux per/ cusso fœdere sese Florentinis iungit.		
		Fridericus Imperator unà cum eius sponsa He lionora, Eduardi Lusitaniæ regis filia, Romam ueniens à Pontifice coronatur ungiturq; unde mox Neapoli ad nuptias celebrandas profici scitur, quæ excellenti Alphonsi regis munifi centia perficiuntur.		
		Florentini omnes statuta die Alphonsi regno cedere iubentur: idē à Venetis socijs regis fit.		
		Leo Baptista Albertus, uir ingenio præditus acuto & perspicaci, bonisq; artibus & doctrina excultus, eruditissimos à se scriptos de architectura libros Pontifici ostendit.		
	6	Constantinopolis, Orientis imperij sedes ui & armis expugnata à Mahumeto Turcarū rege cæde diripitur, anno regni eius tertio. In huius urbis populatione Constantinus Palæologus, & ipse matre Helena genitus, Orientis Impe/ rator, capite truncatus regni simul & uitæ finē fecit.	13	1453
		Theodorus Thessalonicensis, uir græca lingua apprime eruditus, Pontificis iussu cū alia egre gia Græcorū uolumina, tum Theophrasti de ar boribus plantisq; opus insigne in latinū conuertit.		
	7	Gregorius Triphernas utriusq; linguæ facun dus interpres habitus, egregium Strabonis uo lumen à se latinum factum Pontifici offert.	14	1454
		Paulo Barbo, uiro inter Senatores Venetos cla ro maxime annitente, pax in Italia fœdusq; in annos 25 initum est.		
	8	Nicolaus Pontifex gloriosa uita functus Ro mæ VIII Cal. April. diē obijt, cui postmodū Philippus frater, Ro: ecclesiæ Cardinalis, ope ris egregij monumentū in beati Petri tēplo extruxit.	15	1455
		Pont. CCXVIII CALLIXTVS III, na/ tione Celtiberus, annis 3, mensibus 3.		
	1	Iacobus Piceninus causatus deberi patri suo Nicolao pecuniā, Senenses aggressus plura il/ lorum oppida expugnat.		
		Aristoteles Bononiensis architecturæ insignis habet, qui lapideas turres integras illæsas subie ctis fundamēto lapsibus ad aliū traduxit locū.		

Pontifex

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
		Pontifex bello publice Turcis indicto, Ludoui		
		cum Aquileiensem, Romanæ ecclesiæ Cardi-		
		nalem classi præfecit.		
		Vincentius natione Hispanus ordinis Prædica-		
		torum, sanctorum numero ascribitur.		
		Laurentius clarissima Venetorũ familia Iusti-		
		niana ortus, cum pluribus annis in ordine Ca		
		nonicorũ collegiatorũ congregationis sancti		
		Georgij in Alga excellẽtia summa & religiõis		
		obseruantia cõuixisset, inde ad Episcopatũ Ca		
		stellanensem diocesis Venetiarũ est eductus.		
		Postea uero per Nicolaum summum Pontifi		
		cem trãslato Patriarchatu oppidi Cardi, quod		
		est confinium Fori Iulij, ad Venetias ab ipso		
		Pontifice Laurentius eligitur pro eo Patriar-		
		cha Venetiarum: qui profecto sanctitate uitæ,		
		prophetiæ spiritu, plurimisq; miraculis claruit,		
		ac multa in Christianæ religionis laudem, ani-		
		marumq; salutem reliquit scripta, non scientia		
		acquisita, sed in spiritu diuino. Hoc autẽ anno		
D		VII Idus Ianuarias migrauit ad cœlos: in eius		
		locũ Maphæus Contarenus eiusdem ordinis		
		uir optimi ingenij, puidiq; cõsilij suffectus est.		
		Mahumetus Turcarum Imperator Misiam in-		
		feriorem dedẽtibus sese Principibus obtinet,		
		anno sui regni quinto.		
	2	Varia nuntiata prodigia: In Sabinis mense Fe	17	1456
		bruario uitulum capitibus duobus ortum: Ro		
		mæ sanguinẽ apud Veneris portã, in Liguria		
		carnes pluisse. In agro Piceno ortus infans den		
		tibus sex, facie insolitæ magnitudinis, futuræ ca		
		lamitatis quæ postea secuta est, magna profecto indicia.		
		Mense Iunio Cometes gradu 15 Cancri in Ori-		
		ente per mensem uisus.		
		Pax annitente Pontifice inter Piceninũ Senen		
		sesq; firmatur.		
		Augusto mense uentorũ uis ingens in Floren		
		tino Volaterranoq; agro plures uillas diruit,		
		Cassianumq; oppidũ magna ex parte deiecit.		
		Terræmotu egregiæ Cãpaniæ, Samnitũ Apu		
		lorũ, Pelignorũ urbes omnes multis cum op-		
		pidis contritæ, plura quoq; funditus periere.		
		Osmundus Saresbreñ. præsul Anglorũ regia		

stirpe

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
		stirpe clarus inter sanctos relatus est.		
		Mahumetus Turcarũ Imperator ad Taurinũ		
		oppidũ, quod nunc Albã dicunt, ad confluen		
		tes Sauum Danubiumq; situm, à paucis Chri		
		sti cruce insignitis fusus, fugatus, cæsusq; ca		
		stris exutus est: cũ Ioannes Carauagala, gene		
		re Hispanus, Cardinalis sancti Angeli, ac Ro		
		manæ sedis Legatus, magnas illic copias com		
		pararet. Quo cũ erat beatus Ioannes Capistra		
		nus ordinis minorũ, à quo conciti Pannonij,		
		ut paulo ante diximus, ad insequendos Barba		
		ros magnã stragem infinito hostium numero		
		parua manu dedere, adeo ut creditum sit, preci		
		bus & uotis huius sanctissimi uiri, ministros		
		dei pro Christianis pugnasse: Bellum autẽ ge		
		stum est die sancti Sixti, qui est VIII Idus Au		
		gusti, ob idq; Callixtus III Pontifex eo die		
		transfigurationem Domini constituit.		
	3	Ad lacum Benacum, haud procul à Salodio,	18	1457
		mons magna apertura ad imum dehiscit.		
		Cometes quem nigrum appellant, Iunio men		
		se gradu 20 Piscium per mensem uisus, uarie		
		mortalium mentes affecit.		
		Venetijs patritij nonnulli ambitus damnãtur.		
		Alphonsus rex classem 30 triremũ Genuã ad		
		exules reducẽdos nauigare iubẽs, aduersarios cõfregit.		
		Franciscus Foscarus Venetiarũ princeps cum		
		ob senectutẽ reip: munera obire nequiret, ma		
		gistratu à senatu abdicatur.		
		Paschalis Maripertus Venetiarũ dux, in Fran		
		cisci locum sufficitur.		
		Petrus de monte Venetus, Brixiẽsis præsul, uir		
		suæ ætatis humanæ diuinæq; sapientiæ insignis		
		Romæ moritur, suæ doctrinæ opere relicto.		
		QVANTVM literarũ studiosi Germanis		
		debeãt, nullo satis dicendi genere exprimi po		
		test. Nãq; à IOANNE GVTTENBERG		
		Zum iungen, equite Mogũtiæ rheni, solerti in		
		genio librorũ imprimendorũ ratio anno 1440		
		inuenta, hoc tempore in omnes ferè orbis par		
		tes propagat: qua omnis antiquitas paruo ære		
		cõparata posterioribus infinitis uoluminibus legit.		
		Matthias Ioannis Humadis filius, Ladislao		

ars imprimendi libros.

rege

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
		rege adoleſcente adhuc ueneno ſubtracto, in		
		Pannoniarum Dalmatiæq; regem & ſua & pa		
		terna uirtute clarũ accipitur.		
	4	Iacobus Piceninus Alphonſi regis militiæ du	19	1458
		ctor, Malateſtas in Flamminea uaſtat.		
		Perinus Fregoſus cum diutius principatũ Ge		
		nuæ retinere non poſſet, ciuitatẽ Carolo Fran		
		corum regi ſeptimo tradidit.		
		Ioannes Andegauenſis Renati regis filius Ge		
		nuæ præficitur.		
		Alphonſus Aragonenſium ſuorum temporũ		
		rex ſplendidiſſimus febre correptus, non mul		
		tos poſt dies in ipſo Neapolitano littore in ar		
		ce, quam Oum appellant, extinguitur.		
		Alphonſo ab hominibus ſubtracto, Ferdinan		
		dus nothus filius Apuliæ regnum, Ioannes fra		
		ter Hiſpanienſe, Siculumq; obtinent.		
		Mahumetus Turcarum Imperator Corinthũ		
		expugnat, atq; in omni Pelopõneſi tributa im		
D		perat, Demetrio & Thoma fratribus Palæolo		
		gis inter ſe de regionis imperio diſcordantibus.		
		Callixtus Pontifex Romanus magni ſpiritus		
		ſenex Romæ VIII Idus Auguſti obijt, cui		
		poſtea Rodoricus Boreas ex ſorore nepos, Ro		
		manæ eccleſiæ Vicecancellarius in Februi ſacel		
		lo ſepulchrum poſuit.		
		Pont. CCXIX PIVS II, Senenſis, annis 6.		
	1	Pontifex Ferdinandum Aragonenſem Apu	20	1459
		liæ regem declarans, per Latinum Vrſinũ Ro		
		manæ eccleſiæ Cardinalem Legatumq; diade		
		mate exornat.		
		Pontifex indicto fidelium omnium Mantuæ		
		conuentu, Roma ipſe profectus ſtatuto die		
		Mantuam uenit.		
		In Mãtuano cõuentu cõfluẽtibus ex toto Chri		
		ſtiano orbe fideliũ principibꝰ ac oratoribus, de		
		inferendo Turcis bello, atq; gerẽdi modo agit.		
		Franciſcus Philelphus, uir græca latinaq; lin		
		gua facundus, poẽta inſignis, oratorq; illuſtris		
		agnoſcitur.		
		Conuentũ Mantuanũ quorundã inuidia nul		
		lo ſatis firmato, præterq; bello decreto, diſſol		
		uitur octauo poſtq; eò uentũ eſt menſe.		

Veneti

Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
		Veneti naues duas mirę magnitudinis supra		
		quatuor amphorarũ milium absoluunt, quorũ		
		mali soliditatem in circuitu uix homines quin-		
		que complecterentur.		
		Venetijs turbo insolitus naues pleraſq; intra		
		ipsas penè domos submergit.		
		Nicolaus Cusa Romanæ ecclesiæ sancti Petri		
		ad uincula Cardinalis, uir omni doctrina cla-		
		rus, dum ecclesiæ suæ Biremẽsis iura acrius tue-		
		tur, à Sigismundo Austriæ duce capitur, atq;		
		honesto seruatur carcere.		
		Põtifex Cardinalis captiuitate grauiter cõmo		
		tus, & facunda oratione in Sigismundũ publi-		
		ce inuehitur, & eum grauioribus interdictis deterret.		
		Iacobus Piceninus uel hostibus inuitis per Pi		
		cenum Apuliæ regnũ ingressus, Lauretum ac		
		pleraſq; eius prouinciæ ciuitates expugnat.		
		Mahumetus Turcarum Imperator expulso		
		Thoma Palæologo, & fratre secum deducto		
		Peloponnesum occupat anno eius 11.		
B		Eodem anno Mahumetus Turcarũ Imperator		
		Trapezontij rege capto & interempto, Pontũ obtinet.		
	3	Genua iterum desciuit à Gallis electo Prospe-	22	1461
		ro Adurno principe, arx tantum in Gallorum		
		potestate seruatur.		
		Galli apud Genuam dum obsessis suis subue		
		nire ac urbem recuperare nituntur, magna pu-		
		gna uicti ad naues usque fœde cœsi periere ea		
		pugna Gallorũ ad quatuor milia: Secũdum eã		
		pugnã Spineta Fregosus auxilio Mediolanen		
		sis ducis pulso Prospero Adurno principatum		
		obtinet, quẽ non multo post per proditionem		
		Ludouici Fregosi qui cum Gallis conuenerat amittit.		
		Catharina Senensis sanctarũ numero ascribit.		
		Margarita ex regio Francorum genere, Britan		
		niæ regina, Henrici regis uxor, in captiui uiri		
		ultionem copijs collectis, Eboracensem ducẽ		
		apud Fractum pontem magno prælio uictum		
		securi percussit, nec longe post cum hostibus,		
		qui uirum suũ in castris ducebant captiuum,		
		unius diei itinere à Londino congressa multa		
		hostium cæde regem recepit.		
		Henricus rex reginaq; modeste uictoria usi,		

	Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
			haud longe ab Eboraco cum Eduardo, qui & ipſe ſe regem dicebat, incenſis utrinq; animis confligunt, pugnatumq; eſt continenter horas 12, tandem uictus Henricus reginaq; fuga ſibi conſulunt. Sed poſtea Henricus in monaſterio latitans cognitus capit̃, & in uincula conijcitur: Regina in Narbonam ad fratrem renatũ euaſit: Cæſa ſunt hoc prælio hominũ ad XXX milia, in quibus omnis ferè Britanniæ nobilitas cadit.		
C	6660	4	Ludouicus eius nominis Francorũ rex undecimus grauiſſimi regni uiros ad Pontificẽ legat, cuius legationis princeps fuit Ioannes Iofredi Atrebatẽſis, Romanæ eccleſiæ Cardinalis, qui publico conſiſtorio liberã eccleſiæ & Pontificis regno obedientiã eius nomine præſtitit, abrogata ueteri lege quã Pragmaticam appellãt, ac magna inſuper in Turcas auxilia pollicet̃. Sigiſmundus Malateſta à Pontificis copijs apud Senogalliam profligatur. Mahumetus Turcarũ Imperator Mytilenem expugnat diripitq; anno regni ſui 11.	23	1462
D		5	Romæ ædes ſacræ ſanctorum martyrum Anaſtaſij & Theodori nocte cecidere. Veneti magna claſſe copijsq; terreſtribus in Peloponneſo ueterem murũ foſſamq; ab utroq; mari in ipſo Iſthmo tumultuaria opera pluribꝰ ſimul locis erigere adorſi, Corinthum obſidẽt. Turcæ laborantibus ſuis auxilio properantes, per interruptas munitiones ui penetrant, ac noſtros ad nauem fugere cogunt. Pontifex iunctis cum Philippo Burgundionũ duce Venetisq; fœderibus, aduocata principũ concione uehemẽti oratione in Chriſti hoſtes inuectus, bellum publice Turcis indicit, in quo & ductorẽ ſeſe declarat fore, moxq; miſſis per uniuerſum orbem literis fideles ad bellum cohortatur: Deditis quoq; religioni hominibus belli gerendi poteſtatem facit. Sigiſmundo Malateſtæ hæreſim publice confitenti, ac ueniam imploranti, pax annitentibus Venetis conceſſa, atq; Ariminum permiſſum. Flauius Blondus hiſtoricus, ætatis ſuæ anno 57 Romæ moritur.	24	1463

Ioannes

Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
		Ioannes Antonius Tarentí prínceps bellum re		
		nouans à ſuis ſuffocatus, nullo relícto hærede extínguít.		
		Ferdínandus rex, Tarentí prínceps, urbibus		
		atque pecunía potítur ingentí, omnibus for		
		mídabilís regno quíeto fruítur.		
		Stephanus ſuperíoris Míſiæ rex blandítijs à		
		Mahumeto Turcarũ Impatore à Caſtello clàm		
		euocatus captus decoríatuſq́, regnũ quod à pa		
		tre dolo ſubrípuerat ſímul cum uíta amíttit.		
	6	Franciſcus Sforti æ filius Mediolanenſiũ dux,	25	1464
		fide ſua Ludouico Francorũ regí aſtricta Ge		
		nuam ab eo urbem obtínuit.		
		Pontifex beatiſſimí Apoſtolí Andræ caput à		
		Thoma Palæologo ſuſcepturus, cum clero &		
		curía ſua religionís apparatu ad pontem uſque		
		Míluium obuiã procedit, quod acceptũ ac au		
		ro argentoq́, ornatum, ſolennibus ſacris, inter		
		quos Beſſarion Conſtantinopolítanus Patríar		
		cha ac Cardínalis Sabínenſis luculentã oratío		
		nem habuít, ſacelloq́, egregij operis in ípſa bea		
B		ti Petri Baſilica conſtructo, ſeruandum poſuit,		
		cuius poſtea celebritatís Pontifex ípſe elegans		
		uolumen edídit.		
		Pontífex expectato díu fruſtra Burgundionũ		
		duce, quí prouínciæ motus cauſatus, ſuũ aduen		
		tum in longum trahebat, ne præmíſſos falleret		
		populos, graui febre oppreſſus fluuio lecticaq́,		
		uectus Anconam proficíſcitur.		
		Coſmas Medices maxímus ætatís ſuæ cíuís,		
		operibus autem felix, matura ſenectute confe		
		ctus, Carauazio uílla ſua haud ab urbe Floren		
		tia procul morítur: Hunc talem uírum cíuibus		
		omnibus charũ non multos poſt mẽſes omníũ		
		primum ciuitatís patrem patriæ appellant.		
		Venetorũ dux cum præſtantiſſimis Senatorum		
		triremibus 12 per æquora ornatiſſime inſtru		
		ctis Anconam Pontifice adhuc ſpírante uenit.		
		Pontífex Pius & ítíneris iactatione & febre fa		
		tígatus, dum claſſem quam ſummo labore in		
		Turcas parauerat à Piſis Venetisq́, expectaret,		
		triremibus tamen è ſpecula procul uíſis, Anco		
		næ X Calendas Septembris gloría ingẽtí uíta		
		functus Romam ſolenni funere effertur.		

Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Annũ salutis.
		Pont. CCXX PAVLVS II, Venetus, annis 7, mensibus & diebus.		
	1	Iacobus Piceninus Neapolim per stipendiorũ speciem uocatus à Ferdinando rege, unà cum Francisco filio captus in uincula conijcitur, neque ultra uisus est.	26	1465
		Pontifex monitos prius Franciscũ ac Deipho bũ Anguilarios, qui in Hetruria munitissima castella obtinebant, cum non parerent, coactis extẽplo copijs improuisos aggredit, moxq; de/ dentibus se oppidanis intra dies 18 expugnat: Franciscus cũ filijs capitur: Deiphobus fuga sibi consulit.		
		Ferdinãdus rex, Alphõsi filij sui & Hippolytæ Mediolanensium ducis gnatæ nuptias Nea/ poli regio luxu celebrat.		
		Dominicus Malatesta uir clarus nullis liberis relictis moritur, cuius uicariatũ recipit ecclesia.		
		In Gallijs magnus excitatur tumultus, cũ Ca/ rolus frater regis adolescentior regni sibi par/ tem peteret, essentq; nonnullæ inter reges Phi/ lippumq; Burgundiæ ducem suspiciones, quæ res in summũ discrimen regnũ adduxit, fauen tibus adolescentulo principibus, adeo ut supra 300 hominũ milia sumptis armis ad Parisien/ sem ciuitatem cõuenirent, auxilijs undiq; non solum ab uniuersa Gallia confluentibus, sed à Germanis Italisq; complures alij uenere, tum & à Francisco Sfortiæ filio Mediolanensium duce missus est opem regi laturus Ioannes Ga leatius primogenitus, cum electorũ equitum tribus milibus.		
		In Hispania magnum bellum inter Henricum IIII regem & Alphonsum fratrem, nobilitate præsertim iuniori fauente, quod multos postea annos prouinciam afflixit.		
	2	Georgius Scandarbous uir bellicis artibus cla rus, ui proruentes in se Turcas cæde ingenti prosternit.	27	1466
		Franciscus Sfortiæ filius Mediolanensiũ dux, magnis per Italiam rebus gestis summa tran/ quillitate, regno liberis uxoreq; Blanca atque aucta re fortunatus, 67 ætatis suæ anno Me/ diolani obijt.		

Ioannes

Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
		Ioannes Galeatius, qui Francorũ regi auxiliũ tulerat, patris morte cognita magnis itineribus cum paucis iter non sine periculo emensus, Mediolanũ uenit, principatumq; fauentibus omnibus obtinuit.		
		Pontifex cum obitu Mediolanensium ducis Italia in bellum excitata uideretur, ac noui in Parmensi agro motus nunciarentur, grauibus epistolis & nuncijs erigẽtes se principes populosq; sua autoritate coërcuit.		
		Florentiæ dum primores ciuitatis de honore autoreq; inter sese contendunt, uulgus in partes scinditur, alijs Petro Medice Cosmæ, cuius supra meminimus filio, alijs Lucæ Picio fauentibus ad arma concursum, mox reconcilia tis inter se Luca Picio & Petro Medice, nobiles plures urbe pelluntur, inter quos fuere princeps Angelus Acciolus, Dioscolanius, Neronius, Nicolaus Sodorinus.		
		Fœdus inter Ferdinandum regem Ioannemq; Galeatiũ Mediolanensem ducem ac Florentinos renouat̃: In quo Fridericus quoq; montis Ferratrensis sociorũ militiæ princeps declarat̃.		
		Pontifex publico consistorio Georgium Bohemiæ regem hæresi damnat, dignitateq; ac regno priuat.		
		Romæ Sol trigeminus uisus multorum mentes turbauit.		
	3	Bartholomæus Coglio siue Caput Leonis Bergomensis, dux suæ ætatis opulentissimus, qui per annos 15 Venetorũ exercitus Imperator, longa pace quietus ingentem auri uim ab illis acceperat, quam etiam sua prudentia auxerat, collectis equitũ peditũq; 15 milibus in Florentinos ducit exercitũ, exules reducere uelle dictitans: Florentini accersitis à Neapoli Mediolanoq; sociorũ copijs, quibus Mediolanensium ipse dux Alphonsus Arragonensis Ferratrensisq; præerat, uenienti Bartholomæo non longe ab Imola occurrunt.	28	1467
		Philippus Burgundionum dux magnis rebus gestis felici senectute extinguitur, Carolo filio regni successore relicto.		

	Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
C			Iulio Ianesato Florentinus exercitus simulata		
			fuga sequentẽ se Bartholomæũ ad Ricardinã		
			Bononiensis agricum, ac iam ipso meridie		
			licentius castrametantem fessum siti æstucq; lan		
			guidum aggreditur, pugnatũ est tamen acriter		
			ad primã noctis horam, multis utrinq; cadenti		
			bus, tandem nox prælium diremit: In ea pugna		
			Herculis Estensis ac Brachij Perusini uirtus		
			plurimũ claruit, uterq; graui uulnere saucius abscessit.		
			Philippus Sabaudionensis ingenti suorũ ma-		
			nu comparata in Guielmũ montis Ferrati mo		
			uit, sed aduentu Mediolanensis, qui post Ri-		
			cardinam pugnam eò festinarat propulsus, in		
			æquas pactiones descendit.		
			Benedictus Capra, Romani Pontificiiq; iuris		
			clarus, eruditissimos cõmentarios Perusiæ edidit.		
			Antonius Roseus natione Tuscus, uir consul		
			tissimus, editis de monarchia libris eruditissi-		
			mis clarus uegeta senectute Patauij moritur.		
		4	Pontifex per hyemem magna industria & la-	29	1468
D			bore res Italicas componere enisus, cum non		
			satis inter partes conueniret, ueluti rerum Do		
			minus ac pacis autor inter celeberrima sacra,		
			publice pacem certis cõditionibus indicit, eos		
			qui aduersarentur Christiana cõmunione pri		
			uans, quæ non longe post in sacris diui Marci		
			ædibus inter sacrarũ solennia approbantibus		
			omnibus firmantur.		
			Alphonsus Ferdinandi regis primogenitus,		
			ab Hetrusco bello rediens, & Pontificis Tolfi		
			anam obsidionem dissoluit, & Soranum ducẽ,		
			qui sese ecclesiæ tutelæ commiserat, ac castella		
			nonnulla in patris potestatem redegit.		
			Leodium urbs in Germania populosissima à		
			Carolo Burgundionũ duce, præsente & fauen		
			te Ludouico Francorũ rege expugnatur, diri-		
			pitur, incenditur, quoniam suũ ex sorore nepo		
			tem eorum Præsulem in uincula coniecissent.		
			Confecta in Gallijs pace, Ioannes Andega-		
			uensis ad Hispanicum bellum redijt.		
			Mahumetus Turcarũ Impator Syrios Aegy-		
			ptioscq; magno prælio superat regni sui anno 13.		
		5	Bessarion Constantinopolitanus Patriarcha,	30	1469

Romanæ

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
	Romanæ ecclesiæ Cardinalis Sabinensis, Pla		
	tonis Apologiam egregij doctissimiq; operis		
	uoluminibus quinq; græco sermone conscri		
	ptam per Theodorũ Thessalonicensem latinã		
	factam edidit.		
	Imperator Fridericus religionis gratia media		
	hyeme Romam ueniens, magnificentissime à		
	Pontifice susceptus donatusq; est.		
	Dominicus Venetus Brixiensis Præsul, uir in/		
	genio ac doctrinæ excellẽtia clarus, qui plura		
	sacrarum literarum uolumina perdocte edide/		
	rat, frequenti consistorio ab ipso Imperatore in		
	Cardinalem petitur.		
	Laurentius Rauerola, uir doctrinæ singularis,		
	Ferrariensis Præsul, Pontificis legatus, sollici/		
	tatis Germaniæ Pãnoniæq; Principibus, Mat/		
	thia præsertim rege iuuante, Georgium Bohe		
	mum hæreticum bello concutit, ac magna re/		
	gni parte expoliat.		
	Ioannes sanctæ Susannæ Cardinalis, Andega		
B	uẽsis proditionis insimulatus à Ludouico Fran		
	corum rege in uincula conijcitur.		
	In Asia Hazoncassan gentem Otomanida, uir		
	bello clarus, qui Mesopotamiæ atq; Armeniæ		
	parti dominatur, Persarum, Assyriorũ, Medo		
	rumq; uenientium in se castra per fraudem no		
	cte aggressus, ingentem hostium stragẽ dedit,		
	atq; illorum rege interfecto magnã prouinciæ		
	partem occupat, mox in Mahumetum Turca/		
	rum Imperatorem copias uertit.		
	Mahumeti classis nauium CC, quæ Trape/		
	zontio auxilio innitebatur, circa Hellespontũ		
	turbine dissipata magna ex parte perit.		
	Nicolaus Chanalis Venetæ classis præfectus,		
	Eniã Thraciæ urbẽ diripit incẽditq;, præda inde		
	circiter talentorũ L asportata, ac paulo post in		
	Patrasensi Peloponnesi littore Turcarũ II mi		
	libus cæsis, Vesticium oppidum communit.		
	Pontifex percusso in Turcas atq; ecclesiæ ho		
	stes fœdere, societatem cum Venetis init.		
	In Alpiũ radicibus, q; in Narbonensem uergũt,		
	Augusto mẽse aquarũ pluuia hoies ad L periere.		
	Pontificis copiæ dum Ariminum Hadriatico		

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis
		in littore obsident, aduersa pugna fusæ propin quis sese oppidis recipiunt.		
		Florentiæ Petrus Medices, cuius uita ciuitas agebatur, diuturno morbo cõfectus diẽ obijt, Laurẽtio Iulianoq; filijs adolescẽtibus relictis.		
		Tergestum oppidum cum rebellasset, Frideri cus Imperator per duces subuertit diripitq; ma gna ciuium cæde: in qua milites neque sexui neque ætati pepercerunt.		
		Turcæ Germaniam populabundi ingressi mul tos mortales abduxerunt.		
	6	In insula Britanniæ magnus excitatur tumul tus, dissidentibus Edoardo rege, & Comite Doueruich.	31	1470
		Romæ principio Iunij grando insolitæ magni tudinis, cuius grana 12 uncias appenderũt.		
		Mahumetus Turcarum Imperator CCCC na uiũ classe, inter quas triremiũ CC erant, & equi tum C milia Euboëam adorsus Chalcidem trigesima die expugnat subuertitq; magna su orum cæde.		
D		Pontifex Paulus ob dei pacem impetrandam liberandosq; obsessos, indicta ad omnes aras solenni supplicatione, ipse pedes sacrum defe rens imaginis Christi matris simulachrũ, lon go ambitu ad Lateranensem ecclesiã incessit.		
		Matthias Pannoniæ rex Bohemos magno prælio affligit.		
		Veneti classem nauium LXXX instructam ad infestandum Tucarum littora mittunt, in ea triremes LX, XX onerariæ fuerunt.		
		Nicolaus Chanalis, Præfectus classis, aduersa in senatu fama, quod Chalcidi nõ subueniisset, uinctus Venetias deducitur, & in exiliũ actus in eius locum Petrus Mozenicus præficitur.		
		Comes Doueruich Britanniã ingressus insulã obtinuit, deficientibus ad se Præfectis Edoar di regis, qui cum paucis cõscensa naui ad Bur gundionum ducem se recepit.		
		Ioannes Andegauensis regis Regnati filius fe bre absumptus Barcinione extinguitur.		
		Ferdinandus Neapolitanus rex suæ urbis por tum dejecta mole instaurat ampliatq;.		

In Gallijs

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
	In Gallijs magnum belli incendium inter Ludouicum regem, & Carolum Burgundionum ducem excitatur.		
	Mense Februarij inter Ferdinandum regem atque Venetos initum in Turcas fœdus.		
	Milites CL à Genua Ligustici littoris urbe profecti terrestri itinere, captam urbem haud procul ab ostio Tanais peruenerunt, magnã frequentẽq; populo defensuri aduersus Turcarum arma.		
	Pontifex Paulus Idibus Aprilis inter sacra solennia Borsum Estensem Ferrariæ ducem instituit, donatq; uestibus, pileo, sceptro, torque, pallio, atque mox ducali apparatu splendide ornatum ad Martianas ædes frequenti senatu deduci curauit.		
	Georgius Bohemiæ occupator morbo perit.		
	Eduardus rex, Burgundionum ducis auxilio Britanniam ingressus plebes in se conuertit, cæsisq; aduersarijs Londinũ urbẽ obtinuit, mox		
B	insula uniuersa in suam ditionẽ cessit.		
	In Gallijs Põtificis cura inter regem Burgundosq; res compositæ sunt.		
	Imperator Fridericus & Franciscus Picolonеus Cardinalis Senensis, inclyto Principũ conuentu in Germania apud Nouã ciuitatẽ multa utilia pro Christi fide in Turcas statuunt.		
	Margarita uxor Henrici regis post uiri captiuitatem magnas comparat copias, ingenti pugna apud Calesium oppidum uicta captaq; ab Eduardo, qui postmodum carcere eam cum uiro extingui curauit: Nam illorum filius pugna cæsus orbos parentes reliquerat.		
	Paulus Pontifex VI Calendas Augusti in diei crepusculo, dum solus cubiculo quiescit apoplexi suffocatus extinguitur, magno sui desiderio relicto, quem diem multi illi fatalem prædixerunt. In cuius locum postea à patribus suffectus est Franciscus Saona oriundus, uir doctrina clarus, qui in ordine Minorum per omnes dignitatis gradus ad Cardinalatũ peruenerat, Nonis Augusti electus Pontifex, &		

Sixtus

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis
		Sixtus appellatus.		
		Pont. CCXXI SIXTVS IIII, natione Ligur, sedit annis 10.		
		Portugalliæ rex magna classe fretum Gaditanum transgressus, magnæ Mauritaniæ oppida Tingã, Argillamq; expugnat.		
		Venetijs senatus princeps Christophorus Maurus diem obijt, in cuius locum suffectus est Nicolaus Thronus.		
	1	Cometes magnus per mensem Ianuarium uisus, quem alij Pertícam, alij Ascon dicunt, mortales grauiter affecit.	33	1472
		Ferdinandus rex quo Pontificem sibi reconciliaret, Leonardo ex fratre Pontificis nepoti natam despondit illicq; Sora cum oppidis finitimis tradidit, quo illustrior esset.		
		Bessarion Cardinalis Nicenus in Gallias legatus proficiscitur.		
		In Asia Hazoncassan magno prælio deuictis Persis magnus habetur.		
	2	Annus glacie & niuibus insignis maiorem partem uinearum pruina absumpsit.	34	1473
		Pontifex Stephanum Archiepiscopum Mediolanensem, Arelatensem, Vatisconensem, Nouariensem, Calcensem, Malficanum Episcopos in patrum numerũ asciuit, atque galero insigniuit.		
		Helionora regis Ferdinandi filia Ferraria ad uirum proficiscens, Romam magno apparatu uenit, cui ad Lateranum duo Cardinales Pontificis nepotes obuiam facti, insigni pompa ad ædes sanctorum Apostolorum deduxere, ubi regio apparatu quieuit.		
		Hazoncassan in Armeniæ finibus magno prælio cum Mahumeto Turcarũ Imperatore confligit, in quo triginta Turcarum milia cæsa dicuntur.		
		Hazoncassan amissis impedimentis se in regnum recepit.		
		In Cypro Iacobus rex moritur, relicto infantulo ex uxore Veneta: Ob quam rem Veneti administrationem regni obtinuere, nec mul-		

to post

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
		to post extincto infante regnum occupant.		
	3	Petrus Cardinalis sancti Sixti, qui Italiam	35	1474
		legatus percurrerat, morbo ex intemperie con		
		tracto Romæ ingenti Pontificis dolore mo		
		ritur.		
		Insolita aquarum siccitas perennes quosque		
		fontes exhaurit.		
		Turcæ transnato per superiorem Pannoniam		
		Danubio prouinciam deprædantur.		
		Christianus rex Daciæ, Gotiæ, Noruegiæ,		
		Romam soluēdi uoti gratia ad Pontificem ue		
		niens celebri honore excipitur.		
		Turcæ exercitu centum milium scutatorū Il		
		lyrici littoris oppidum, haud procul à flu		
		mine Sauo, ueteriq; Apolloniam obsident,		
		sed tandem defendentibus Venetis fatigati,		
		ac morbo ex fluminis aura uexati in montes		
		discessere.		
		Carolus Burgundionum dux Nussiam Colo		
		niensis agri oppidum ad Rheni ripas obsidet,		
		sed cum Fridericus Imperator obsessis auxilio		
		uenisset, inito fœdere discessit in Belgas.		
		Decembri mense Nicolaus Marcellus Ve		
		netiarum dux morbo extinguitur, in cuius lo		
		cum suffectus est Petrus Mozenicus.		
		Iubileus à Paulo prius per uniuersum orbem		
		Christianum institutus, à Sixto Pontifice hoc		
		anno declaratur.		
	4	Fœdus inter Venetos, & Mediolani ducem	36	1475
		Florentinosq; percutitur: Propter quod Ora		
		toribus ad Pontificem missis diutius de fœde		
		re disceptarunt.		
		In Hispania morte Henrici regis prouincia		
		diuiditur diuersis populorum studijs: Nam		
		Ferdinandus, Ioannis Aragoniæ regis filius,		
		Helisabetam Henrici sororem in matrimo		
		nium traductam, & Alphonsus Portugalliæ		
		rex Henrici Ioannam filiam ex sorore sua ne		
		ptem fouens, regnum diuiserunt.		
		Ferdinandus rex mense Ianuario magnis im		
		bribus Romam uenit Iubilei gratia, ut præ se		
		ferebat, sed reuera ut initum fœdus solue		

ret, quod

Nussiā obsidēt

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
	ret quod effecit. Nam postmodum inter Italiæ		
	Potentatus initum est fœdus, Pōtifice autore,		
	in quo Rex primus ascribitur.		
	Ad Histri fluminis partem, quam Mundaniā		
	Valachiamq; appellant, ingens Turcarū cæ-		
	des facta est, in qua primi exercitus periere.		
	Iudæi qui Tridenti degebant furtim quodam		
	puero arrepto, cui Simon nomen fuit, VIII		
	Calendas Apriles, qui dies passionis Domini		
	fuit, in eo omnia passionis mysteria operati		
	sunt: Quo diuinitus cognito, Iudæi qui id		
	egerant uarijs supplicijs crudeliter necati me-		
	ritas pœnas luerunt: Corpori uero ipsius pue		
	ri, ob maxima incredibiliaq; miracula, Basili-		
	ca erecta est.		
	Iterum Turcæ inferiorem ingressi Misiam ma		
	gna cæde sternuntur.		
	Dehinc magnam Genuensium urbem, quam		
	ad Mæotidem adhuc possidebant Genuenses,		
	expugnant.		
	Carolus dux Burgundionum partem Galliæ		
	quam Lothoringiam dicunt, expugnat.		
	Eduardus rex Britanniæ à Carolo Burgundio-		
	num duce in Galliam cum multis militibus		
	euocatus, contracta mox cum Ludouico rege		
	affinitate, atque nouem annorum inducijs fir-		
	matis, à bello quietus recessit ad suos.		
	6 Matthias Pannoniæ rex castellum Turcarum	37	1476
	ad ripam Saui fluminis trigínta diebus expu-		
	gnat ingenti gloria.		
	Venetijs Petrus Mozenicus dux moritur, in		
	cuius locū Andræas Vendrāminus sufficitur.		
	Ferdinandus rex Hispaniæ in agro Numanti-		
	no Portugalliæ regem profligat.		
	Nicolaus Estensis, qui de imperio ciuitatis		
	cum Hercule dissidebat, Ferrariam clàm in-		
	gressus primo Septembris, primo impetu ad-		
	uersarios exterruit, mox concursu Sigismun-		
	di fratris Herculis eiectus urbe palude latitās		
	capitur, nec multo post capite obtruncatur,		
	adolescens omni uirtute insignis.		
	Ioannes de monte Regio non minor Anaxi-		

mandro

Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
		mandro Milesio, aut Syracusano Archimede, utraque lingua eruditissimus, Germanorum decus, ob Astronomiam, cæteraq; mathematicas disciplinas à Matthia Pannoniæ rege Nurembergensibusq; perpetuo donatus stipendio, Calendario edito Ephemeridecq;, à nostris Diario dicta, maxima cura, labore, ingenioq; composita, inductis nouis Astronomiæ tabulis, reprobatisq; Gerardi Cremonensis Theoricis, Romã ad emendandum Paschalem Dionysij computum à Sixto IIII Pontifice accitus, dum pleraq; posteritati parat, non sine maxima studiosorum iactura morbo periit: Vsus est præceptore Georgio Burbachio Germano in Mathematicis excellentissimo, cuius Theoricæ scientissimæ impressæ circunferuntur.		
	6	Galeatius Maria Mediolani dux, ob iram erepti sibi fundi à Ioanne Andræa Lamprognino nobili Mediolanensi, eo die qui protomartyri Stephano celebris habetur, in ipsius martyris templo ad aram incautus confoditur.	38	1477
B		Carolus Burgundionum dux, qui Belgis ferè omnibus imperabat, dum Lingones Treuirosq; debellat, apud Venacoum oppidum in Treuirorum finibus magno prælio, quo ad horas 30 continenter pugnatum est, uictus occiditur.		
		Frumenti precium per uniuersam fermè Italiã, ac Romæ maxime ob anni intemperiem auctũ est, adeo ut libra assibus tribus uenierit.		
		Genuenses morte Galeatij Mariæ Mediolanensiũ ducis sese in libertatem uendicarunt, factione Fiscorum populum concitante, sed non multo post Spinulis atque Adornis contrariæ factiones annitentibus uicti in Mediolanensis potestatem redacti sunt.		
	7	Ludouicus Galliæ rex, VI Idus Februarij Venetos in fœdus accepit, quod cum Ioanne duce Philippo Maria Mediolani duce, Florentinis, Herculeq; Estensi Ferrariæ duce antea percusserat.	39	1478
		Assanbetus Hazoncassanus Parthiæ, Persiæ,		

Anni mũdi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
	Mediæ, Mesopotamiæ & Armeniæ rex, magnæq; Orientis partis, quam armis ditionis suæ fecerat, post ingentia facinora diem supremum obijt: Cuius filius maior natu cæteris fratribus interfectis, paternum arripuit imperium.		
	Veneti, cum sextum decimum annum suis armis ac sumptibus terra mariq; cum Mahumeto Othomano, Græciæ Asiæq; Imperatore pugnassent, uiderentq; non dubie in Italia ceruicibus suis bellum imminere, Nonis Aprilib: cum eo inducias egere: Interimq; dum pacem componunt, Ferdinandus Neapolis rex cum genero Matthia Hungariæ rege, quam antiquitus Pannoniã superiorem dictam putant, omnia apud illum irrita reddidere.		
	Ferdinandus Neapolis rex cum pacem qua Italia uigebat labefactare studuisset, ascito sibi Hieronymo Fori Cornelij, quam Imolam nostri dicunt, Comite, Raphaëlem Diaconum Cardinalem diui Georgij, nepotem Sixti IIII		
	Pontificis ex sorore Comitis Hieronymi, simulq; Franciscum Saluiatum Archiepiscopum Pisanum cum famulitio 300 hominũ Florentiam misit: Incq; diuæ Liberatæ templo Francisco Saluiato Eucharistiam celebrante, composita hora iuuante Ioanne Pacio, uiro maximæ apud suos extimationis, multisq; aduersæ factionis * Iulianũ Medicen confoderunt: Laurentius uero fortiter uulneratus prudentia, consilioq; præcipuo impetus hostiles coërcuit, plurimis factiosis fœde trucidatis, plurimisq; cum Archiepiscopo Pisano suspendio necatis: Florentini uero Cardinalem diui Georgij dum res componerentur retinuerunt.		
	Andræas Vendraminus Venetiarũ dux, senio confectus Nonis Maij moritur: In cuius locũ XV Calendas Iunij Ioannes Mozenicus Petri frater cooptatur, qui ante Andræam Vendraminum classis præfectus procurator diui Marci ob res egregie, pie, feliciterq; gestas ducatum meruit obtinuitq;.		

Forte deest fugatis, aut tale quid.

Sixtus

Anni mũdi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
	Sixtus IIII Pontifex auditis hijs quæ Floren		
	tiæ gesta sunt de Nepote, Archiepiscopoq; Pi		
	sano, hortantibus rege Ferdinando & Comite		
	Hieronymo, Laurentio Medici aqua & igni		
	interdicit, Florentinis bellum indicens.		
	Lodouicus Gonzaga Mantuæ Marchio mori		
	tur, cui Fridericus filius successit.		
	Mahumetus Græciæ Asiæq; Imperator, cum		
	obsidione Croiam Macedoniæ munitissimũ		
	oppidum premeret, undecimũ postq; mensem		
	obsedisset eã in deditionẽ accepit, omnibus pri		
	us ab oppidanis tentatis, quo famem perferrẽt,		
	ut etiam boum coria, equorumq; comederint.		
	Maximilianus dux Austriæ, Friderici Impe/		
	ratoris filius, potenti exercitu in Burgundiam		
	profectus est, & Mariã Caroli ducis iam mor		
	tui filiam in coniugem accepit, & Burgundiæ		
	ducatum ob hanc rem sibi uendicauit.		
	Stella Veneris hoc anno solito decentior de/		
	currere uisa est.		
B	Locustæ per Italiam uagatæ, Brixiæ agrum de/		
	uastarunt.		
	Maxima lues per totam Italiam uagata est,		
	adeo ut Venetijs supra triginta hominum mi/		
	lia perierint.		
	Mediolanenses uero hoc pacto multos per an		
	nos Genuam imperio premebant, eminenti/		
	bus in republica hijs qui Mediolanensiũ par/		
	tes fouebant: Misit itaque Genuam tres trire		
	mes, quibus præfuit Doria imperio: Genuæ		
	Mediolanenses expoliantur, ducatumq; ui &		
	armis expulsis Fregosis ipse consequitur.		
	Alphonsus Calabriæ dux, regis Ferdinandi		
	filius, una cum Friderico Vrbini duce à Comi		
	te Hieronymo Tusciam ingressus Florenti/		
	nos bello petit, quorum agros depopulatus		
	igni ferroq; late uastauit, plurima oppida ui		
	capiens.		
	Florentini, Veneti, Mediolanensesq; Hercu/		
	lem Estensem Ferrariæ Marchionem exerci		
	tus sui ducem constituunt.		
	II Idus Iulij Luna eclypsi laborauit, nec mi/		

Anni mũdi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Annì salutis.
	nus totum fermè lumen solis IIII Calendas Augusti latuit, quod Astronomiæ imperitis maximo miraculo pauoricq; fuit.		
	Veneti graui Hetruriæ bello implicíti, in Macedonia & foro Iulij magnis Othomani copijs uexati, magno reipublicæ detrimento, totiusq; rei publicæ Italiæ aperto periculo, cum longũ in flectendo Pontifice tempus contriuissent, ut ab Hetruriæ bello desisteret, cohortantes ut religioni cõsuleret, oppressosq; Christianos excidio Turcarũ liberaret: Infectis autem rebus ad Ludouicum Gallorũ regem oratorem mittunt, ut Italiæ tumultus comprimeret. Quibus perhumane benigneq; auditis, Sixto IIII Pontifici maximo diem dixit, mox transmissurus in Florentinorũ auxilium Renatum Lothoringiæ ducem, regis Renati Andegauiæ Prouinciæq; ducis ex filia nepotem, Apuliam præreptum auunculi regnum postmodum inuasurum: Et quo hijs maiori studio operaq; incumberet, inducias cum Maximiliano Burgundiæ duce composuit.		
	Ioannes Philippus Maria Mediolanensium dux, ut Genuam rursus in potestatem redigeret XII milia hominum armauit, quibus Robertus Seuerinas è Gallia accitus regis Ferdinandi dux obuiam factus octo milia eorum occidit, qua uictoria Genuam ingressus XIII Calendas Septembris arcem, quam Castelinam ipsi dicunt, præsidium Mediolanensium deiecit.		
	Theodorus Gaza Thessalonicensis, Græce latineq; eruditissimus, traductis absolutissimis Theophrasti de plantis stirpibusq; libris, nec non Aristotelis problematibus, & XVIII de animalibus uoluminibus, non sine magna linguæ utriusq; iactura Romæ moritur.		
	Mahumetus cum incerta spe Scodram Venetorum oppidum obsideret, Ioannem Cernoi Sabiaco ciuitate spoliat, Driuastum Lissumq; ciuitates armis cepit, ciuibus uario tormentorum genere necatis.		

Exercitus

Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
		Exercitus Florentinorum, ac sociorum copiæ cum hostibus inducias agunt.		
		Franciscus Campi Fregosi copijs Ioannis Phi lippi ducis Mediolani, ac exulibus factiõis suæ adiutus, Prosperum Doriam Genua expulit, arce à præsidio Mediolanensium accepta, quã ab impetu Doriæ tutati fuerant, Genuenses libertate donauit, Baptista Campi Fregosi Pe rini filius dux constituitur.		
		Robertus Seuerinas copiarum Genuensium dux eligitur.		
	8	Ioannes Tarraconensiũ, Hispaniæ citerioris, Nauarræ maioris Balearumq; rex, Ferdinando filio Castulonis Siciliæ ac Corsicæ regi mori ens regnum reliquit.	40	1479
		Veneti annos XXVII maximis diutinisq; bel lis per Græciam, Macedoniã & Forum Iulij à Turcis uexati, imminente sibi Italorum non paruo periculo, cũ Mahumeto Imperatore fœ dus percussere, omnibus illi redditis quæ suæ suorumue ditionis fuissent, ac tradita Scodra quã obsidione, cinxerat, spondentes C mille aureos ad duos annos soluturos, quos nobiles alumínis Mercatores cum Imperatore contra xerant. Hoc pacto quoq; conuenere, ut Vene ti Constantinopolim Magistratum mitterent, quem Baillum uocant, qui Venetorum lites solus dissolueret, ob quod singulis annis X mille aureos illi pendebant.		
		Ferdinandus non succedentibus hijs quæ cum Lemo filio Notho ac regina Carlota apud Sy riorum regem agere tentauerat, hunc Assy rij Soldanum dicunt, sacro die Veneris, quo Christi passio à nostris celebratur, Catharinã Corneliam Cypri reginam, Venetosq; magi stratus trucidare constituerat, quibus cogni tis ipse spe frustratus est, proditores uero ma le affecti.		
		Sixtus IIII assiduis precibus minisq; Ludo uici regis Gallorum Concilium prosecuturi, ni à Florentinorũ bello desisteret, non soluen tibus Romanis uectigalia à Pontifice indicta,		

Anni mũdi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
	Palmarum die Florentinorũ interdictum bel lumq; deposuit.		
	Sixtus hortantibus Ferdinando rege ac Co mite Hieronymo, iterum in Florentinos bel lum inijt.		
	Mahumetus ingentibus copijs Pannoniam uexauit, classem in Apuliam transmisit, unde plurimos homines uastatis agris iumentaq; abegit.		
	Finitis inducijs, quas Alphonsus dux Cala briæ cum Florentinis ac socijs egerat, copias in agrum Pisanũ ducit, omnibus igni ferroq; ua statis: quibus haud dissimilia in agro Fori Cor nelij Florentinorũ socij fecere, Comite Carolo fortis brachij Venetorũ ductore feliciter tunc omnia peragentis, qui recta à agrum Pisanum ingressus, hostium castra quibus Pisas obsede rant incendit, omnibus inde fugatis.		
	Genua excusso seruitutis iugo, duce Roberto		
D	Seuerinate oppida quæ unus Fiscorum Ge nuensis Florentinis reddiderat, armorum ui sibi asseruit, cui Caspar filius Seuerinas accur rens, pleraq; illarum in Florentinorum ditio nem iterum redegit.		
	Comes Carolus hostium agros obequitãdo, uno die Perusino agro capto, Perusiam fauore populi cepit, quam deinde reliquit, quod filius Bernardinus Comes cuiusdam loci angustias, quibus partim agrum ciuitatemq; tutari pote rat, reliquisset: Labore autem tot rerum paruo tempore gestarum senio affectus, diem suum maxima cum gloria obijt: Agrum uero Peru sinum eo discedente rursus Pontifex suũ fecit.		
	Mahumetus Turcarum Imperator, icto cum Venetis fœdere, oppido Leucadio, quã nostri sanctam Mauram dicunt, Cephalenia & Hya cintho Leonardum Taucium spoliat.		
	Hercules Estensis Florentinorũ dux, Senen sium agros ingressus populabundus, pleraq; eorum oppida cepit, dissentiente uero ab eo Sigismundo Mantuæ Marchione, non sine su spicione proditionis partem copiarum amisit.		

Ludouicus

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
	Ludouicus Gallorum rex peractis inducijs magna manu Maximiliani Burgundiæ ducis fines ingreditur, ubi uiginti milia militum amisit.		
	Ludouicus Galeatij Mariæ Mediolanensium ducis frater in exilium actus cum Roberto Seuerinate, qui à Genuensibus exautoratus suo ductu auspicijsq; exercitũ ductitabat, Dortonam Mediolanensium ciuitatem capit: finitima uero oppida supra XX unà cum Alexandrinis illis sese dedidere. Quæ postea compositis rebus inter Robertum Bonamq;, Ioannis Philippi matrem, Mediolanensibus restituta sunt.		
	Robertus Seuerinas ad curam Ioannis Philippi ducis electus, exercitus Mediolanensium dux constituitur.		
	Matthias Pannoniæ rex ab Imperatore Friderico III ea lege olim coronatus, ut liberi eius regnum paternum obito Matthia patre non obtinerent, ducta autem uxore regis Ferdinandi filia, cum animaduerteret Bernardus Granensis Archiepiscopus regem pactionibus minime staturum, cum thesauris ac corona, qua Pannoniæ reges coronantur, in Germaniam aufugit: ob quod Matthias Imperatori bellum mouit, Archiepiscopum unà cum thesauris ac corona repetens.		
	Florentini plurimis calamitatibus acti, amissis oppidis cum Ferdinando Neapolis rege maximo suorum detrimẽto inscijs Venetis turpe fœdus percutiũt. Quibus auditis Ludouicus Gallorum rex omnibus Italiæ socijs spretis cũ Venetis tantummodo ratum fœdus tenuit.		
	Pirametus Caramanus Mahumeti copias duce Baizeto filio fudit fugauitq;.		
	Mahumetus Imperator ingenti classe maximáque bellatorum ui Rhodum petens, necquicquam tres menses ibi moratus egit, maiorem partem exercitus amisit, ubi cœlitus CHRISTI IESV ministri propugnantes uisi, nostris miraculo, Turcis terrori fuere maximo.		

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
		Pinus Ordelaphus Fori Liuij princeps, Comitis Hieronymi ductor, cum consilio atque opera Hieronymi unicum sibi filium Nothum apponendum cognouisset, interfecto ministro qui id facturum promiserat, ab Atrei exercitu fugiens Venetis adhæret.		
	9	Matthias Pannoniæ rex in insulam Coriciam, quæ à nostris Vegla dicitur, ditionis Comitis Ioannis Franscapani, exercitum mittēs, capto Fulcinio oppido, quod nunc Muschium nuncupatur, iamiam insula potiebatur, ni eum Veneti, memores antiqui sui iuris esse Pannonias, ab eius imperio prohibuissent: Veglienses Venetorum armis defensi, ob tyrannidem Comiti infensi liberatoribus antiquis dominis sese dedidere. Comes uero Ioannes publicis sumptibus Venetijs uitam ducit, quoad inter se ciuesq; suos res componantur.	41	1480
		Pinus Ordelaphus Fori Liuij princeps, unicū filium Nothum sub tutela coniugis relictum moriens principē ditionis suæ constituit, quem		
D		Francisci Ordelaphi liberi cum ab imperio eijcere tentassent, Veneti armis tutati sunt.		
		Comes Hieronymus Ceruiam Venetorum oppidum proditione tentauit.		
		Veneti Sixtum IIII Pontificem unà cum comite Hieronymo sibi socios reddidere.		
		Iudæi oppidum Motam incolentes, quæ est in finibus agri Taurisani & Fori Iulij, haud dissimiliter quàm superioribus annis Tridenti egerant, puerum mactauerunt: quorum tres Venetijs atroci, sed merito supplicio concremantur.		
		Exules Senensium, armis Alphonsi regis Ferdinandi filij, maximo tumultu patriam repetunt.		
		Matthias Pannoniæ rex ingenti exercitu Missiam ingressus, quam nunc Valachiam dicūt, nihil memoratu dignum fecit.		
		Macedones tumultu præsidio Turcarum eiecto trucidatoq; Scodra potiuntur, quam retinere diffidentes in Apuliam aufugiunt.		

Galeotus

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
	Galeotus Manfredus fori Semproniĩ seu Fa		
	uentiæ princeps, nepotes ex sorore filios Fran		
	ciſci Ordelaphi in tutelam acceptos in forũ Li		
	uiĩ ducens, coniugem Pini filiumq; Nothum		
	in arce obſedit, quã cum oppugnare cœpiſſet,		
	exercitus Comitis Hieronymi eum urbe expu		
	lit. Capta uero arce, interemptoq; Pini filio,		
	ipſe ciuitatis imperio potitus eſt.		
	Exercitus Mahumeti ualida claſſe, multisq;		
	hominum milibus in Apuliam traiiciens, deci		
	mo ſeptimo die Lidruntum expugnat, Beſtias		
	oppidum ad Garganum ſitum totum demoli		
	tus infinitis cædibus quocunq; diſcurrens, o/		
	mnia ferro igneq; perdendo, Alphonſum Ca		
	labriæ ducẽ relicta Senarum obſidione ad de/		
	fenſandam Apuliã, Pontificis omniumq; Fer		
	dinãdi ac ſociorum copiis redire coẽgit, ingen		
	ti comparata claſſe.		
	Ludouicus Gallorũ rex expletis inducijs cum		
	Maximiliano Burgundiæ duce, ad expugnan		
B	dam Doblam triginta hominum milia in Bur		
	gundiam mittit, quos ad internitionem Dob		
	lenſes necarunt. Hijs indignatus Ludouicus		
	ualidioribus copijs urbem cingens captam ad		
	ſolum euertit.		
	Stephanus Francapanus ex Comitibus Si/		
	gnæ, quæ forte ab antiquis Sentaquin dicta		
	eſt, in Noritiorum finibus moritur, in cuius di		
	tionem Matthias Pannoniæ rex aduolauit.		
	Franciſcus Philelphus græce latineq; apprime		
	eruditus, pluribus utriuſq; editis monumentis		
	octogenarius Florentiæ moritur.		
	Cleda Coriondolus Stratiotarũ equeſtribus		
	ornamentis donatus, Peloponneſi ductor, ſuo		
	ductu auſpicijsq; rupes Maniæ ingreſſus, hæ		
	ad Tenarum Laconiæ promontorium ſunt,		
	Turcis eas tutantibus, partim interfectis, par		
	tim fugatis Mantineam eius loci oppidum in		
	ſuam poteſtatem redegit.		
	Matthias Pannoniæ rex Boſſimã, Pannoniã		
	inferiorem olim dictam, uexauit.		

Obiectus

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
		Obiectus Doria Genuã ingressus Baptistam Fregosum ex ducatu eijcere conatus est.		
		Matthias Pannoniæ rex ut Bossimam è Mahumeti manibus armis uiq; extorqueret, cum Friderico Imperatore inducias egit.		
	10	Renatus Andegauiæ dux Prouinciæ Apuliæq; rex, quia Alphonsus Tarraconensiũ rex eum priuauerat, trigesimo nono anno post amissum regnũ moriens Carolum nepotẽ cũ priuilegijs regni Siciliæ citra Pharum hæredẽ reliquit.	42	1481
		Rex Scytharũ Getis Iudæisq; stipendiarijs militibus capta in Germaniæ finibus equitũ Regionis Alemannorũ ciuitate, omni sæuitiæ genere in mares ac fœminas usus est.		
		Sex milia Turcarũ ad Manteniam rupesq; Maniæ expugnandas missa, à Cleda Coriondolo interficiuntur.		
		Ferdinandus omnia oppida quæ ceperat Alphonsus filius Florentinis restituit, uno excepto quo ab hijs fœderibus staretur.		
		Alphonsus regis Ferdinãdi filius multis prius acceptis cladibus, suis suorumq; copijs Lidrun tum ualida obsidione cinxit.		
		Cleda armis Mahumeti cõpulsus, pridie Idus Aprilis in Apuliam fugiens Manteniam rupesq; Maniæ reliquit.		
		Mahumetus Græciæ Asiæq; Imperator, dum in Orientis expeditionẽ proficiscitur, post ingentia facinora terra mariq; gesta, non sine ueneni suspicione v Nonas Maij in exercitu suo moritur, anno imperij Constantinopolitani 27, mense 11, die 5.		
		Mortuo Mahumeto ingẽs tumultus Constantinopolin inuasit, alijs Baizetũ in Imperatorẽ poscentibus ex liberis natu maiorem, alijs Zaliabum minorẽ: uicerunt tamen partiũ Baizeti studiosi: dumq; Constantinopoli abest, nam in Caramanum copias ducebat, eius filius in statione imperij constituitur.		
		Sexto autẽ decimo Cal. Iunij Baizetus Constantinopolin ingrediens imperator salutatur.		
		Zaliabus cognitis hijs quæ Constantinopoli		

gesta

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
	gesta sunt, Asiæ imperiũ cupiens obtinere, Prusam, quam nostri Bursam uocant, ex finibus Assyriæ rediens accepit.		
	Mortuo Impatore Mahumeto, Nicolaus dux Gigni Macedoniã ingressus, amissam ditionẽ ingenti Turcarum strage cõsequitur: nec dissimiliter agit Ioannes Cernoi, qui tandem compositis rebus cum Baizeto Imperatore, cum sua præter Sabiacum ui cepisset, Imperatori tributa pendens omnia libere tenuit.		
	Renatus Lothoringiæ dux, Renati Andegauiæ Prouinciæq; ducis ex filia nepos, ægreferẽs se exhæredatũ, copijs Ludouici Gallorum regis prouinciã ingressus, Carolum imperio hæreditarijsq; titulis spoliaturus, circa Massiliam diu moratus nec quicquam agere potuit.		
	Baizetus Imperator Zaliabo fratre Prusa fugato paternum Asiæ imperium obtinuit.		
	Hijs tẽporibus Matthias Pannoniæ rex omne imperiũ Turcarũ ex Danubio eiecisset, ni ductor Friderici III Imperatoris exercitus Pannoniã ingressus, inscio Impatore omnia popu		
	lationibus, igne, ferroq; uastanda ad sua defensanda redire coegisset: qbus cognitis indignatus Imperator Fridericus exercitus ductorem acrius increpans prohibuit.		
	Stephanus cognomine Chauobiona Episcopus, Misiæq; inferioris, quam forte nostri Valachiã inferiorẽ dicunt, Vaiuoda, quo nomine Barbari Principẽ significãt, Baizetũ Turcarũ Imperatorẽ inita Matthiæ Pannoniæ regis societate, ui & armis Misia superiore spoliauit.		
	Leonardus Tauchus classe à copijs regis Ferdinãdi Leucadiã, Zacinthũ, Cephaleniãq;, Ionij maris insulas petẽs, res suas asserturus spe frustratꝰ.		
	Alphonso Ferdinãdi regis filio Turcæ, audito Mahumeti Imperatoris obitu saluis rebus sese dedidere, quos deinde in mancipia detinuit.		
	Ioannes Castrioti Alexãdri filius, cognomine Scanderbechi, Baizetũ Impatorẽ ditione paterna spoliat, quã Mahumetus armorũ ui suã fecerat.		
	Rex Ferdinãdus Aulonis spe frustratus classe Chimeram dolo capit.		

Ludouicus

C

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
		Ludouicus Sfortia Galeatij Mariæ Mediolanensiũ ducis frater, ad remp: gubernandã accitus, Ioannẽ Philippũ ducẽ in arcẽ fugauit, Bonã Ioannis Philippi matrẽ ad fines Viagrassæ custodiendã mandauit, Robertũ Seuerinatem Mediolano profugum abire cogens ipsius copias Constantio Pisauri principi commisit.		
		Baizetus Imperator Turcarũ Pisanũ oppidũ è manibus Pannoniæ regis astu eripuit.		
		Bernardus Rilla marinus pirata Venetorũ insignis, illis inscijs pleraq; Baizeti Impatoris Turcarum loca igne ferroq; depopulatus maxima præda deinde abijt: quibus indignatus Baizetus, existimans id Venetos egisse, agrum Iaddere depopulatur.		

MATTHIAE PALMERII PISANI CHRONICON FINIT.

D



ERVDITI CVIVSPIAM TEMPORVM CONTINVATIO.

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
6681	11	MARIA ducissa Burgundiæ, Maximiliani coniunx uenando equo lapsa moritur.	43	1482
		Eo tẽpore fames & febris pestilẽs homines ad insaniã adigẽs ex uermibus in capite natis famẽ illa secuta, multos mortales inuasit atq; ademit.		
		Aria prope Morinos à Gallis obsidetur, & tandem se dedidit.		
		Inter Belgas & Gallos fœdera pacis Attrebati sunt tractata atque confirmata.		
		Edoardus rex Angliæ moritur.		
	12	Ludouicus huius nominis XI rex Franciæ diem clausit extremum.	44	1483

Carolus

iste Eruditus est IOANNES MVVALLIS [al. Multivallis] TORNACENSIS, ut constat ex Eusebio ther. et palmerijs quos Henricg Stephany edidit A. 1512. in 4°. ubi hæc Epta legitur.

Ioannes Mvvallius Tornacensis Lectoribus salutem.

Cum Eusebio novum in principio indicem adiecerim: aquum mihi visum est, ut interhoc opus in officina dirigendum, quod in Anno christi 1481 finem suum contraxerat quicquid a tempore illo ad diem usque emissionis eius, memoriã posteritatis dignũ audiuissem paucis tanquam pro anno tamento prioribus adiungerem. ut completig esset hoc chronicon: et haberent promptig harum rerum studiosi, consulere Historias, quæ materiam eandem diffusius tractabunt. Ergo qui hæc legent boni consulant, et laboribg nostris non detrahant. Valete.

Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
		Carolus VIII eiusdem filius, Francorum regnum susceptt gubernandum.		
	13	Initia bellorum inter Gallos & Britannos.	45	1484
		Graculi & picæ magno numero ad aliquot miliariorum spatia in aëre confligentes, belli ostentum præbuere.		
	14	Henricus septimus tunc pfugus auxilio regis	46	1485
		Caroli fretus, occiso Ricardo regno Angliæ potitur.		
		Carolus VIII rex Annam Britanniæ Ducissam desponsat, ducitq; in uxorem.		
	15	Maximilianus Francofordiæ cõmuni Electorum uoto rex declaratur.	47	1486
		Põtifex SIXTVS IIII patria Saonensis, ordinis minorũ Generalis, uir maximo certe ingenio, præcipua doctrina & uigore, nã de diuina & supramundana dei potentia, librumq; de sanguine Christi, cõpluraq; alia scripsit: In suo quidem Põtificatu, & ante Pontificatũ mitissimæ fuit consuetudinis, in pauperes religiosissimus, omnibusq; religiosis priuilegia, ut ita loquar, cõcessit, anno sui Pontificatus 13 diem clausit extremũ.		
		Defuncto Sixto Põtifice, uacauit sedes dieb: 15.		
	1	Regnum Beticum, quod & Granatæ dicitur, uirtute bellica à rege Hispaniæ obtinetur. Egregium, laudabile & Christianũ facinus decusq; Hispanorum immortale.	48	1487
		Pont. INNOCENTIVS eius nominis VIII, sedit annis 5, mensibus 11.		
	1	Primo & secundo ipsius Pontificatus anno	49	1488
	2	infelix multisq; bellis uexatur Innocentius.	50	1489
	3	Venetos Innocentius Pontifex ab interdicto	51	1490
	4	ecclesiastico, & censura in eos à suo prædecessore	52	1491
6691	5	re fulminata, liberauit & absoluit.	53	1492
		Põtifex maximus Innocentius anno sui Pontificatus 12 fermè peracto moritur, & apud sanctum Petrum magna funeris pompa sepelit.		
		Pont. ALEXANDER eius nominis VIII, Hispanus, annis 11, diebus 8.		
	1	Friderico III Imperatore mortuo, Maximilianus eius filius, qui iam cum patre annis 7 regnauerat, rex Romanorum solus regnat annis	54 MAXI	1493
		MILIANVS Romanorũ rex an: 19.		

Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
	2	Carolus rex Franciæ, Parpigniacum & Rossi-	2	1494
		lionem restituit regi Aragoniæ.		
		Ordo pœnitentium mulierum ex mulieribus		
		publice peccatricibus Parisijs cepit, per prædi-		
		cationem fratris Ioannis Tisserani ordinis mi		
		norum inchoatus.		
		Hermolaus Barbarus Venetus patriarcha A-		
		quileiensis, non sine graui bonarum literarum		
		iactura Romæ moritur.		
		Frater Hieronymus Ferrariensis, qui à Floren		
		tinis propheta credebatur, aduentum Gallorũ		
		in Italiam prædicat.		
		Carolus eius nominis VIII, paulo post exer		
		citum per Italiam ducens Neapolim petit.		
		Angelus Politianus uir eloquentissimus, &		
		linguæ latinæ uindex atq; illustrator, Floren		
		tiæ moritur.		
		Et paulo post Ioannes Picus, Mirandulæ Co-		
		mes, nobilis & admirandus Philosophus Flo		
		rentiæ iuuenis etiam moritur, frustrata multorũ		
		expectatione de multarũ bonarũ literarum, &		
		maxime circa philosophiã & theologiam restitutione.		
		Circa aduentũ Caroli in urbem Romam pars		
		molis Hadriani, quod Castrum sancti Angeli		
		dicitur, collapsa sponte ruit: Romani pro osten		
		to habuere: Ingresso rege Carolo urbem, Ale-		
		xander ob fidem securitatis dedit ei Cæsarem		
		Cardinalem quem unice diligebat, qui ut ua-		
		fer & astutus erat, occulte in itinere aufugit à		
		rege rediens ad Pontificem.		
		Item Alexander Zizymi fratrem magni Tur		
		cæ dederat regi Carolo, sed prius ut suspicatũ		
		est uenenatũ toxico, unde traditus Carolo sta-		
		tim moritur: uolebat enim rex eo uti, ut fertur,		
		missis copijs aduersus Turcam.		
		In assessu Caroli regis ad Neapolim Aquilani		
		se & locum suũ statim dederunt: illi uero qui		
		in munitione erant sancti Germani resistere		
		uoluerunt, sed continuo oppidum obtentũ est,		
		& expugnatum atq; direptum.		
		Hac territus fama rex Alphõsus fugit in Siciliã,		
		relicto regno Neapolitano Ferdinando filio.		

Carolus

Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
		Carolus Neapolin aduenies, à ciuibus admittitur: Hijs succeſſibus acceſſit Apulia, Calabria & Lucania.		
6695	3	Cui parto regno, rebus compoſitis & legibus poſitis, in Gallias reditum paranti, Ludouicus Sfortia Mediolanenſium dux, & Veneti cum multa armatorum copia impedimentũ parant ad Tarum, ſiue, ut uocant, Fornouiũ, ne in Galliam tranſire poſſet, quorũ fruſtrati fuere conatus, ut potius qui ſe fore arbitrantur obrecentem & multo copioſiorem militem uictores uictos credat poſteritas.	3	1495
		Non multo poſt Neapolitani à rege Galliæ defecerunt, Ferdinandumq; in regẽ ſuſceperunt.		
		Carolus rex in Caſtro ſuo Amboſiæ diem ſuũ claudit, cui ſucceſſit in regnum Ludouicus huius nominis duodecimus.		
		Rex Ludouicus huius nominis XII, Annam Britanniæ reginam à Carolo relictam uxorem ducit.		
		Exercitus apparatum mittit Aſtam, in qua recepto exercitu & accelerante in Alexandria, celerius omniũ opinione in poteſtate Ludouici XII Gallorũ regis redactam, Ludouicus Sfortia cum theſauro ſuo in Germaniam ad Maximilianum Cæſarem ocyus contendit.		
	6	Bellum hoc tempore habitũ inter Heluetios & Sueuos, in quo quidem bello ſuperãtur Sueui in loco qui dicitur Septem eccleſiarum.	4	1498
		Fauentia à duce Valentino pro Põtifice capit.		
		Catharina domina Foroliuij, ab eodem capta Romam adducitur.		
	7	Galli Mediolanũ ingrediuntur, & ſexto quo ingreſſi menſe ab eodem loco expelluntur.	5	1499
6700	8	Ludouicus Sfortia dum perſequitur hoſtem, in manus hoſtium deuenit, & in Gallias omni perdito dominio adducitur, ubi tandem naturali fato conceſſit.	6	1500
		Aſcanius Cardinalis Ludouici frater, in fuga capitur, & tandem à Venetis regi Gallorum traditur.		
		Alexander Iubileum concedit.		

Anni mũdi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
		Emmanuel Lusitaniæ rex naues ad Indiã mit		
		tit,& res claras ac memoria dignas aggreditur,		
		quæ narrante Alonio Cadamusto Veneto,qui		
		illius peregrinationis comes fuit,cognitæ sunt.		
		Ioseph Indus Alexandro VI Romæ res Chri		
		stianas Presbyteri Ioannis & ecclesiarum Ori		
		entalium ultimæq; Indiæ nostris satis similes		
		narrat.		
	9	Philippus Archidux amicitiam firmat cum	7	1501
		rege Gallorum,& in Hispaniam ad socerum		
		& socrum reges transit.		
		In Germania multis in locis liuores instar do		
		minicæ crucis, & insigniũ passionis Domini		
		uestimentis & corporibus tam uirorum quàm		
		mulierum inopinato apparuerunt.		
		De Siali Ismaële,id est,propheta Ismaële,qui		
		dicitur Sophi,Persarum rege,rumor mirabilis		
	10	cœpit audiri.	8	1502
		Neapolis,missis à rege Gallorũ copijs,iterum		
		in regis Gallorum uenit potestatem.		
		Fridericus eorum rex in Galliam uenit.		
		Pont. PIVS II, natione Tuscus Saonen		
		sis,sedit diebus 17.		
		Hunc ferunt diui Petri Apostolorum princi		
		pis uestigia imitatum.		
	1	Comes Rauenstanus classem ducit in Turcas,	9	1503
		qui rebus infelicitter apud Mitylenem actis uix		
		se in Galliam recepit.		
		Pio Pontifice mortuo,uacauit sedes dieb: 14.	10	
		Alexander VI moritur,cui succedit Pius III,		
		qui paucos dies uixit.		
		Pio III suffectus est Iulius II.		
	1	Iulius Papa II, natione Ligur, Saonensis	11	1504
		consecratur.		
		Arturus Henrici VI regis Angliæ filius,Ma		
		riam regis Aragoniæ filiam duxit in uxorem.		
		Portus magnus Mauritaniæ Cæsariensis in		
		Africa à rege Hispaniæ obtinetur.		
		Philippus Castellæ princeps,Archidux Au		
		striæ, classe Hispaniam petens aduerso uento		
		unà cum coniuge compelluntur in Angliam,		
		unde secundis flatibus restituti, prius muneri		

bus magni

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
		bus magnifice à rege insulæ donati, abiere, suam nauigationem in Hispaniam peragentes.		
	2	Omnes in regno Granatæ coguntur aut fidem Christi suscipere, aut è regno migrare. Ex altera parte Africæ regnum Magnicongo regi Lusitaniæ fœderatũ fidem Christi suscipit.	12	1505
	3	Sophi & Turca in Asia confligunt, & cæsis multis Turcis narratur Persa euasisse superior. Cometes per aliquot dies apparuit. Philippus Castellæ Princeps, Archidux Austriæ in Hispania moritur. Bohemi Germaniam intrant loca depopulantes & uastantes, quibus occurrens Maximilianus rex statim impetum reprimit atq; interimit. Rex Romanorum aduersus Comitem Palatinum confligit, debellat & uincit. Iulio Pontifici maximo Bononia restituitur, pulso Ioanne Bentiuolo.	13	1506
	4	Genuenses, qui paulo ante rebellauerant, & suos nobiles expulerant, citius omni opinione à Ludouico duodecimo Gallorum rege superantur, & acceptis quibuscunque legibus in deditionem ueniunt. Paulus de Nouis tinctor, quem ducem eorum Genuenses creauerant, ex conflictu per mare fugiens à classe Gallica capitur, & decapitatur Genuæ. Sponsalia contrahuntur inter Carolum Principem Castellæ, Archiducem Austriæ, & Mariã	14	1507
	5	Henrici septimi Anglorum regis filiam.	15	1508
	6	Pisani in potestatem Florentinorum ueniunt. Veneti instructis utrinque aciebus cũ Ludouico Francorũ rege confligũt, à quo obtinetur in campo, & Bartholomæus Daluianus dux exercitus eorum captus primũ ducitur Mediolanũ, deinde in Galliam. Veniunt in potestatem Gallorum Brixia, Bergomum, Crema, Cremona, & reliqua quæ rex sui iuris esse causabatur. Mirabiles & inauditi terræmotus urbem Constantinopolim uexauerunt, domus innumeræ & arces ruerunt: arx præcipua tyranni collapsa	16	1509

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
		est, ut tyrannus, qui nunc est magnus Turca, aliò confugere compulsus sit. Populus multus, & prociues quamplurimi turbine intercepti interiere.		
		Maximilianus Cæsar Veronam, Patauium, Teruisium, & suorum sociorum quamplurima à Venetis recuperat.		
		Iulius secundus Seruiam, Rauennã, Imolam, Fauentiã, Foroliuiũ, & reliquas ecclesiæ terras, quas detinebant Veneti, obtinet.		
		Rex etiam Hispaniæ Brundusium, Tarentũ, & alia ab eisdem detenta suæ ditionis recuperat loca.		
		Oranum in Africa ab Hispanis capitur.		
		Septem homines syluestres ex ea insula, quæ terra noua dicitur, Rothomagũ adducti sunt, cum cimba, uestimentis & armis eorum. Fuligínei sunt coloris, grossis labris, stigmata in facie gerentes, ab aure ad medium mentum instar liuidæ uenulæ per maxillas deductæ: Crine nigro & grosso, ut equina iuba: Barba per totam uitam nulla, neque pubes, neque ullus in toto corpore pilus, præter capillos & supercilia: Baltheum gerunt in quo est bursula quædam ad tegenda uerenda: idioma labris formant, religio nulla, cimba eorum corticea, quam homo una manu euehat in humeros: Arma eorum, arcus lati, chordæ ex intestinis aut neruis animalium: Sagittæ cannæ saxo aut osse piscis acuminatæ: Cibus eorum carnes tostæ: potus, aqua: panis & uini & pecuniarum nullus omnino usus: Nudi incedunt, aut uestiti pellibus animalium, ursorum, ceruorum, uitulorum marinorum, & similium. Regio eorum parallelus septimi climatis, plus sub occidente quàm Gallica regio supra occidentem.		
		Apud Bernam Heluetiorum obgannientes in purissimam intemeratæ uirginis conceptionẽ comburuntur, magna Bernensibus gloria, iniuriarum semper benedictæ uirginis ultoribus.		
	7	Iulius Põtifex maximus recõciliatur Venetis,	17	1510

& exercitũ

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
		& exercitum ducens Mutinam capit, & Miran dulam, quam Ioanni Francisco Pico loci do/ mino restituit.		
		Bugia in Africa obtinetur ab Hispanis.		
		Terræmotus magni quatiunt Florentiam, Ra uennam, Venetias, Forum Iulium, & pleraq; alia loca cum magno incolarũ terrore in Italia.		
6710	8	Mirandula recuperatur à Gallis, & Mutina Maximiliano regi traditur, Bononia deficit à Pontifice.	18	1511
		Concilium Gallicanum celebratur Turonis.		
		Idem continuatur Lugduni.		
		Tripolis in Africa obtinetur ab Hispanis.		
		Augustæ Vindelitiæ uirgo quædã esse fertur nomine Anna, supra quadragesimum agens annum, neque edens, neque bibens, neq; ege/ rens, neque dormiens, quæ pijs meditationi/ bus in tanta uigilia gratia Saluatoris miranda & stupenda operantis sustinetur. +		
		Generalis Concilij initia tentantur Pisis.		
		Concilium generale petente Maximiliano Cæ sare & Gallorum rege, & multis Cardinalibus adhærentibus & assistentibus.		
		Emergentibus causis Concilium è Pisis trans/ latum est Mediolanum.		
6711	9	Pontifex nouum parat exercitum, descendunt Heluetij Insubrium terras uastantes ad confi nia Mediolani. Brixienses à Gallis ad Vene/ tos deficiunt suscepto præsidio Veneto. Item & Bergomenses re infecta abscedunt: Helue tij neque præbentes, neque conflictum susci/ pientes.	19	1512
		Brixienses continuo à Gallis superantur, ro/ bur Venetorũ cum ciuibus ad multa milia cæ/ duntur: urbs Brixia miserabiliter diripitur: ira dei credita est.		
		Galli hac parta uictoria ad exercitum Pontifi cis, qui se prope Rauennam receperat prope/ rant: congrediũtur, cruenta cõmittitur pugna, succũbit exercitus Pontificis & auxiliariũ eius: Capitur Petrus de Nauarra, qui fuerat pro par te Pontificis: & ceciderũt utrinq; Campiducto/		

res multi

+ sed postea fuerq cum Gallis

	Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
		res multi: inter quos cecidit dux Nemoriẽsis,		
		ductor exercitus Gallorum.		
		Finito hoc bello Rauenna à Gallis diripitur.		
		Rauennæ paulo ante natum fuerat monstrum		
		cornu in capite, alas habebat, brachia nulla,		
		pedem unum ut auis rapax, oculum in genu,		
		sexum utrunque, in medio pectore ypsilon &		
		crucis effigiem.		
		Aliqui interpretati sunt: cornu, superbiam:		
		alas, leuitatem & mentis inconstantiam: ca/		
		rentiam brachiorum, defectum bonorũ ope		
		rum: pedem rapacem, rapinam, usuram, &		
		omnimodam auaritiam: oculum in genu, so/		
		lum ad res terrenas mentis deflexionem: u/		
		trunque sexum, sodomiam: Et propter hæc		
D		uitia Italiam sic nunc bellicis contritionibus		
		quati. Regem autem Franciæ non sua uirtu		
		te id facere, sed solum esse dei flagellum: y		
		uero & + signa esse salutis: Nam ypsilon fi		
		gura est uirtutis. Ideo si ad uirtutem recurrãt		
		& ad Christi crucem, ab hijs pressuris & tribu		
		lationibus inueniat respirationem & pacem		
		conquassationibus desiderabiliorem: quam		
		dare dignetur CHRISTVS in omnia		
		secula benedictus. Amen.		

ERVDITI CVIVSPIAM CHRO
NICON FINIT.

Anno dñi 1545 dux Iuliacẽ[sis] Clue[n]s CLARISSIMO
Adolphus honoratus Imperatori Vno honorato
et planeta coniũct 98 datarijs / de quo libri in domo dñi
Arnoldi a Brgg 24 Julij anno dñi 71 / ad quem magno
pho rũ ambas[iatores] hom[ines] dñi

CLARISSIMO VIRO, DOMINO THOMAE MORO, ANGLIAE BARONI, SERENISSIMI ANGLIAE FRANCIAEQVE REGIS A CONSILIIS, AC DVCATVS LOACASTRIAE CANCELLARIO &c. IOANNES COCHLEVS S. P. D.

INueni hic, optime ac eruditissime More, in bibliotheca Diui Stephani Chronicon Cassiodori, libellum quidem paruulum, sed Romana nobilitate insignem, eruditisq; omnibus merito desyderabilẽ. Is tuis potissimum auspicijs in publicam lucem post longas tenebras exire gestit: quia neq; inter eruditos, neq; inter magistratus reiq; publicæ consultores quisquam hodie uiuit, qui mihi uideatur in omnibus Cassiodori similior quàm tu es. Nulli profecto detrahere, nullum cõtemnere est animus: Scio multos eximia eruditione illustrare seculum hoc nostrum, uideo in republica magna nonnullos autoritate pollere, dexteritate moderari, honoribus fulgere. Sed qui sic coniunxerit eruditioni omnigenæ cunctas uirtutes politicas, & quidem summa cum pietate ac bonitate, ut olim Cassiodorus, præter te equidem, bona omnium pace dixerim, neminem noui. Patere igitur æquo, precor, animo, hunc paruum magni autoris libellum nomini nuncupari tuo, ut per te Romana iuuentus, belli calamitatibus misere nunc afflicta, nõnihil consolationis ex hoc breui libello accipiat, dum antiquæ nobilitatis suæ pulcherrimã hanc certa, licet longissima ualdeq; numerosa Cõsulum serie imaginem intuetur & agnoscit. Habet autor iste eruditionis quidẽ ac pietatis suæ certissima in suis super Psalterium Commentarijs testimonia. Probitatis autem & prudentiæ iustitiæq; eius integritatem ac omnimodum dignitatum fulgorem ex XII libris Epistolarum eius liquido cognoscet, quisquis felix eorum librorum possessor est. Quos utiq; simul cum nonnullis alijs eius opusculis editurus erã, si mihi Romæ, ubi eos reliqui, ut cũ exẽplari quod in bibliotheca Vaticani erat aliquando conferrem, à militũ direptione salui permansissent. Ex innumeris autem publicisq; de eo eiusq; parente testimonijs, unum aut alterum paucis hic referam. De patre quidem eius ita scripsit ad Sena-

» tum rex Theodericus: Meministis P. C. & adhuc recentium uobis rerũ me- Lib. 1 Epi-
» moria ministratur, qua moderatione Prætoriano culmini locatus insederit, & stola 4.
» euectus in celsum inde magis despexerit uitia prospectorum, iunxit bene cum
» uniuersorum gaudijs nostra compendia, ærario munificus & iuste soluentibus
» gratiosus. Sensit tunc respublica ex illo cœtu Romuleo innocentiæ uirum, qui
» se moderando glorioſum fecerit: hoc tamẽ maius contulit, quia bonæ actionis
» exemplum sequentibus reliquit: Pudet enim eum peccare qui laudatis uidetur
» potuisse succedere. Fuit itaq;, ut scitis, militibus uerẽdus, prouincialibus mitis,
» dandi auidus, accipiendi fastidiosus, detestator criminis, amator æquitatis &c.
» Ad ipsum autem Cassiodorum filium in Præfecturam Prætorianam mox euehendum, ita scripsit rex Athalaricus, Theodorici regis & nepos, & in regno suc-

Lib. 9. Epistola 24. cessor: Erat planè, inquit, quod in te prædicaret Dominus auus noster eximiũ, animũ ad promerẽda beneficia patulũ, & contra uitia cupiditatis obstructũ, dũ
» nescio quo pacto raro est in hominibus manus clausa & aperta iustitia. Nesci-
» uit quisq; de te submurmurare contraria, cũ tamen de principali gratia sustine-
» res inuidiã, derogare cupientes uicit integritas actionis. Et post pauca: Quapro
» pter iuuãte deo, quo autore cũcta prosperãtur, ab Indictione XII, in Præfectu-
» ra Prætoriana te suggestu atq; insignib: collocamus, ut ꝓbatũ iudicẽ sine me-
» tu Prouinciæ suscipiãt, quas hactenus cognouimus improborũ actione fatiga
» tas. Sed quãuis habeas paternã Præfecturam Italico orbe prædicatã, aliorũ tibi
» tamẽ exẽpla non ponimus, uetera moribus tuis & omniũ uota cõplesti. Et in-
» fra: Constitue & huic regulã dignitati, qui anteactis fascibus mirabilis continẽ
» tiæ exẽpla præbuisti: Nam licet omnes penè honores summos æqualiter egeris,
» habes tamen proposita cõscientiæ bona, ubi nullã decet esse mensurã &c. Idem
» ad Senatũ: Cumulauimus quidẽ, inquit, P. C. beneficijs nostris copiosum uir-
» tutibus, diuitẽ moribus, plenũ magnis honoribus Senatorẽ, cuius si merita cõ-
Lib. eodem Epistola 25. sideretis, debemus etiã quod soluimus. Qua enim cõpensatione cõmendãdus est, qui aures Dominantiũ luculenta sæpe prædicatione cõpleuit? dignitates si-
» bi creditas eximia grauitate tractauit? & uisus est tẽpora facere quæ merito lau
» darẽtur in principe. Credimus P. C. & si adhuc referre uolumus, beneficia col
» lata superantur. Nostris quoq; principijs quanto se labore cõcessit, cũ nouitas
» regni multa posceret ordinari? Erat solus ad uniuersa sufficiens, ipsum dictatio
» publica, ipsum cõsilia nostra poscebãt, & labore eius actũ est ne laboraret im-
» perium &c. Hæc & id genus plurima extãt de huius autoris, qui peculari quo
dam insigni miroq; priuilegio proprie Senator dictus est: quemadmodũ Philo
sophus Aristoteles: Poẽta Virgilius: Propheta Dauid, uirtutibus testimonia
publica. Quæ ideo ꝓlixius q̃ decet, fateor, præliminari Epistola referunt, ut eò
certior fiat de Consulũ serie Lector, quã à tanto uiro, qui & ipse Consul ordi-
narius fuit, collectã esse cognouerit. Atq; ut de reliquis opusculis eius ad com
munem utilitatẽ peruestigãdis tanto quisq; fiat diligẽtior, quãto autor iste in-
ter omnes doctores Ecclesiasticos dignitatũ seculariũ honore summa cum inte
gritate religiõeq; & pietate præfulsit. Quãuis enim reges eius essent Ariani, ipse
tamen fidelissime perpetuo tenore catholicæ Ecclesiæ partes defendit, uti pro-
bant diuersi eius in re theologica tractatus, et propria eius uerba, quæ in Præfe
Lib. 11. Epistola 3. ctura ad Papã Ioannem II scripsit: Mihi filio, inquit, uestro intelligẽtiæ sensus
aperiat, ut quæ uere sunt utilia sequar, quæ uitãda refugiã. Talẽ denicq; iudicem
» excipiat publicus actus, qualẽ filiũ catholica mittit Ecclesia. Sum quidẽ iudex
» Palatinus, sed uester nõ desinam esse discipulus: nam tũc ista recte gerimus, si
» à uestris regulis minime discedamus. Et quod adhuc mirabilius est, magisq; pi
um ac religiosum, relicto tandẽ seculo cũ omnibus honoribus dignitatibusq;
imperij, monasticã uitam ita suscepit, ut monasteriũ Viuariense, nõ longe a Ra
uenna situm, amplissimis cẽsibus donauerit, uarijs ædificijs ornauerit, ac locu-
pletissima instruxerit bibliotheca. Id quod latius cognoscet dignusq; mirabi-
tur, qui introductorios eius ad fratres Viuarienses legerit libros. Huius igitur
innocentissimi uiri libellum, More disertissime, pro tua erga cunctos humanita
te studioq; & amore antiquitatis, læta, ut soles eruditissima quæq; perlege frõ-
te: Quem, ne peruitate sua intercidat, reliquis Chronographis adiunget Joan-
nes Sichardus. Bene uale decus seculi nostri singulare. Ex Mogũtia III Idus
Nouemb. Anno M. D. XXVIII.

M. AVRELII

MAGNI AVRELII CASSIODORI

Senatoris v c. & Inl. Exquæstoris sacri Palacij, Exconsulis Ord. Exmagistri Off. Præf. Præt. atque Patricij in Chronicon ad Theodericum regem præfatio.

Apiĉtia principali, qua semper magna reuoluitis, in ordinem me Consules digerere censuistis, ut qui annum ornaueratis glorioso nomine, redderetis factis † ueritatis pristinæ ueritatem. Parui libens præceptis, & librariorum uarietate detersa, operi fidem historicæ auctoritatis impressi: quatenus uester animus per inlustres delectatus euentus blãdo compendio longissimam mundi percurratætatem.

Ab Adam primo homine usq; ad diluuium, quod factum est sub Noë, colliguntur anni II CC XLII.

Diluuium autem factũ est propter Gigantum nimiam feritatem, qui corporis magnitudine pariq; animi sæuitia prævalẽtes, humanitatis ius omne confuderant.

Età diluuio usq; ad Ninum, qui primus omnium apud Assyrios regnauit, anni DCCCXCIX.

REGES ASSYRII.

Ninus itaq; regnauit apud Assyrios annis LII. Huius imperij anno XLIII natus est Abraham. Is etiam condidit Niniuen.

Semiramis uxor Nini regnauit annos XLII. Hæc Babyloniæ muros instaurasse memoratur.

Ninias filius Nini & Semiramidis regnauit annis XXXVIII.

Arius regnauit annis XXX.

Arelius regnauit annis XL.

Xerxes, qui & Balaneus regnauit annis XXX.

Armametres regnauit annis XXXVIII.

Bolechus regnauit annis XXXV.

Balneus regnauit an: LII.

Althadas regnauit an: XXXII.

Huius temporibus fuit Prometheus uir sapiens.

Mamithus regnauit an: XXX.

Machaleus regnauit an: XXX.

Huius temporibus Atlas frater Prometheipræcipuus Astrologus habetur.

Sfereus regnauit annis XX.

Mamylus regnauit an: XX.

Sputaĉthus regnauit annis XL.

Huius temporibus à Cecrope rege Athenæ sunt conditæ.

Ascatadis regnauit annis XI.

Huius temporibus Moses in monte Sina diuinam suscepit legem.

† *Forte claritatis uel uirtutis*

Amyntes regnauit an: XLV.

Huius temporibus Iesus, successor Mosi, terram Palæstinorum Iudææ genti distribuit.

Belochus regnauit an: XXV.

Bellepares regnauit an: XXX.

Lampridis regnauit an: XXXII.

Sosares regnauit an: XX.

Huius temporibus equus uelocissimus Pegasus inuenitur.

Lampares regnauit an: XXX.

Panias regnauit an: XLV.

Sosarmus regnauit annis XIX.

Huius temporibus Argonautarum nauigatio, & Orpheus Thrax musicus opinabilis habetur.

Mithreus regnauit an: XXVII.

Huius temporibus Hercules Athla exercuit, & Priamus apud Ilium regnat.

Hæc annorum computatio, est secundum LXX Interpretes.

Per hos igitur reges Assyriorum colliguntur anni DCCCLII.

REGES LATINI.

Latinus regnauit annis XXXII. A quo Latini sunt appellati.

Huius imperij an: XXV Troia capta est, ad quẽ Aeneas profugus uenit, factusq; gener eius, ei successit in regnum.

Aeneas post VIII annos Troiæ captæ regnauit in Italia an: III.

Ascanius filius eius regnauit an: XXXVIII, qui Albanum condidit.

Syluius Aeneæ filius de Lauinia regnauit annis XXIX.

C Huius temporibus Homerus Poëta fuisse memoratur.
Aeneas Syluius regnauit annis XXXI.
Huius temporibus Hebræorũ rex Dauid Hierosolymis regnat.
Latinus Syluius regnauit annis L.
Huius temporibus Amazones Asiam uastauerũt. Carthago cõdita est à Carcedone Tyrio, ut quidã dicunt. Solomon quoq; filius Dauid regnans Hierosolymis templũ famosissimũ condit.
Alba Syluius regnauit annis XXXIX.
Aegyptus Syluius regnauit an: XXIIII.
Capys Syluius regnauit an: XXVIII.
Carpentus Syluius regnauit an: XIII.
Tyberinus Syluius regnauit an: VIII.
Agrippa Syluius regnauit annis XL.
† P. Lucretius & P. Valerius — Aremulus Syluius regnauit an: XIX.
Huius temporibus Lycurgus apud Lacedæmonas iura composuit.
Auentinus Syluius regnauit annis XX XVII. A quo mons Romanorũ, quia
† Largius — ibi sepultus est, nomen accepit.
Procas Syluius regnauit annis XXIII.
D Amulius Syluius regnauit annis XLIII. Qui fratrẽ suum Numitorẽ regno expulit, cuius tempora isti sunt applicita.

† Manlius †Gn. † Lartius

REGES ROMANI.

Romulus regnauit annis XXXVIII. A quo Roma condita est, & ex Latinis Romani sunt conditi. Hic primum C constituit Senatores. Huius tẽporibus Syracusa, & Catina in Sicilia conditæ
Numa Pompilius regnauit an (sunt. nis XLI. Qui duos menses anno addidit, Ianuarium & Februarium, cũ ante hunc X tantum menses apud Roma
† Sicinius — nos fuissent. Capitolium quoq; à fundamẽtis cõstruxit, cuius etiã tẽporibus Sibylla in Samo insignis habita est.
Tullus Hostilius regnauit an: XXXII. qui primus apud Romanos purpura
† Tullus † Manilius — usus est: cuius tẽporibns Chalcedõ cõditur & Byzantium, quæ nunc Constantinopolis appellatur.
Ancus Martius regnauit annis XXIII, qui sextodecimo miliario ab urbe Roma Ostiam condidit.
Tarquinius Priscus regnauit an: XX XVII. Huius temporibus Massilia in Gallijs condita est.
Seruius Tullus regnauit an: XXXIIII. qui primus censum instituit ciuiũ Romanorũ. Hijs temporibus apud Persas Cyrus primum regnare cœpit.
Tarquinius Superbus regnauit annis XXXV. Huius temporibus Pythagoras physicus Philosophus clarus habetur: expulso autem urbe Tarquinio, bini Consules cœperunt pro uno rege annis singulis administrare rẽpublicã.

HINC CONSVLES.

Iunius Brutus & L. Tarquinius Collatinus: Hij annum integrum minime tenuerunt ad peragendum tempus alijs subrogatis, id est P. Valerio, Sp. Lucretio, & Horatio Puluillo.
P. Valerius II. & Titus Lucretius.
† Spurius Largus & Titus Herennius.
P. Valerius III. & P. Posthumius.
P. Valerius IIII. & Titus Lucretius II.
Agrippa Menenius & P. Posthumius.
Opiter Virginius & Sp. Cassius.
Posthumus Cominius & T. † Largus.
Hijs coss. Dictator primus T. Largus, & magister Equitum Sp. Cassius ordinantur.
Seruius Sulpitius & M. † Tullus.
T. Ebutius & † L. Vetusius.
Q. Chlelius & T. † Largus.
A. Sempronius & M. Minutius.
C. Posthumius & T. Virginius.
App. Claudius & P. Seruilius.
C. Virginius & T. Vetusius.
Sp. Cassius & Posthumius Cominius.
T. Geganius & P. Minutius.
M. Minutius & A. Sempronius.
Sp. Nautius & Sex. Furius.
T. † Siccius & C. Aquilius.
Sp. Cassius & Proculus Virginius.
Ser. Cornelius & Q. Fabius.
L. Aemilius & Cæso Fabius.
M. Fabius & L. Valerius.
Q. Fabius & C. † Iulius.
Cæso Fabius & Sp. Furius.
M. Fabius & Gn. † Mallius.
Cæso Fabius & T. Virginius.
L. Aemilius & C. Seruilius.
C. Horatius & T. Menenius.
A. Virginius & Spurius Seruilius.
C. Nautius & P. Valerius.

L. Furius

A L. Furius & C. Manilius.
L. Aemilius & Opiter Verginius.
L. Pinnarius & P. Furius.
Ap. Claudius & T. Quintius Capito/
L. Valerius & T. Aemilius. (linus.
T. Numitius & A. Verginius.
T. Quintius II. & Q. Seruilius.
T. Aemilius II. & Q. Fabius.
Q. † Seruius & Sp. Posthumius.
Q. Fabius II. & T. Quintius III.
A. Posthumius Albus & Sp. Furius.
L. Ebutius & P. Seruilius.
L. Lucretius Tricipitin9 & T. Veturi9
P. Volūnius & Ser. Sulpiti9. (Gemin9.
† P. Claudius & P. Valerius.
Q. Fabius III. & L. Cornelius Malugi
L. Minutius & L. Nautius. (nensis.
Q. Minutius & M. Horatius Puluill9.
M. Valerius & Sp. Verginius.
C. Veturius & T. † Nomilius.
Sp. Tarpeius & A. Aternius.
Hijs COSS. legati Athenas missi ad le/
ges describendas.
P. Curiatius & Sex. † Quintius.
B † Menenius & P. Sextius.
HOC tempore à COSS. ad Decemui/
ros translatum imperium est, per quos
XL annis administrata respublica est,
atq; iterum Consules creati sunt.
L. Valerius & M. Horatius.
† L. Herminius & T. Verginius.
M. Geganius & Clau. Julius.
T. Quintius IIII. & Agrippa Furius.
M. Genutius & † T. Curiatius.
L. Papyrius & L. Sempronius.
M Geganius II. & T. Quintius V.
M. Fabius & Posth. Ebutius.
C. Furius † Tacitus & M. Papyrius
Crassus.
Proculus Geganius & L. Menenius.
T. Quintius VI. & Agrip. † Manlius.
M. Geganius III. & L. † Seruius.
M. Cornelius Maluginēsis & L. Papy
rius Crassus.
Clau. Julius II. & L. Verginius.
Clau. Julius III. & L. Verginius II.
T. Quintius Pœnus & Gn. Julius Mē
L. Papyrius Crassus & L. Julius. (tc.
L. † Seruius II & Hostius Lucretius.
A. Cossus Cornelius & T. Quintius
Pœnus II. (gilanus.
† P. Seruilius Hala & L. Papyrius Mu † C.
† C. Sēpronius & Q. Fabius Vibulan9. † A.
Gn. Fabius Vibulanus & T. Quintius
Capitolinus. (Medulinus.
† M. Cornelius Cossus & L. Furius † A.
Q. Fabius Ambustus & C. Furius Pe/
† M. Papyrius & C. Nautius. (tilius. † P. Atracinus
M. Aemilius & † C. Valerius. † P.
Gn. Cornelius & L. Furius II. † Seruilius
L. Lucretius & Sergius Sulpitius Ca/
merinus.
L. Valerius Potitus & M. Manlius.
Hijs COSS. post urbem captam redeun
tes Gallos dux Romanus nomine Ca † C.
millus extinxit, de quibus triumphans
in urbe quasi & ipse patriæ conditor,
Romulus meruit nuncupari. Tunc dí/
gnitates mutatæ sunt, & in loco Consu † Romulius
lum per annos XVII tribuni Milita
res fuerunt, quibus ob insolentiā remo
tis, per annos IIII potestas Cōsulum
Tribunorumq; cessauit. Deinde rursus
tribus annis per tribunos militares est † Quintilius
administrata respublica: Post au: uero † Maluginēsis
XXIIII reuersa est dignitas consularis. Hos duos Li
L. Sextius de plebe & † Aemilius Ma/ uius nō habet.
mercus Patricius.
L. Genutius & Q. Seruilius. † L.
† C. Sulpitius Potitus & C. Licinius † T.
Stolo. (cus II.
C. Genutius & L. Aemilius Mamer. † Sp.
Q. Seruilius Hala & L. Genutius.
C. Sulpitius II. & C. Licinius. (bustus. † P.
C. Petilius Balbus & M. Fabius Am
M. Popilius Lenas & Gn. Manlius.
C. Plautius & † C. Fabius. † Pacil'us
C. Martius & Gn. Manlius. † Gn.
M. Fabius Ambustus II. & M. Popili
C. Sulpitius Potitus III. (us Lenas II.
& M. Valerius Publicola. † Menenius
M. Fabius III. & T. Quintius. † Sergius
C. Sulpitius IIII. & M. Valerius II.
P. Valerius & C. Martius Rutilius II.
C. Sulpitius Potitus & T. Quintius
Pœnus.
M. Popilius III. & L. Cornelio Scipio.
L. Furius Camillus & App. Claudius.
M. Valerius Coruinus & M. (Crassus. † Sergius
Popilius Lenas IIII.

C T. Manlius Torquatus & C. Plautius.
M. Valerius II. & C. Pætilius II.
M. Fabius Dorsuo & Ser. Sulpitius Camerinus.
C. Martius III. & T. Manlius II.
M. Valerius III. & A. Cornelius Cos/
Cl. Martius Rutilio & Q. Seruilio. (sus.
C. Plautius II. & L. Aemilius Mamer
T. Mālius III. & P. Decius Mus. (cus.
T. Aemilius Mamercus & Q. Publius
†Q. Philo.
†Menius L. Furius Camillus & C. †Menenius.
Hijs coss. rostra nauium de Antiati/
bus in foro fixa sunt.
C. Sulpitius Lōgus & P. Aelio Pætus.
L. Papyrius Crassus et Cæso Duillius.
M. Valerius IIII. & M. Attilius Re/
gulus.
†M. T. Veturius & Sp. Posthumius.
†L †A. Cornelius II. & Gn. Domitius.
† Iunius Bru Hijs coss. pax cum Alexandro rege
tus Scæua. Epyri facta est.
†T. M. Clau. Marcellus & †C. Valerius.
†L. L. Papyrius Crassus II. & † C. Plau/
tius Venox.
D L. Aemilius Mamerco & Gn. Plautio.
P.† †C. Plautius Proculus & P. Cornelio/
us Scapula. (Philo II.
L. Cornelius Lentulus & Q. Publius
C. Pætilius III. & L. Papyrius Mugil/
Hijs coss. Alexandria in Ae/(lanus.
gypto condita.
L. Furius Camillus II. & Iunius Bru/
tus Scæua.
† Aemilius C. Sulpitius Lōgus II. & Q. † Aelius.
Ceritanus. Q. Fabius & L. Fuluius.
T. Veturius Caluino et Sp. Posthumio.
L. Papyrius & Q. Publius Philo.
L. Papyrius & Q. Aelius Ceritanus.
†L. Flaccus †M. Follius & L. Plautius Venox.
C. Iunius Bubulcus & Q. Aemilius
Barbula.
Sp. Nautius & M. Popilius.
L. Papyrius Iun. & Q. Publius.
† Hic Appius M. Pætilius & C. Sulpitius.
Carthaginensi L. Papyrius Cursor & C. Iunius Bu/
bus bellum pri bulcus II.
mus intulit, te M. Valerius & P. Decius.
ste T. Liuio Hijs coss. per Appium Claudium
in primo 4. Censorem uia facta & aqua inducta
Decadis. est, quæ ipsius nomine nuncupantur.

C. Iunius Bubulcus III. & Q. Aemilio/
us Barbula II.
Q. Fabius II. & C. Martius Rutilius.
Q. Fabius III. & P. Decius II.
App. Claudius & L. Volumnius.
Hijs coss. uiæ per agros publicæ factæ.
P. Cor. Aruina & Q. Martius Tremu
L. Posthumius & T. Minutius. (lus.
P. Sulpitius Auerrio & P. Sempronio
L. Genutio & Ser. Cornelio. (Sophus.
M. Liuius & †L. Aemilius.
M. Valerius & Q. Apuleius.
M. Ful. Petus & T. Mālius Torquato.
L. Cornelius Scipio & Gn. Fuluius.
Q. Fab. Maximus IIII. & P. Decius
L. Volūnius & App. Clau. (Mus III.
Q. Fabius V. & P. Decius IIII.
†L. Posthumius Megillus & M. Atti/
lius Regulus.
L. Papyrius Cursor & Sp. Cornelius.
Q. Fabius Gurges & †D. Brutus.
L. Posthumius & C. Iunius.
P. Corn. Rufinus & M. Curius Denta
M. Valerius & Q. Cædicius. (tus.
Q. Martius & P. Cornelius.
M. Marcellus & C. Nautius.
M. Valerius & C. Aelius.
C. Claudius & M. Aemilius.
C. Seruilius & L. Cælius.
P. Corn. Dolobella & Gn. Domitio.
C. Fabritius & Q. Aemilius.
I. Aemilius & Q. Martius.
P. Valerius & T. Coruncanius.
P. Sulpitius & P. Decius.
C. Fabritius & Q. Aemilius.
P. Cornelius & C. Iunius.
Q. Fabius & C. Genutius.
M. Curius & L. Lentulus.
Ser. Cornelius & M. Curius.
C. Fabius & C. Claudius.
L. Papyrius Cursor & Sp. Carbilius.
C. Quintius & L. Genutius.
C. Genutius & Gn. Cornelius.
P. Sempronius & App. Claudius.
M. Attilius & L. Julius Libo.
D. Iunius & M. Fabius.
†App. Claudius & Q. Fuluius.
M. Valerius & M. Otacilius.
L. Posthumius & Q. Mamilius.
L. Valerius & L. Otacilius.
Gn. Cornelius & C. Duilius.

C. Aquilius

A C. Aquílius & L. Cornelius.
A. Attílius Calatinus & C. Sulpítius.
Gn. Cornelius & C. Attílius Erranus.
Q. Cæditi9 & L. Mãlius. (us nobilior.
M. Aemilius Paulus & Seruius Fului/
Gn. Cornelius & A. Attílius.
Gn. Seruílius & C. Sempronius.
Ante 501 C. Aurelius Cotta & P. Seruilius.
2 L. Cecilius Metellus & C. Furius.
3 C. Attílius Regulus & L. Manlius.
4 P. Claudius & L. Iunius.
P. Seruilius & C. Aurelius.
L. Cecilius & M. Fabius.
M. Fabius & M. Otacilius.
M. Fabius & C. Attilius.
A. Manlius & C. Sempronius.
C. Fundanius & C. Sulpitius.
C. Luctati9 Cereoni9 & A. Posthumi9
Q. Luctatius Catulus & A. Manlius.
C. Claudius Cento et M. Sempronius.
C. Manlius & Q. Valerius.
Hijs coss. Iudis Romanis primum
Tragœdia & Comœdia à Lucio Li/
uio ad Scenam data.
B T. Sempronius & P. Cornelius.
L. Cornelius & Q. Fuluius.
C. Licinius & P. Cornelius.
T. Manlius Torquatus & C. Attilius.
L. Posthumius & Sp. Carbilius.
Q. Fabius & M. Pomponius.
M. Lepidus & M. Oblitius.
C. Papyrius & M. Pomponius.
M. Aemilius & M. Iunius.
Hijs coss. Hamilcar Hannibalis pa/
ter in Hispania bellũ Romanis parans
occisus est. Hic solitus dicere: quatuor
filios contra P. R. se uelut catulos
leoninos educare.
L. Posthumius & Gn. Fuluius.
Q. Fabius II. & Sp. Carbilius.
P. Valerius & M. Attilius.
L. Apustius & M. Valerius.
C. Attilius & L. Aemilius.
T. Martius & Q. Fuluius II.
C. Flamminius & P. Furius Pilo.
M. Marcellus & Gn. Cornelius.
P. Cornelius & M. Minutius.
L. Veturius & C. Lutatius.
Hijs coss. uia Flamminia munita, &
Circus factus, qui Flãmini9 appellat.
M. Liuius & L. Aemilius.
Hijs coss. Hannibal Hamilcaris fili/
us, in Hispania bellum molitur.
P. Cor. Scipio & T. Sẽpronius Lõgus.
Gn. Seruili9 Geminus & C. Flãminis.
L. Aemilius Paulus & C. Terentius
Varro. (Maximus III.
T. Sẽpronius Gracchus & Q. Fabius
Q. Fabius Maximus IIII. & M. Mar/
cellus II. (Gracchus.
† P. Maximus & T. Sempronius
Q. Fuluius Flaccus III. & Appius
Claudius Pulcher II.
Gn. Fuluius Centimalus & P. Sulpi/
tius Galba. (uinus.
M. Marcellus III. & M. Valerius Le/
Q. Fab. V. & Q. Fuluius Flacc9 IIII.
M. Marcellus IIII. & T. Quintius.
C. Clau. Nero & M. Liuius Salinator.
L. Veturius Philo et Q. Cecilius Metel
P. Scipio & P. Licinius Crassus. (lus.
M. Corn. Cethegus & T. Sempronius
Tuditanus. (Geminus
Gn. Seruilius Cœpio & Gn. Seruilius
† T. Seruili9 Gemin9 et T. Clau. Nero
†L. Corn. Lẽtul9 & †C. Aelius Pætus.
†Sex. Sulp. Galba et C. Aurel. Cotta.
† C. Corn. Lentulus & † P. Villius.
†L. Aelius Pætus & T. Quinti9 Flam.
†L. Corn. Cethegus Q. Minuti9 Rufus.
P. Furius & M. Marcellus.
L. Valerius Flac. & M. Portius Cato.
P. Scipio Afric. II. & T. Sẽp. Longus.
L. Cornelius Merula & Q. Minutius
Therinus. (barbus.
L. Quintius & Gn. Domitius Aeno/
†M. Scipio Nasi. & M. Attili9 Glabrio.
† M. Scipio & C. Lælius Africanus.
M. Ful. Nobilior & Gn. Mãli9 Volso.
M. Val. Messala et C. Liuius Salinator.
M. Aemilius Lepidus & C. Flãminius.
Sp. Posthumius Albinus & Q. Mar/
tius Philippus. (à Fuluio edita.
Hijs coss. Athletarũ certamina primũ
App. Claudius Pulcher & M. Sempro
nius Tuditanus. (cinius.
P. Claudius Pulcher & L. Portius Li/
M. Claudius Marcellus & Q. Fabius
Labeo. (neno perijt.
Hijs coss. Hannibal apud Prusiam ue
L. Aemilius Paulus & Gn. Bæbius
Tamphilus. (Tamphilus.
P. Cornelius Lentulus & M. Bæbius

† M.
†Gn.
† P.
†L.
† A. Iulius
† Sex.
† Gn.
Hijs COSS. finitum est bel lum Punicum secundum.
† P. Corneli= us Scipio.
† L. Corneli= us Scipio.

C A. Posthumio Albinus & C. Calphur
Q. Fuluius & L. Mālius. (nius Piso.
M. Iunius & Gn. Manlius.
T. Sempronius & C. Claudius.
Gn. Cornelius & Q. Pœtilius.
M. Lepidus & Q. Mutius.
Sp. Posthumius & Q. Mutius.
L. Posthumius Albinus & M. Popilio.
C. Popilius & P. Celius.
P. Licinius & C. Cassius.
C. Hostilius Mancinus & C. Attilius.
L. Martius Philippus & Q. Seruilius.
L. Paulus II. & C. Licinius.
Q. Aelius Pœto & M. Iunius.
L. Mamercus & C. Sulpitius.
Gn. Octauius & T. Manlius.
A. Manlius & Quintus Cassius.
T. Sempronius & M. Iuuentius.
P. Scipio Nasica & C. Martius.
M. Messala & C. Fannius.
L. Anitius & M. Cornelius.
Gn. Cornelius Dolobella & M. Ful-
M. Aemilius & C. Popilius. (uius.
D Hijs coss. metalla in Macedonia insti
Sex. Iulius & L. Aurelius. (tuta.
L. Lentulus & C. Martius.
P. Scipio & M. Claudius.
L. Posthumius & Q. Opimius.
Q. Fuluius & T. Annius.
Hij primi Consules Calendis Ianuarijs
Magistratum inierunt propter subitū
Celtiberiæ bellum.
M. Marcellus & L. Valerius.
L. Lucullus & A. Posthumius.
L. Quintius & M. Acilius.
L. Martius & M. Manlius.
Sp. Posthumius & L. Piso.
P. Africanus & C. Liuius.
Gn. Cornelius & L. Mummius.
Q. Fabius Maximus & L. Hostilius.
Ser. Galba & L. Aurelius.
App. Claudius & Q. Metellus.
L. Metellus & Q. Maximus.
Gn. Cepio & Q. Pompeius.
Q. Cepio & C. Lælius.
Gn. Piso & M. Pompilius.
P. Scipio & D. Brutus.
M. Aemilius & C. Hostilius Mācinus.
P. Furio & Sex. Attilius Serranus.
Ser. Fuluius & Q. Calphurnius.
Hijs coss. Aemilianus Scipio ob Nu
mantinum bellum, cum Candidatus
nominasset, Consul creatur.
A. Africanus & C. Fuluius Flaccus. A
C. Mutius & L. Calphurnius.
P. Popilius & P. Sulpitius.
P. Crassus & L. Valerius Flaccus.
App. Claudius & M. Perpenna.
C. Sempronius & M. Aquilius.
Gn. Octauius & T. Annius.
L. Cassius & L. Cinna.
M. Aemilius & L. Aurelius.
M. Plautius & M. Fuluius.
C. Cassius Longinus & C. Sextius.
Q. Cecilius & T. Quintius.
Gn. Domitius & C. Fannius.
Hijs coss. Sextius oppidum ædifica-
uit, in quo Aquæ Sextiæ in Gallijs.
L. Opimius & Q. Maximus.
P. Manlius & C. Papyrius.
L. Cecilius & L. Aurelius.
M. Cato & Q. Martius.
L. Cecilius & Q. Mutius.
C. Licinius Geta & Q. Maximus.
M. Metellus & M. Scaurus.
Hijs coss. L. Metellus & Gn. Domi
tius Censores artem ludicram ex urbe
remouerunt, præter Latinū Tibicinem B
cum Cantore, & ludum talorum.
M. Acilius Balbus & C. Cato.
C. Cecilius & C. Papyrius.
M. Liuius Drusus & L. Piso.
P. Scipio & L. Calphurnius Bestia.
Sp. Posthumius & M. Minutius.
Q. Metellus & M. Silanus.
Ser. Galba & M. Scaurus.
L. Cassius & C. Marius.
Q. Seruilius & C. Attilius Serranus.
Hijs coss. per Seruilium Cepionem
Consulē iudicia Equitibus & Senato-
ribus communicata.
P. Rutilius Rufus & C. Manilius.
C. Marius II. & C. Fl. Fimbrius.
C. Marius III. & L. Aurelius Orestes.
C. Marius IIII. & L. Luctatius.
C. Marius V. & M. Aquilius.
C. Marius VI. & L. Valerius Flacco.
M. Antonius & A. Posthumius.
Q. Metellus & T. Didius.
Gn. Lentulus & P. Crassus.
Gn. Domitius & C. Cassius.
Hijs coss. Ptolemæus Aegypti rex po
pulū Romanum hæredem reliquit.
P. Crassus

P. Crassus & Q. Scevola.
A C. Cœlius & L. Domitius.
C. Valerius Flaccus & M. Herennius.
C. Claudius & M. Pulcher Perpenna.
L. Martius & Sextus Iulius.
L. Cæsar & C. Rutilius Lupus.
Gn. Pompeius & L. Portius Cato.
L. Sylla & Q. Pompeius.
L. Cinna & Gn. Octauius.
L. Cinna II. & C. Marius VII.
L. Cinna III. & Gn. Papyrius.
L. Cinna IIII. & Gn. Papyrius II.
Hijs coss. Asiam in XLIIII regiones Sylla distribuit.
L. Scipio & C. Norbanus.
Hijs coss. Capitolium custodum negligentia concrematur.
Gn. Carbo III & C. Marius.
M. Tullius & Gn. Dolobella.
L. Sylla II. & Q. Metellus.
P. Seruilius & App. Claudius.
M. Lepidus & Q. Catulus.
M. Aemilius & D. Brutus.
Gn. Octauius & C. Curio.
B L. Octauius & C. Cotta.
L. Licinius Lucullus & M. Cotta.
M. Lucullus & C. Cassius.
L. Gellius & Gn. Lentulus.
Gn. Aufidius & P. Lentulus.
M. Crassus & Gn. Pompeius.
Q. Metellus & Q. Hortensius.
Hijs coss. à Q. Catulo reparatum dedicatumq; Capitolium est.
L. Metellus & Q. Martius.
C. Piso & Marcus Glabrio.
An. Lepidus & L. Torquatus.
L. Cæsar & Q. Martius.
M. Cicero & C. Antonius.
D. Silanus & L. Murena.
M. Pupius & M. Valerius.
Hijs coss. Catilina in agro Pistoriēsi à C. Antonio bello peremptus est.
Q. Metellus & L. Afranius.
C. Cæsar & M. Bibulus.
L. Piso & A. Gabinius
Hijs coss. Clodij rogatione Cicero in exilium est profectus.
P. Lentulus & Q. Metellus.
Hijs coss. ꝓpter ciuiles dissensiones per S. C. de exilio Cicero reuocatur.
Gn. Lentulus & L. Philippus.
Gn. Pompeius & M. Crassus.
App. Claudius & L. Domitius.
Gn. Domitius & M. Messala.
Gn. Pompeius & Q. Metellus.
M. Marcellus & Ser. Sulpitius.
L. Paulus & M. Marcellus.
L. Lentulus & C. Marcellus.
Hijs coss. pernicioſæ in Curia conflantur de Pōpeio Cæsareq; discordiæ: Sed Caius Iulius Cæsar de Gallijs ueniens Pompeiū fugauit Italia, aurum atq; argentū Romæ de ærario sustulit, ac primus Romanorū singulare obtinuit imperium, à quo Cæsares Romani Principes appellati: Imperauit autē annis IIII, mensibus VI. Sub quo hij Consules fuerunt.

IMPERATORES ROMANI.

C. Iulius Cæsar I.
C. Iulius Cæsar II. & P. Seruilius.
Q. † Funius & Publius Vaticanus. † Furius
Hijs coss. Cæsar Pompeiū Pharsalico prælio superauit, Pompeius fugiēs in Aegyptum occisus est.
C. Iulius Cæsar III. & M. Lepidus.
C. Iulius Cæsar IIII. & Fab. Maximo.
Hijs coss. C. Iulius Cæsar per quadriduum triumphauit.
C. Iulius Cæsar V. & M. Antonius.
Hijs coss. M. Antonius Lupercalibo sella aurea sedenti Cæsari diadema renuenti imposuit, atq; Idibus Martijs Cæsar in Pompeia curia occisus est, cui successit Octauianus Cæsar, qui regnauit annis LVI, mēsib: VI. Per quæ tempora hij Consules extiterunt.

OCTAVIANVS AVGVSTVS II.

C. Pansa & A. Hircius.
Hijs coss. Cæsar Octauianus, Antonius & Lepidus amicitiæ fœdus inierūt, M. Cicero per Popiliū militē Caietæ occisus est annorū LXIII. Cæsar Octauianus forum Augustū ædificauit.
M. Lepidus & L. Plancus.
P. Seruilius II. & L. Antonius.
Gn. Domitius & C. Asinius.
L. Censorinus & Caius Caluisius.

M. Cicero ornatus

App.

C App. Claudius & Caius Norbanus.
M. Agrippa & L. Caninius.
Hijs coss. lacus Lucrinus in portum conuersus est.
L. Gellius & M. Cocceius.
Sex. Pompeius & L. Cornificius.
L. Scribonius & L. Atracinus.
C. Cæsar & L. Vulcatius.
Cn. Domitius & C. Sossius.
C. Cæsar II. & M. Messala.
Hijs coss. apud Actium M. Antonius à Cæsare superatur.
C. Cæsar III. & M. Crassus.
Hijs coss. Nicopolim Cæsar construit, ludos Actiacos instituit, Antonius à Cæsare prælio peremptus, Alexandriæ in Mausoleo cum Cleopatra recondítur.
C. Cæsar IIII. & Sex. Apuleius.
C. Cæsar V. & M. Agrippa II.
Hijs coss. Parthorum dissensiones per Cæsarem sedatæ.
C. Cæsar VI. & M. Agrippa III.
Cæsar leges protulit, Iudices ordinauit,
D prouincias dispossuit, & ideo Augustus cognominatus est. Cuius temporibus floruerunt Virgilius, Horatius & Liuius.
C. Augustus Cæsar VII. & T. Statilius.
C. Aug. Cæsar VIII. & M. Silanus.
Hijs coss. Cantabros, Germanos, Salassos Cæsar perdomuit.
C Aug. Cæsar IX. & C. Norbanus.
Hijs coss. Astores & Cantabri per L. Lanium perdomuit.
C. Aug. Cæsar X. & Cn. Piso.
M. Marcellus & L. Aruntius.
M. Lollius & Q. Lepidus.
M. Apuleius & P. Silius.
Hijs coss. Aquilas & signa Crassiana de Parthis Cæsar recepit.
C. Sentius & Q. Lucretius.
Hijs coss. Cæsari ex prouincijs redeunti currus cum corona aurea decretus est, quo ascendere noluit.
Cn. Lentulus & P. Lentulus.
T. Furnius & C. Silanus.
L. Domitius & P. Scipio.
M. Drusus & L. Piso.
Cn. Lentulus & M. Crassus.
Tib. Nero & P. Quintilius.
M. Messala & P. Sulpitius.
Paulus Fabius & Q. Aelius.
Iullo Sãctionibus & Africano Fabius.
Drusus Nero & L. Quintius.
Hijs coss. apud Lingonum gentem templum Cæsari Drusus sacrauit.
C. Asinius & C. Martius.
Hijs coss. inter Albim & Rhenum Germani omnes Tiberio Neroni dediti, per Sextum Apuleium Pannonij subacti.
Tib. Nero & Cn. Piso.
D. Lelius & C. Antistius.
C. Augustus Cæsar XI. & L. Sylla.
C. Caluisius & L. Passienus.
C. Lentus & M. Messala.
Hijs coss. dominus noster Iesus Christus filius dei in Bethleem nascitur anno imperij Augusti XLI.
C. Aug. Cæsar XII. & M. Plautius.
Cossus Lentulus & L. Piso.
C. Aug. Cæsar XIII. & L. Paulus.
C. Vinitius & P. Alphenus.
M. Seruilius & L. Lamia.
Sextus Aelius & C. Sentius.
Cn. Cinna & L. Valerius.
Hijs coss. per dies VIII impetu miseranda clades hominum domorũq; fuit.
M. Lepidus & L. Aruntius.
Q. Cecilius & A. Licinius.
M. Furius & Sextus Nonius.
Q. Sulpitius & C. Poppæus.
P. Dolobella & C. Silanus.
M. Lepidus & T. Statilius.
Ger. Cæsar & C. Fonteius.
L. Plancus & C. Silius.
Sextus Pompeius & Sex. Apuleius.
Hijs coss. Imperator Augustus obijt LXXVI anno ætatis suæ, Imperij autem LVI Senis. Huic successit in imperium Tiberius Cæsar, qui imperauit annis XXIII. Sub quo hij Consules fuerunt.

TIBERIVS CAESAR III.

Drusus Cæsar & C. Norbanus.
Sisenna Statilius & L. Scribonius.
Hijs coss. Mathematici urbe pellun-
L. Pomponius & C. Cecilius. (tur.
Tib.

Tib. Cæsar & Germanicus Cæsar.
M. Silanus & C. Norbanus.
Hijs coss. Germanicus Cæsar in Syria mortuus.
M. Valerius & M. Aurelius.
Tib. Cæsar & Drusus Cæsar.
D. Haterius & C. Sulpitius.
C. Asinius & C. Antistius.
Hijs coss. Drusus Cæsar publice funeratur.
Ser. Cornelius, & L. Visellius.
M. Asinius, & Cossus Cornelius.
C. Caluisius, & Cn. Getulicus.
L. Piso, & M. Crassus.
Appius Silanus, & P. Silius.
C. Rubellius, & C. Fusius.
M. Vinitius, & L. Cassius.
Tib. Cæsar V. ✶ coss.
Hijs coss. dominus noster Iesus Christus passus est, VIII Calen. April. et defectio solis facta est, qualis ante uel postmodum nunquam fuit.
Vinitius & Longinus.
Sulpitius & Sylla.
Priscus & Vitellus.
Gallus & Nouianus.
Hijs coss. Persius Flaccus Satyricus Poëta Volaterris nascitur.
Galenus & Plautianus.
Hijs coss. Tiberius Imperator in Campania moritur, cui successit C. Cæsar cognomento Caligula, qui regnauit annis tribus & mensibus X, sub quo hij Consules extiterunt.

C. CALIGVLA IIII.

Proculus & Nigrinus.
Iulianus & Asprenas.
Publicola & Nerua.
Hijs coss. Pilatus in multas incidens calamitates, propria se manu interfecit.
Cæsar & Iulianus.
Hijs coss. C. Cæsar cognomento Caligula à protectoribus suis occiditur in Palatio, anno ætatis XXIIII, cui successit Claudius, qui imperauit annis XIII, mensib: VIII, dieb: XXVIII, sub quo hij Consules fuerunt.

CLAVDIVS V.

Cæsar II. & Sarurninus.
Secundus & Venustus.
Hijs coss. Petrus Apostolus Romã mittitur, ubi Euangelium prædicans XX annis eiusdem urbis Episcopus perseuerat.
Tiberius & Gallius.
Crispinus & Taurus.
Hijs coss. Claudius de Britannis triũphauit, & Orcadas insulas Romano adiecit imperio.
Vinitius & Cornelius.
Hijs coss. inter Theram & Therasiam exorta est insula habens stadia XXX.
Asiaticus & Cornelius.
Hijs coss. descriptio Romæ facta est, & inuenta sunt ciuium Romanorũ centena milia, & XLIIII.
Thracia hucusq; regnum in prouinciã redigitur.
Tiberius II & Vitellius.
Vitellius II & Publicola.
Veranus & Gallus.
Vetus & Neruilianus.
Claudius & Orphitus.
Syluanus & Syluius.
Tiberius III. & Antoninus
Silanus & Otho.
Hijs coss. Claudius moritur in Palatio anno ætatis LXIIII. Huic successit Nero, qui regnauit annis XIII, mensibus VII, diebus XXVIII. Sub quo hij Consules fuerunt.

NERO CLAVDIVS VI.

Silanus II & Antonius II.
Marcellinus & Auiola.
Hijs coss. sanctus Paulus Apostolo Romã uinctus à Felice Præside destinatur.
Probus etiam eruditissimus Grammaticus Romæ cognoscitur.
Vrsulus Tholosensis celeberrime in Gallia Rhetoricam docet.
Nero & Vetus.
Nero II. & Piso.
Nero III. & Messala.
Nero IIII. & Cornelius.
Pius & Turpilianus.
Macrinus & Gallus.
Crassus & Bassus.

Hijs

Hijs coss. Thermæ à Nerone ædificatæ, quas Neronianas appellauit, cuius odio mutato uocabulo nunc Alexandrinæ nominantur.
Syluanus & Paulinus.
Hijs coss. Nero, ut similitudinem Troiæ ardentis inspiceret, plurimam partem Romæ urbis incendit.
Censinus & Apuleius.
Hijs coss. duæ prouinciæ factæ sunt, Pontus Polemoniacus, & alpes Cottiæ, Cottio rege defuncto.
Capito & Rufus.
Italicus & Turpilianus.
Syluanus & Otho.
Hijs coss. Romæ sanctus Petrus & Paulus Apostoli trucidati sunt à Nerone, qui turpiter uiuens, cum à Senatu quæreretur ad pœnam, è Palatio fugiens ad quartum urbis miliarium in suburbano Nomentana uia sese interfecit anno ætatis XXXII, cui successit Galba, qui regnauit mensibus VII. Post hunc Otho mensibus III, diebus V. Post Vitellius regnauit mensibus VIII, die unc. Qui omnes infrascriptos duos Consules tenuerunt.
Vespasianus & Titus.
Vespasianus II. & Titus II.
Hijs coss. Vespasianus suscepit imperium, qui regnauit annis IX, mensibus XI, diebus XXII, sub quo hij Consules fuerunt.

VESPASIANVS VII.

Vespasianus III. & Nerua.
Vespasianus IIII. & Titus III.
Hijs coss. Titus filius Vespasiani Iudæa capta, præter quos gladio interfecit, centum milia captiuorum publice uenundauit.
Vespasianus V. & Titus IIII.
Vespasianus VI. & Titus V.
Vespasianus VII. & Titus VI.
Hijs coss. Vespasianus incensum Capitolium ædificare orsus est.
Commodus & Rufus.
Vespasianus VIII. & Titus VII.
Hijs coss. Colossus erectus est, habens altitudinis pedes C & VII.
Vespasianus IX. & Titus VIII.
Syluanus & Verus.
Domitianus & Messalinus.
Hijs coss. Vespasianus est mortuus profluuio uentris, in uilla propria circa Sabinos, cui Titus filius eius succedens, in utraq; lingua disertissimus regnauit annis II. mensib. II. sub quo hij Consules extiterunt.

TITVS Vespasianus VIII.

Domitianus II. & Rufus II.
Hijs coss. Titus Amphitheatrum Romæ ædificauit, & in dedicatione eius quinq; milia ferarum occidit.
Domitianus III. & Sabinus.
Hijs coss. Titus morbo periit in eadem uilla qua pater eius, anno ætatis XLII, Qui ob insignem mansuetudinem delitiæ humani generis appellatus est, cui successit Domitianus frater Titi iunior crudelissimus, qui imperauit annis XV, mensibus V, sub quo hij Consules fuerunt.

FLAVIVS Domitianus IX.

Domitianus IIII. & Rufus III.
Hijs coss. Domitianus Eunuchos fieri prohibuit.
Domitianus V. & Dolobella.
Domitianus VI. & Rufus IIII.
Flauius & Traianus.
Domitianus VII. & Nerua.
Traianus II. & Gabrio.
Hijs coss. primus Domitianus dominum & deum se appellari iussit.
Domitianus VIII. & Saturninus.
Syluanus & Priscus.
Hijs coss. Quintilianus ex Hispania primus Romæ scholam publicã & salarium è fisco accepit & claruit.
Asprenas & Clemens.
Hijs coss. multa mœnia & celeberrima Romæ facta sunt, id est Capitolium, forum Transitorium, Diuorum porticus, Iseum, Serapium, Stadiũ, Horrea piperataria, Vespasiani templum, Minerua Chalcedica, Odion.
Domitianus IX. & Clemens II.
Hijs coss. insignissima Romæ facta sunt, id est forum Traiani, Thermæ Traianæ,

A Traianæ,& Titianæ,Senatus ludus Matutinus,Meta aurea,Meta ſudans, & Pantheor.
Nerua II. & Rufus.
Fuluius & Vetus.
Sabinus & Antoninus.
Nerua III. & Traianus III.
Senecio & Palma.
Traianus IIII. & Fronto.
Hijs coss. Apollonius Tyaneus Philoſophus inſignis habetur. Domitianus occiſus in Palatio,anno ætatis XXXV, cui Nerua ſuccedens regnat annum unum,menſes IIII. Sub quo hij Conſules fuerunt.

NERVA COCCEIVS X.

Traianus V. & Orphitus.
Senecio II. & Sura.
Hijs coss. Nerua morbo perijt in hortis Salluſtianis anno ætatis LXXII, cum iam Traianum adoptaſſet in filium,cui ſuccedens imperauit annis X IX, mẽſibus VI,diebus XV. Sub quo hij Conſules fuerunt.

B D. TRAIANVS XI.

Traianus VI. & Maximus.
Senecio III. & Sura II.
Vrbanus & Marcellus.
Candidus & Quadratus.
Hijs coss. Traianus de Dacis & Scythis triumphauit.
Commodus & Cerealis.
Hijs coss. Traianus Hiberos, Sauromatas, Oſroënos, Arabas, Boſphoranos, Colchos in fœdus accepit. Seleuciam & Cteſiphontem, Babylonem occupauit & tenuit.
Senecio IIII. & Sura III.
Hijs coss. Traianus in mari rubro claſſem inſtituit,ut per eam Indiæ fines uaſtaret.
Gallus & Bradua.
Africanus & Criſpinus.
Criſpinus II. & Solenus.
Piſo & Ruſticus.
Traianus VII. & Africanus.
Celſus & Criſpinus.
Hijs coss. Plinius Secundus Nouocomenſis Orator & hiſtoricus inſignis habetur,cuius ingenij plurima opera extant.
Aſta & Piſo.

plinij 29.

Meſſala & Pedon.
Aemilius & Vetus.
Niger & Apronianus.
Hijs coss. Traianus Armeniam, Aſſyriam,& Meſopotamiam prouincias fecit.
Clarus & Alexander.
Hadrianus & Salinator.
Hadrianus II. & Ruſticus.
Seruilius & Fuluius.
Hijs coss. Traianus apud Seleuciam Iſauriæ profluuio uẽtris extinctus eſt, anno ætatis LXIII, menſe IX, die IIII. Cuius oſſa in urna aurea conlocata ſub columna fori, quæ eius nomine uocitatur,recondita ſunt: cuius columnæ altitudo in CXL pedes erigit. Huic ſucceſſit Hadrianus utraq; lingua peritiſſimus, Italicæ natus ex Conſobrina Traiani, qui regnauit annis XX, menſibus X, diebus XIX. Sub quo hij Conſules fuerunt.

rotunda 140 pedum

HADRIANVS XII.

Verus & Augur.
Hijs coss. Hadrianus Alexandriam à Romanis ſubuerſam,publicis inſtaurauit expenſis.
Auiola & Panſa.
Hijs coss. Hadrianus reliqua tributorũ urbibus relaxauit, chartis publicis incenſis,plurimos etiam ipſis tributis liberos fecit.
Paternus & Torquatus.
Hijs coss. Plutarchus Philoſophus inſignis habetur.
Gabrio & Apronianus.
Hijs coss. Nicomediæ & Nicenæ urbis plurimis terræmotu conlapſis Hadrianus ad inſtaurationem earum publicas largitur expenſas.
Aſiaticus & Quintus.
Verus & Ambiguus.
Hijs coss. Athenienſibus leges petentibus Hadrianus ex Draconis & Solonis reliquorumq; libris iura compoſuit.

Hadrianus ex Draconis & Solonis libris leges scripsit

Gallicanus & Titianus.
Hijs coss. iuxta Eleuſinam ciuitatẽ in Cephiſo fluuio Hadrianus pontem conſtrauit.

C Torquatus & Libo.
Celsus & Marcellinus.
Pontianus & Rufus.
Augurinus & Sergianus.
Tiberius & Silanus.
Hijs coss. Hadrianus à Christianorũ persecutione cessauit, & pater patriæ est appellatus.
Sergius II. & Verus.
Pompeianus & Atilianus.
Hijs coss. templum Romæ & Veneris factum est, quod nunc Vrbis appellatur.
Pompeianus II. & Commodus.
Hijs coss. Hadrianus cum insignes & plurimas ædes Athenis fecisset, agonem edidit, bibliothecamq; miri operis extruxit.
Lælius & Albinus.
Camerinus & Niger.
Antoninus & Præsens.
Antoninus II. & Præsens II.
Seuerus & Syluanus.
Hijs coss. Aelia ciuitas, id est Hieru-
D salem ab Aelio Hadriano condita est, & in fronte eius portæ qua Bethleem egredimur Sus scalptus in marmore, significans Romanæ potestati subiacere Iudæos.
Rufinus & Torquatus.
Hijs coss. Hadrianus morbo intercutis aquæ apud Baias moritur, maior sexagenario, cui successit Antoninus Pius, qui regnauit annis XXI. Sub quo hij Consules fuerunt,

ANTONINVS PIVS XIII.

Torquatus II. & Herodes.
Auiola & Maximus.
Antoninus III. & Aurelius.
Gratus & Seleucus.
Hijs coss. Iustinus Philosophus librum pro Christiana religione scriptũ tradidit Antonino.
Antoninus IIII. & Aurelius II.
Largus & Messalianus.
Torquatus III. & Iulianus.
Orphitus & Priscus.
Gabrio & Vetus.
Gordianus & Maximus.
Gabrio II. & Romulus.
Præsens & Rufus.
Commodus & Lateranus.
Hijs coss. Apollonius Stoicus, natione Chalcedicus, & Basilides Scythopolitanus Philosophi illustres habentur, qui Cæsaris præceptores fuerunt.
Verus & Sabinus.
Syluanus & Augurinus.
Barbarus & Regulus.
Tertullus & Sacerdos.
Quintillus & Priscus.
Verus II. & Bradua.
Antoninus V. & Aurelius III.
P. C. Antonini VI. & Aurelij IIII.
Hoc tẽpore Antoninus Pius apud Lorium uillam suam duodecimo ab urbe miliario moritur, anno uitæ LXXVII. Vsq; ad hoc tẽpus singuli Augusti fuerũt. Cui successerunt filij sui, id est Marcus Antoninus Verus, & Lucius Annius Antoninus Seuerus, qui regnauerũt annis XIX. Sub quibus hij Consules fuerunt.

M. ANTONINVS VERVS XIII. & Lucius Annius Antoninus Seuerus.

Duo Augusti coss.
Rusticus & Aquilinus.
Hijs coss. Lucio Cæsari Athenis sacrificanti ignis in cælo ab occidente in orientem ferri uisus est.
Lælianus & Pastor.
Macrinus & Celsus.
Hijs coss. Fronto Orator insignis habetur, qui Marcum Antoninum latinis literis erudiuit.
Orphitus & Pudens.
Hijs coss. Lucius Cæsar de Parthis cum fratre Antonino triumphauit.
Pudens II. & Pollio.
Verus III. & Quadratus.
Apronianus & Paulus.
Priscus & Apollinaris.
Cethegus & Clarus.
Seuerus & Herennianus.
Hijs coss. Lucius Annius Antoninus Seuerus anno regni undecimo inter Concordiam & Altinum apoplexi extinctus est, sedens cum fratre in uehiculo.
Orphitus & Maximus.

Seuerus

A Seuerus II. & Pompeianus.
Gallus & Flaccus.
Piso & Iulianus.
Pollio & Aper.
Commodus & Quintillus.
Hijs coss. Marcus Antonínus Verus Imperator Commodum filium suum consortem regni facit.
Orphitus & Rufus.
Hijs coss. Imperatores de hostibus triumphant, & pecuniam quæ fisco debebatur prouincijs concedentes, tabulas debitorum in medio Romanæ urbis foro incendio concremarunt, ac ne quid bonitatis deesset, seueriores quasq; leges nouis constitutionibus temperarunt.
Commodus II. & Verus II.
Hijs coss. Antonínus Verus adeo in editione munerum magnificus fuit, ut centum simul leones exhibuerit, qui post in Pannonia morbo perijt. Commodus filius eius à Senatu Augustus est appellatus, q regnauit annis XIII. Sub quo hij Consules fuerunt.

B ANTONINVS COMMODVS XV.

Præsens & Gordianus.
Commodus III. & Byrrus.
Mamertinus & Rufus.
Commodus IIII. & Victorínus.
Marullus & Helianus.
Hijs coss. Thermæ Commodianæ, Romæ factæ sunt.
Maternus & Bradua.
Commodus V. & Gabrio.
Crispinus & Helianus.
Fuscianus & Silanus.
Duo & Silani.*
Hijs coss. Cõmodus Imperator Colossi capite sublato, suæ imaginis caput iussit imponi.
Commodus VI. & Septimianus.
Apronianus & Bradua.
Commodus VII. & Pertinax.
Hijs coss. Commodus strangulatur in domo Vestiliani, cui succesſit Aelius Pertinax, qui regnauit mensibus VI.

AELIVS PERTINAX XVI.

Falco & Clarus.
Hijs coss. Pertinax occiditur in Palatio, maior septuagenario, cui succesſit Seuerus, prouincia Tripolitana natus oppido Lepti, solusq; Afer imperator Romanus fuit, qui regnauit annis XVIII. Sub quo hij Consules fuerunt.

SEVERVS XVII.

Seuerus & Albinus.
Tertullus & Clemens.
Dexter & Priscus.
Lateranus & Rufinus.
† Scoturnínus & Gallus. † Saturninus & Gallicanus.
Amilínus & Fronto.
Hijs coss. Seuerus Parthos & Adiabenos superauit, Arabasq; interiores ita cæcidit, ut regionem eorum Romanam prouinciam faceret.
Seuerus II. & Victorínus.
Fabianus & Mutianus.
Hijs coss. Thermæ Seuerianæ apud Antiochiam & Romæ factæ, & Septizodium instructum est.
Seuerus III. & Antonínus.
Geta & Plautianus.
Chilo & Libo.
Antonínus II. & Geta II.
Albínus & Aelianus.
Aper & Maximus.
Hijs coss. Seuerus in Britannos bellũ mouit, ubi ut receptas prouincias ab incursione barbarica faceret securiores, uallum per CXXXII passuum milia à mari ad mare duxit.
Antonínus III. & Geta III.
Pompeianus & Auitus.
Hijs coss. Tertullianus Afer Christianorum scriptor celeberrimus habet.
Faustínus & Rufus.
Hijs coss. Origenes scriptor Alexandriæ studijs eruditur.
Gentianus & Bassus.
Hijs coss. Seuerus Imperator Eboraci in Britannia moritur, cui succesſit Antonínus Caracalla Seueri filius, qui regnauit annis VII. Sub quo hij Consules fuerunt.

C ANTONINVS CARACALLA XVIII.

Duo & Aſpri.
Antoninus & Balbinus.
Meſſala & Sabinus.
† Legendum haud dubie: Neronianæ Alexandrinæ uocatæ ſunt. Hijs coss. Antoninus Caracalla cognominatur propter genus ueſtis, qđ Romæ erogauerat.
Lætus & Cerealis.
Sabinus II. & Venuſtus.
Hijs coss. Antoninus Romæ Thermas ſui nominis ædificauit.
Præſens & Extricatus.
Antoninus & Aduentus.
Hijs coss. Antoninus interficit̃ inter Edeſſam & Carras, anno ætatis XLIII, cui ſucceſſit Macrinus Præfecturam Prætorianam gerens: Regnauit autem annum unum. Sub quo hij Conſules fuerunt.

MACRINVS XIX.

Antoninus II. & Sacerdos.
Hijs coss. Macrinus occiditur in Archelaide, cui ſucceſſit Marc. Aurelius Antoninus, qui regnauit annis IIII.
D Sub quo hij Conſules fuerunt.

MARCVS AVRELIVS ANTOninus XX.

Antoninus III. & Comazon.
Gratus & Seleucus.
Hijs coss. Heliogabulum templum Romæ ædificatur.
Alexander & Auguſtus.
Hijs coss. in Palæſtina Nicopolis, quæ prius Emmaus uocabatur, urbs condita eſt.
Maximus & Helianus.
Hijs coss. M. Aurelius Antoninus Romæ occiditur tumultu militari, cui ſucceſſit Alexander Mammeæ filius, qui regnauit annis XIII. Sub quo hij Conſules fuerunt.

ALEXANDER MAMMEAE XXI.

Iulianus & Criſpinus.
Hijs coss. Alexander Xerxem regẽ Perſarum uicit.
Fuſcus & Dexter.
Alexander II. & Marcellus.
Annianus & Maximus.
Hijs coss. Vlpianus Iuriſconſultus aſſeſſor Alexandri inſigniſſimus habet̃.
Albinus & Maximus.
Hijs coss. † Neronianæ uocatæ ſunt.
Modeſtus & Probus.
Alexander III. & Dio.
Gratus & Seleucus.
Hijs coss. Origenes Alexandriæ clarus habetur.
Pompeianus & Felicianus.
Lupus & Maximus.
Hijs coss. Alexãder in matrẽ Mammeam unice pius fuit, & ob hoc cunctis amabilis.
Maximus & Paternus.
Maximus II. & Vrbanus.
Seuerus & Quintianus.
Hijs coss. Alexander occiditur Mogontiaci tumultu militari, cui ſucceſſit Maximinus regnans annis III. primus omnium ex corpore militari Imperator electus. Sub quo hij Conſules fuerunt.

MAXIMINVS XXII.

Maximinus & Africanus.
Perpetuus & Cornelianus.
Pius & Proculus.
Hijs coss. Aquileiæ occiditur, cui ſucceſſit Gordianus, qui regnauit annis VI. Sub quo hij Conſules fuerunt.

GORDIANVS XXIII.

Gordianus & Auiola.
Sabinus & Venuſtus.
Hijs coss. Gordiano Romæ ingreſſo, Pupienus & Albinus, qui imperiũ arripuerant, in Palatio occiſi ſunt.
Gordianus II. & Pompeianus.
Atticus & Prætextatus.
Arianus & Pappus.
Peregrinus & Aemilianus.
Hijs coss. Gordianus admodum adoleſcens, Parthorum natione ſuperata, cum uictor reuerteretur ad patriam, fraude Philippi Præfecti Præt. haud longe à Romano ſolo interfectus eſt. Gordiano milites tumulum ædificant ſupra Euphratẽ, oſſibus eius Romam reuectis,

A reuectis: cui succeſſit Philippus, qui regnauit annis VI. Qui mox Philippū filium ſuum conſortem regni facit, primuſq; omnium ex Romanis Imperatoribus Chriſtianus fuit. Sub quo hij Conſules fuerunt.

PHILIPPVS XXIIII.

Philippus & Titianus.
Præſens & Albinus.
Philippus II. & Philippus.
Philippus III. & Philippus II.
Aemilianus & Aquilinus.
Hijs coss. milleſimus annus urbis Romæ expletus eſt, ob quam ſolennitatē innumerabiles Philippus cum filio ſuo beſtias in Circo magno interfecit, ludosq; in campo Martio Theatrales tribus diebus ac noctib⁹ populo peruigilāte celebrauit: quadraginta etiam miſſos natali Romanæ urbis cucurrerunt, & Agon mille annorum actus. Philippus urbem nominis ſui in Thracia conſtruxit.

B Decius & Grates.
Decius II. & Ruſticus.
Hijs coss. Philippus ſenior Veronæ, Romæ uero iunior occiditur. Hijs ſucceſſit Decius, qui regnauit anno 1, mēſibus III. Quantum ad Conſulatum autem annum unum. Sub quo hij Conſules fuerunt.

DECIVS XXV.

Gallus & Voluſianus.
Hijs coss. Decius lauacra publica ædificauit, quæ ſuo nomine appellari iuſſit. Decius cum filio ſuo in † Abricio Thraciæ loco a Gothis occiditur, cui ſucceſſit Gallus cum Voluſiano filio, qui regnauerunt annis II, & menſibus IIII. Quantum ad Conſulatum autem annis tantum duobus. Sub quibus hij Conſules fuerunt.

GALLVS ET VOLVSIANVS XXVI.

Voluſianus II. & Maximus.
Hijs coss. Nouatianus apparuit.
Valerianus & Galienus.
Hijs coss. Gallus & Voluſianus Teramnæ interfecti ſunt, quibus ſucceſſerunt Valerianus & Galienus, qui regnauerunt annis XV. Sub quibus hij Conſules fuerunt.

VALERIANVS ET GALIENVS XXVII.

Valerianus II. & Galienus II.
Maximus II. & Gabrio.
Valerianus III. & Galienus III.
Hijs coss. Cyprianus primum Rhetor, deinde presbyter, ad extremū Carthaginenſis Epiſcopus martyrio coronatur. Tuſcus & Baſſus.
Hijs coss. Valerianus in Chriſtianos perſecutione commota, ſtatim à Sapore Perſarum rege capitur, ibiq; ſeruitute miſerabili conſeneſcit.
Aemilianus & Baſſus.
Sæcularis & Donatus.
Galienus IIII. & Gentianus.
Galienus V. & Victorinus.
Albinus & Maximus.
Hijs coss. Græcia, Macedonia, Pontus, Aſia depopulata per Gothos, aliasq; prouincias Barbarorum quaſſauit inruptio.
Galienus VI. & Saturninus.
Valerius & Lucillus.
Galienus VII. & Sabinillus.
Paternus & Archiſilaus.
Paternus II. & Marinus.
Claudius & Paternus.
Hijs coss. Mediolani occiditur Galienus, cui ſucceſſit Claudius, qui regnauit anno uno, menſibus IX. Sub quo hij Conſules fuerunt.

CLAVDIVS XXVIII.

Antiochianus & Orphitus.
Valerianus & Baſſus.
Hijs coss. Claudius Barbaros uaſtātes repellit, & Sirmij moritur. Huic ſucceſſit Quintillus Claudij frater, à Senatu Auguſtus appellatus, qui XVII imperij ſui die Aquileiæ occidit. Poſt quem Aurelianus factus eſt Imperator, qui regnauit annis V, menſibus VI. Sub quo hij Cōſules fuerūt.

AVRELIANVS XXIX.

Quietus & Voldumianus.
Tacitus & Placidianus.

C Aurelianus & Capitolinus.
Hijs coss. Aurelianū Romæ triumphantem captiui Tetricus & Zenobia præcesserunt.
Aurelianus II. & Marcellus.
Hijs coss. Aurelianus templū Soli ædificauit, Romā firmioribus muris ual-
Probus & Paulinus. (lat.
Probus II. & Paternus II.
Hijs coss. inter Constantinopolim & Heracleā Aurelianus occiditur: cui successit Tacitus, qui regnauit mēses VI. Sub quo hij Consules fuerunt.

TACITVS XXX.

Probus III. & Paternus III.
Hijs coss. Tacitus in Ponto occisus est, & obtinuit Florianus imperium diebus LXXXIIII. Hoc quoque apud Tarsum interfecto, Probus factus est Imperator, qui regnauit annis VI, mēsibus III. Sub quo hij Cōsules fuerūt.

PROBVS XXXI.

Messala & Gratus.
D Hijs coss. Galliæ, quæ fuerant à Barbaris occupatæ, à Probo Romano restituuntur imperio.
Probus IIII. & Tiberianus.
Probus V. & Victorinus.
Hijs coss. insana Manichæorū hæresis
Carus & Carinus. (exorta est.
Carus II. & Numerianus.
Diocletianus & Aristobolus.
Hijs coss. Probus apud Sirmium tumultu militari in turre, quæ uocaē Ferrata, occiditur: cui successit Carus cum filijs suis Carino & Numeriano, qui regnauerunt annis II. Sub quibus hij Consules fuerunt.

CARVS XXXII.

Maximus & Aquilinus.
Hijs coss. cū Carus deuictis Parthis castra supra Tigridem posuisset, fulmine ictus interijt.
Diocletianus II. & Maximianus.
Hijs coss. Numerianus occiditur, Carinus apud Margum prælio uictus interijt. Post quos Diocletianus Dalmata suscepit imperiū, qui regnauit annis XX. Sub quo hij Consules fuerunt.

DIOCLETIANVS XXXIII.

Maximianus II. & Ianuarius.
Bassus & Quintianus.
Hijs coss. Diocletianus in consortiū regni Herculiū Maximianū adsumit.
Diocletianus III. & Maximianus III.
Tiberianus & Dio.
Annibalianus & Asclepiodotus.
Diocletianus IIII. & Maximianus IIII.
Constantius & Maximus.
Tuscus & Anulinus.
Diocletianus V. & Constantius II.
Faustus & Gallus.
Hijs coss. primus Diocletianus adorari se iussit ut deū, & gemmas uestibus, calceamētisq; conseruit, cum ante eum omnes Imperatores in modum Iudicum salutarent, et tantū chlamydē purpureā à priuato habitu plus haberent.
Diocletianus VI. & Maximianus VI.
Constantius III. & Maximus III.
Titianus & Nepotianus.
Constantius IIII. & Maximus IIII.
Hijs coss. LX milia Alemannorum cæsa sunt.
Diocletianus VII. & Maximianus VII.
Diocletianꝰ VIII. & Maximianꝰ VIII.
Constantius V, & Maximus V.
Constantius VI. & Maximus VI.
Hijs coss. Diocletianus & Maximianus Augg. insigni pompa Romæ triumpharunt, antecedentibus currum eorum Narsei coniuge, sororibus, liberis, & omni pompa, qua Parthos expoliauerant.
Diocletianus IX. & Constantinus.
Diocletianus X. & Maximus VII.
Hijs coss. Diocletianus Nicomediæ, Maximianꝰ Mediolani purpurā deposuerūt ob ætatis defectū. Et creati sunt Constantius & Galerius: Sed Constātius tantū Augusti dignitate contētus, cum esset ociosus anni ipsius adscribūtur filio eius Cōstātino, qui natus dicit ex Helena concubina, qui regnauit annos XXX, menses X. Sub quo hij Consules fuerunt.

CONSTANTIVS ET GALERIVS XXXIIII.

P. C. Diocletiani X. & Maximi VII.
II. P. C. Diocletiani X. & Maximi VII.
Maximus VIII. & Licinius.

Constantinus

A Constantinus II. & Licinius II.
Constantinus III. & Licinius III.
Volusianus & Annianus.
Constantinus IIII. & Licinius IIII.
Sabinus & Rufinus.
Gallicanus & Bassus.
Licinius V. & Crispus.
Constantinus V. & Licinius Cæs.
Constantinus VI. & Cõstantius Cæs.
Crispus II. & Constantius Cæs. II.
Probianus & Iulianus.
Seuerus & Rufinus.
Crispus III. & Constantius III.
Paulinus & Iulianus.
Constãtinus VII. & Constantius IIII.
Constantius V. & Maximus.
Ianuarius & Iustus.
Hijs coss. Vicennalia Cõstantini Nicomediæ acta, & sequẽti anno Romæ edita.
Cõstantinus VIII. & Constantius VI.
Constantius VII. & Symmachus.
Bassus & Ablabius.
Pacatianus & Hilarianus.
B Hijs coss. ciuitas, quæ prius Byzantium dicta est, mutato nomine à Constantino Constantinopolis dedicatur.
Dalmatius & Zenophilus.
Optatus & Paulinus.
Constantius & Albinus.
Nepotianus & Facundus.
Felicianus & Titianus.
Vrsus & Polemius.
Constantius II. & Constans.
Hijs coss. Constãtinus Imperator dũ bellum pararet in Persas, in Acyrone uilla publica, iuxta Nicomediã moritur, anno ætatis LXVI. Post quẽ tres liberi eius, id est Cõstantinus, Constãtius & Constans, qui regnauerunt annis XXIIII, mensibus V, diebus XXIII. Sub quibus hij Consules fuerunt.

CONSTANTINVS, CONSTANTIUS & Constans XXXV.

Acyndinus & Proculus.
Marcellinus & Probinus.
Constantius III. & Constans II.
Hijs coss. Cõstãtinus bellũ fratri Cõstantio inferẽs, iuxta Aquileiã Alsæ occiditur.
Placidus & Romulus.
Leontius & Sallustius.
Hijs coss. Franci à Constante perdomiti, in pacem recepti sunt.
Constantius IIII. & Constans III.
Amantius & Albinus.
P. C. Amantij & Albini.
Rufinus & Eusebius.
Hijs coss. magnis reipublicæ expensis in Seleucia Syriæ portus efficitur.
Philippus & Sallia.
Hijs coss. Solis facta defectio.
Limenius & Catulinus.
Sergius & Nigredianus.
Hijs coss. Cõstans haud longe ab Hispania, in castro cui Helenæ nomẽ est, interficitur, anno ætatis XXX, & Constantius remansit in regno.
P. C. Sergij & Nigridiani.
Constantius V. & Constans Cæs.
Constãtius VI. & Constans Cæs. II.
Constantius VII. & Cõstans Cæs. III.
Arbitrio & Lollianus.
Hijs coss. Victorinus Rhetor, & Donatus Grãmaticus Romæ insignes habẽtur.
Cõstãtius VIII. & Iulianus Cæs. (bẽt.
Constantius IX. & Iulianus Cæs. II.
Hijs coss. magnæ Alemannorũ copiæ apud Argentoratum oppidũ Galliarũ (deletæ sunt.
Titianus & Cærealis.
Eusebius & Hypatius.
Constantius X. & Iulianus Cæs. III.
Hijs coss. Honoratus nomine, primo Constantinopoli Præfectus urbi esse (cœpit.
Taurus & Florentius.
Mamertinus & Neuitta.
Hijs coss. Constantius Mopsocrenis inter Ciliciã Cappadociãq; moritur, anno ætatis XLVI: Cui successit Iulianus, qui regnauit anno uno. Sub quo hij Consules fuerunt.

IVLIANVS XXXVI.

Iulianus IIII. & Sallustius.
Hijs coss. Iulianus post uictoriã apd Persas occiditur, anno ætatis XXXII. Post quẽ sequẽti die Iouianus ex Primicerio domesticorum factus est Imperator, qui regnauit mensibus VIII. Sub quo hij Consules fuerunt.

IOVIANVS XXXVII.

Iouianus & Varronianus.
Hijs coss. Iouianus Imperator moritur,

C tur anno ætatis XXXIIII. Postquem Valentinianus Tribunus Scutariorũ apud Nicæam Augustus appellatus, fratrem Valentem Constantinopoli in concionem adsumit imperij, qui regnauit annis XIIII, mensibus V. Sub quo hij Consules fuerunt.

VALENTINIANVS XXXVIII.

Valentinianus & Valens.
Gratianus & Gadalaiphus.
Lubicinus & Iouinus.
Hijs coss. Gratianus Valentiniani filius Ambianis Imperator factus est. Apud Atrebatas lana cœlo pluuiæ mixta defluxit.
Valentinianus II. & Valens II.
Valentinianus N. P. & Victor.
Valentinianus III & Valens III.
Gratianus II. & Probus.
Modestus & Arintheus.
Valentinianus IIII. & Valens IIII.
† De Vsone D Hijs coss. Saxones cæsi.† Deusone in regione Francorum Burgundionum
† Nepos LXXX ferè milia, quot nunquam antea ad Rhenum descenderunt. Clearcus urbi Constantinopoli necessariam aquam, & quamdiu ciuitas optabat,
Gratianus III. & Equitius. (induxit.
P. C. Gratiani III. Equitij.
Valens V. & Valentinianus.
Hijs coss. Valentinianus apoplexi Brigitione moritur. Post quem Gratianus adsumpto in imperio Valentiniano fratre cum patruo Valente regnat.
Gratianus IIII. & Merobaudes.
Hijs coss. Alemannorũ circiter XXX milia apud Argentariã oppidũ Galliarũ cæsa. Gothi diffundũt in Thracia.
Valens VI. & Valentinianus II.
Hijs coss. à Gothis in Thracia Valẽtis trucidatur exercitus. Ipse quoq; Imperator incensa domo ubi se occultauerat, igne combustus est: cui successit in oriente Theodosius Theodosij filius, quem sibi in cõsortium Gratianus ascisciuit. Gratianus itaq; cum XIIII regnasset annis cum Theodosio regnat annis VI. Sub quibus hij Consules fuerunt.

THEODOSIVS XXXIX.

Ausonius & Olybrius.
Gratianus V. & Theodosius.
Hijs coss. Ambrosius Episcopus de Christiana fide multa sublimiter scribit.
Syagrius & Eucherius.
Hijs coss. Martinus Episcopus Turonum Galliæ ciuitatis clarus habetur.
Antonius & Syagrius.
Hijs coss. Athanaricus rex Gothorũ Constantinopolim uenit, ibiq; uitã egit.
Merobaudes II. & Saturninus.
Hijs coss. Arcadius Theodosij Imperatoris filius Augustus appellatur.
Ricimer & Clearchus.
Hijs coss. Gratianus apud Lugdunũ captus occiditur. Residui Valentinianus & Theodosius regnãt annis VIII. Sub quibus hij Consules fuerunt.

VALENTINIANVS ET THEodosius XL.

Arcadius & Bauto.
Hijs coss. Hieronymꝰ presbyter in Bethleẽ positus, toto mundo mirabilis habetur.
Honorius † N. P. & Euodius.
Valentinianus III. & Eutropius.
Theodosius II. & Cyneius.
Timasius & Promotus.
Valentinianus IIII. & Neoterius.
Titianus & Symmachus.
Arcadius II. & Rufinus.
Hijs coss. Valentinianus uitæ tædio apud Viẽnam laqueo perijt. Theodosius cum iam per XIIII annos regnasset, cum Arcadio & Honorio regnat annis II. Sub qbus hij Cõsules fuerũt.

THEODOSIVS, ARCADIVS & Honorius XLI.

Theodosius III. & Abundantius.
Arcadius III. & Honorius II.
Hijs coss. Ioannes monachus gratia præditus Theodosium consulẽtem de euentu belli, quod aduersum Eugenium mouebat, uictorẽ fore pronuntiat.
Olybrius & Probinus.
Hijs coss. Theodosius Eugenium tyrannum uincit & perimit. Augustinꝰ beati Ambrosij discipulus multa facũdia doctrinaq; excellens, Hippone regione Africæ Episcopus ordinatur.
Hoc tempore Claudianus Poëta insignis habetur.

Theodosius

A Theodosius Imperator Mediolani moritur. Post quem Arcadius cum iam regnasset annis XII, cum fratre Honorio regnat annis XIII. Sub quibus hij Consules fuerunt.

ARCADIVS XLII.

Arcadius IIII. & Honorius III.
Cæsarius & Atticus.
Honorius IIII. & Eutychianus.
† Macilius & Theodorus.
Stilico & Aurelianus.
Hijs COSS. Gothi Halarico & Radagaiso regibus ingrediuntur Italiam.
Vincentius & † Frauita.
Arcadius V. & Honorius V.
Hijs COSS. Polentiæ Stiliconem cum exercitu Romano Gothi uictum acie fugauerunt.
Theodosius Aug. I. & † Rumoridus.
Honorius VI. & Aristenetus.
Stilico II. & Anthemius.
Arcadius VI. & Probus.
Hijs COSS. Vandali & Alani traiecto
B Rheno Gallias intrauerunt.
Honorius VII. & Theodosius II.
Bassus & Philippus.
Hijs COSS. Arcadius Imperator Constantinopoli moritur. Honorius cum Theodosio fratris filio regnauit annis XV. Sub quibus hij Consules fuerunt.

HONORIVS ET THEODOSIVS XLIII.

Honorius VIII. & Theodosius III.
Hijs COSS. Vandali Hispanias occupauerunt.
† Varan & Tertullus.
Hijs COSS. Roma à Gothis Halarico duce capta est, ubi clementer usi uictoria sunt.
Theodosius Aug. IIII. COS.
Honorius IX. & Theodosius V.
Hijs COSS. Gothi rege Ataulpho Gallias intrauerunt.
† Lucius V C. COS.
Hijs COSS. Burgundiones partem Galliæ Rheno tenuere coniunctam.
Constantius & Constans.
Honorius X. & Theodosius VI.
Theodosius VII. & Palladius.
Hijs COSS. Gothi placati, Constantio Placidiam reddiderunt, cuius nuptias prometretur.
Honorius XI. & Constantius II.
Honorius XII. & Theodosius VIII.
Monaxius & Plinta.
Theodosius IX. & Constantius III.
Hijs COSS. Constantius ab Honorio in societatem regni recipitur.
Agricola & Eustathius.
Hijs COSS. Constantius Imperator moritur. † Manilius
Honorius XIII. & Theodosius X.
Hijs COSS. exercitus ad Hispanias cõtra Vandalos missus est. † Fabricio
Marinianus & Asclepiodotus.
Hijs COSS. Placidia Augusta à fratre Honorio ob suspicionem inuitatorum hostium cum Honorio & Valentiniano filijs ad orientem mittitur, Honorius moritur, & solus Theodosius Romanum imperiũ tenet annis XXVII. † Rimoridio
Sub quo hij Consules fuerunt.

THEODOSIVS XLIIII.

Castinus & Victor.
Hijs COSS. Theodosius Valentinianũ consobrinum Cæsarem facit, & cum Augusta matre ad recipiendum occidentale mittit imperium.
Theodosius XI. & Valentinianus Cæsar.
Hijs COSS. Ioannem Tyrannum Valentinianus Imperator extinxit, Hunosq; , qui in Italia erant Ioannis Præsidio, per Aëtiũ mira felicitate dimouit.
Theodosius XII. & Valentinianus II.
Hierius & Ardabures. † Flauius Varro COS.
Hijs COSS. Bonifacio Africam tenẽti infauste bellum ingeritur. Gens Vandalorum à Gothis excluſa, de Hispanijs ad Africam transit.
Felix & Taurus.
Hijs COSS. Aëtius multis Francis cæsis, quam occupauerant propinquam Rheno partem recipit Galliarum. † Lucianus
Florentius & Dionysius.
Theodosius XIII. & Valẽtinianus III.
Bassus & Antiochus.
Aëtius & Valerius.

Theodosius

C Theodosius XIIII. & Maximus.
Aspar & Ariouindus.
Theodosius XV. & Valētinianus IIII.
Hijs coss. pax facta cum Vandalis, data eis ad habitandum Africæ portione. Cundicharium Burgundionum regem Aëtius bello subegit, pacemq; ei reddidit supplicanti, quem non multo post Huni peremerunt.
Isidorus & Senator.
Aëtius II. & Sigisuultus.
†Opilio Hijs coss. Aug. Valentinianus ad Theodosium Principem Constantinopolim proficiscitur, filiamq; eius in matrimonium accipit.
Theodosius XVI. & Faustus.
Theodosius XVII. & Festus.
Hijs coss. bellum aduersus Gothos Hunis auxiliaribus geritur, & Litorius dux Romanus ab eis capitur. Ginsericus de cuius amicitia nihil metuebatur, Carthaginē dolo pacis inuadit.
Valentinianus Aug. V. & Anatholius.
Hijs coss. Ginsericus Siciliam grauiter affligit.
D Cyrus V C. cos.
Hoc cos. Theodosius Imperator bellum contra Vandalos inefficaciter mouit.
Dioscorus & Eudoxius.
Hijs coss. Huni Thracias & Illyricum facta populatione uastarunt, cum Ginserico ab Aug. Valentiniano pax confirmata, & certis spacijs Africa inter utrosq; diuisa est.
Maximus II. & Paternus.
Theodosius XVIII. & Albinus.
Hijs coss. Attila rex Hunorum †Bledam fratrem & consortem in regno suo perimit, eiusq; populos sibi parere compellit.
†Bledlam
Valentinianus VI. & Nonius.
Aëtius III. & Symmachus.
†Callepius & Ardabures.
†Hiero Posthumianus & Zeno.
Asturius & Protogenes.
Valentinianus VII. & Auienus.
Hijs coss. Theodosius moritur. Post quem Martianus adscitus in imperiū, qui regnauit annis VII. Sub quo hij coss. fuerunt.

MARTIANVS XLV.

Martianus Aug. & Adelphius.
Hijs coss. Romani Aëtio duce Gothis auxiliaribus contra Attilam in cāpis Catalaunicis pugnauerunt, qui uirtute Gothorū superatus abscessit.
Herculanus & Asporatius.
Hijs coss. Attila redintegratis uiribus Aquileiam magna ui dimicans introuit, cum quo a Valentiniano Imperatore Papa Leo directus pacem fecit.
† Opio & Vincomalus.
Hijs coss. Attila in sedibus suis moritur.
Aëtius & Studius.
Hijs coss. Aëtius Patritius in Palatio manu Valentiniani Imperatoris extinctus est. Boëtius uero Præfectus Prætorio amicis eius circūstantibus interemptus.
Valentinianus VIII. & Anthemius.
Hijs coss. in campo Martio ab amicis Aëtij Valētinianus occiditur. Post quem Maximus inuasit imperiū, qui intra duos menses à militibus extinctus, in Tiberim proijcitur. Eodem anno per Ginsericum omnibus opibus suis Roma uacuata est. Post Maximū Auitus in Gallijs sumit imperium.
Ioannes & Varani.
Hijs coss. Placentiæ deposuit Auitus (imperium.
Constantinus & Rufus.
Hijs coss. Martiano defuncto Leo orientis, Maiorianus Italiæ susceptit imperium. Sub quibus hij coss. fuerūt.

LEO XLVI.

Leo Aug. & Maiorianus Aug.
Hijs coss. Maiorianus in Africā mouit (procinctū.
Ricimer & Patritius.
Magnus & Apollonius.
Seuerinus & Dagalaiphus.
Hijs coss. Maiorianus immissione Ricimeris extinguitur, cui Seuerum natione Lucanum Rauennæ succedere fecit in regno.
Leo Aug. II. & Seuerus Aug.
Basilius & Vinianus.
Rusticius & Olybrius.
Hijs coss. rex Halanorum Beorgor adud Pergamum à Patritio Ricimere peremptus est.

Arimineric[illegible]

A Arminericus & Basiliscus.
Hijs coss. ut dicitur, Ricimeris fraude Seuerus Romæ in Palatio ueneno peremptus est.
Leo Aug. III. cos.
Buseus & Ioannes.
Hijs coss. Antonius à Leone Imperatore ad Italiam mittitur, qui tertio ab urbe miliario in loco Brontotas susce pit imperium.
Anthemius Aug. II. cos.
Hoc cos. in Sicilia Marcellinus occiditur.
Martianus & Zeno.
Hijs coss. Arabundus imperium tentans, iussu Anthemij exilio deportat.
Seuerus & Iordanes.
Hijs coss. Romanus Patritius affectans imperiũ capitaliter est punitus.
Leo Aug. IIII. & Probianus.
Hijs coss. Constantinopoli affectata tyrannide à Leone principe Aspar occiditur.
Festus & Martianus.
B Hijs coss. Patritius Ricimer Romæ facto Imperatore Olybrio, Anthemiũ contra reuerentiam Principis & ius affinitatis, cum graui clade ciuitatis extinguit, qui non diutius peracto scelere gloriatus, post XL dies defunctus est, Olybrius autem septimo imperij mense uitam peregit.
Leo Aug. V. cos.
Hoc cos. Gundibato hortante Glicerius Rauennæ sumpsit imperium. Eodem anno Leo nepotem suum Leonem consortem facit imperij.
Leo iunior Aug. cos.
Hoc cos. Imperator Leo senior defunctus est, cui Zeno successit in imperio, qui regnauit annis XVII. Sub quo hij coss. fuerunt. Eo etiam anno Romæ Glicerio Nepos successit in regno.
Post coss. Leonis Aug. iunioris.

ZENON XLVII.

Eodem anno Orestes, Nepote in Dalmatias fugato, filio suo Augustulo dedit imperium.
Basiliscus II. & Armatus.
Hijs coss. ab† Odouacre Orestes & frater eius Paulus extincti sunt, nomenq; regis Odouacer adsumpsit, cũ tamen nec purpura, nec regalibus uteretur insignibus. † Odoacer
P. C. Basiliſci II. & Armati.
Ellus V C. cos.
Zeno Aug. II. cos. Chron. Alex. Zeno III.
Basilius V C. Iun. cos.
Placidus V C. cos.
Hoc cos. Odouacer in Dalmatijs Odiuam uincit & perimit.
Seuerinus V C. cos.
Faustus V C. cos.
D. N. Theodericus & Venantius.
Symmachus V C. cos.
Decius & Longinus.
Boëtius V C. cos.
Hoc cos. Odouacer Phœba rege Rugorum uicto captoq; potitus est.
Dinamius & Sisidius.
Probinus & Eusebius.
Hijs coss. feliciſſimus atq; fortiſſimus D. N. Rex Theodericus intrauit Italiam, cui Odouacer ad† Isontiũ pugnam parans, uictus cum tota gente fugatus est. Eodem anno repetito conflictu Veronæ uincitur Odouacer. † Sontium Theoderic Rex
Faustus Iun. cos.
Hoc cos. ad Ducam Fluuium Odouacrem D. N. Theodericus rex tertio certamine superauit, qui Rauennam fugiens, obsidetur inclusus.
Olybrius Iun. cos.
Hoc cos. Odouacer cum Erulis egressus Rauẽnam, nocturnis horis ad pontem Candidium à D. Nostro rege Theoderico memorabili certamine superatur: Tunc etiam Vandali pace supplíciter postulata, à Siciliæ solita deprædatione cessarũt. Eodem anno Zeno occubuit, cui Anastasius in orientali successit imperio.

ANASTASIVS XLVIII.

Anastasius Aug. & Rufus.
Albinus V C. cos.
Hoc cos. D. N. rex Theodericus Rauẽnam ingressus, Odouacrem molientem sibi insidias interemit.

Asterius

C Asterius & Præsidius.
Viator V C. COS.
Paulus V C. COS.
Anastasius Aug. II. COS.
Paulinus & Ioannes.
Ioannes V C. COS.
Patritius & Hypatius.
Hoc anno D N. Rex Theodoricus Romam cunctorum uotis expetitus aduenit, & Senatum suum mira affabilitate tractans, Romanæ plebi donauit annonas, atq; admirandis mœnib: deputata per annos singulos maxima pecuniæ quantitate subuenit, sub cuius felici imperio plurimæ renouantur urbes, munitissima castella conduntur, consurgunt admiranda palatia, magnisq; eius operibus antiqua miracula superantur.
Auienus & Pompeius.
Auienus Iun. & Probus.
Hijs COSS. D N. Rex Theodoricus aquam Rauennam perduxit, cuius formã sumptu proprio instaurauit, quæ
D longis ante fuerat ad solum reducta temporibus.
Cætheus V C. COS.
Hoc COS. uirtute D N. regis Theodorici uictis Bulgaribus Syrmium recepit Italia.
Theodorus & Sabinianus.
Messala & Ariouinna.
Anastasius Aug. III. & Venantius.
Venantius iunior & Celer.
Hijs COSS. contra Francos à Domno nostro destinatur exercitus, qui Gallias Francorum deprædatione confusas uictis hostibus ac fugatis suo adquisiuit imperio.
Importunus V C. COS.
Boëtius V C. COS.
Felix & Secundinus.
Paulus & Muschianus.
Probus & Clementinus.
Senator V C. COS.
Me etiam COS. in uestrorum laude temporum adunato Clero uel populo Romanæ ecclesiæ redijt optata concordia.
Florentinus & Anthemius.
Hijs COSS. D N. rex Theodoricus filiam suam Domnam Amalasuintam glorioſi uiri D N. Eutharici matrimonio deo auspice copulauit.
Petrus V C. COS.
Eo anno D N. Eutharicus Cillica mirabili gratia Senatus & plebis ad eden dũ exceptus est feliciter Consulatũ.
D N. Eutharicus Cillica & Iustinus Augustus.
Eo anno multa uidit Roma miracula editionibus singulis, stupente etiam Symmacho orientis Legato diuitias. Gothis Romanisq; donatas dignitates cessit in Curia: muneribus Amphitheatralibus diuersi generis feras, quas præsens ætas pro nouitate miraretur, exhibuit. Cuius spectaculi uoluptates etiam exquisitas Africa sub deuotione transmisit. Cunctis itaq; eximia laude completis, tanto amore ciuibus Romanis insederat, ut eius adhuc præsentiam desiderãtibus Rauennam ad glorioſi patris remearet aspectus, ubi iteratis editionibus tanta Gothis Romanisq; dona largitus est, ut solus potuerit superare quę Romæ celebrauerat Consulatum.
Igitur ut effusam annorum seriem autorum testificatione digestam, sub breuitatis compendio redigamus.
Ab Adã usq; ad diluuiũ, sicut ex Chronicis Eusebij Hieronymi collegimus, anni sunt II CCXLII.
A diluuio usque ad Ninum Assyriorum regem anni sunt DCCCXCIX.
A Nino usq; ad Latinum regem anni sunt DCCCLII.
A Latino rege usq; ad Romulum anni sunt CCCCLVII.
A Romulo usq; ad Brutum & Tarquiniũ primos Cõsules anni sunt CCXL.
A Bruto & Tarquinio usq; ad Consulatum uestrum, sicut ex Tito Liuio & Ausidio Basso & Paschali uirorũ clarorum autoritate firmatò collegimus, anni sunt MXXXI.
Ac si totus ordo seculorum usque ad Consulatum uestrum colligitur, anni sunt V DCCXXI.

Rusticus

Rusticus & Vitalis Augg. COSS.
Valerius & Iustinianus VV CC.
Symmachus & Boëtius VV CC.
Maximus V C.
Opilio & Iustinus Augg. VV CC.
Probus & Philoxenus VV CC.
Olybrius V C.
Maburtius V C.
Iustinianus Aug. II. V C.
Decius V C.
Lampadius & Orestes VV CC.
P. C. Lampadij & Orestis VV CC.
Item P. C. Lāpadij & Orestis VV CC.
Iustinianus Aug. III. COS.
Iustinianus Aug. IIII. & Paulinus COSS.
†Bilisarius V C.
P. C. Bilisarij V C.
Item P. A. Bilisarij V C.
Ioannes V C.
Appius V C.
Iustinus iunior V C.
Basilius V C.
P. C. Basilij V C.
Item P. C. Basilij V C.
Et item P. C. Basilij V C.
IIII. P. C. Basilij V C.
V. P. C. Basilij V C.
VI. P. C. Basilij V C.
VII. P. C. Basilij V C.
VIII. P. C. Basilij V C.
IX. P. C. Basilij V C.
X. P. C. Basilij V C.
XI. P. C. Basilij V C.
XII. P. C. Basilij V C.
XIII. P. C. Basilij V C.
XIIII. P. C. Basilij V C.
XV. P. C. Basilij V C.
XVI. P. C. Basilij V C.
XVII. P. C. Basilij V C.
XVIII. P. C. Basilij V C.

†*Hoc* COS. *Gothis in Italia bellum intulit Iustinianus Imperator, neque ullum deinceps Roma Consulem habuit.*

MAGNI AVRELII CASSIODORI CHRONICORVM FINIS.

HERMANNI CONTRACTI COMITIS VERINGENSIS CHRONICON.

DE SEX MVNDI AETATIBVS.

Ad uerbum fere sunt ex Beda trãscripta.

Anni mundi.

PRima est mundi huius ætas ab Adam usq; ad Noë, cõtinens annos iuxta hebraicam ueritatem M DCLVI, iuxta LXX Interpretes II CCXLII. Generationes iuxta utranq; editionem numero X. Quæ uniuersali deleta est diluuio, sicut primam cuiusque hominis obliuio demergere cõsueuit ætatẽ: Quotus eñ quisq; est, qui suam recordetur infantiam? Secũda ætas à Noë usq; ad Abraham generationes iuxta hebraicã autoritatẽ cõplexa X, annos autẽ CCXCII. Porrò iuxta LXX Interpretes annos M LXXII, generatiões uero XI. Hæc quasi pueritia fuit generis populi dei, & ideo in lingua inuẽta est, id est hebræa. A pueritia nanq; homo incipit loqui nosse post infantiã, quæ hinc appellata est, quod fari non potest. Tertia ab Abrahã usq; ad Dauid generationes iuxta utranque autoritatem XIIII, annos uero DCCCXLII complectens. Hæc quædã uelut adolescẽtia fuit populi dei, à qua ætate quia incipit homo posse generare, propterea Matthæus Euangelista generationũ ex Abrahã sumpsit exordiũ. Qui etiã pater gentiũ cõstitutus est, quãdo mutatũ nomẽ accepit. Quarta à Dauid ùsq; ad transmigrationem Babylonis, habens annos iuxta hebraicã ueritatem CCCCLXXIII. Iuxta LXX translationẽ XII amplius: Generationes iuxta utroq; codices XVII: quas tamen Euangelista Matthæus certi mysterij gratia XIIII ponit. A qua uelut iuuenili ætate in populo dei regũ tempora cœperunt: Hæc nanq; in hominibus ætas apta gubernando solet existere regno. Quinta quasi senilis ætas à transmigratione Babylonis usq; in aduentũ Domini saluatoris est, generationibus & ipsa XIIII. Porrò annis DLXXXIX extenta. In qua ut graui senectute fessa, malis crebrioribus plebs Hebræa quàssatur. Sexta, quæ nũc agitur ætas nulla generationũ uel temporũ serie certa, sed ut ætas decrepita ipsa totius seculi morte cõsumanda. Has ærumnosas plenasq; laboribus mundi ætates sancti quique felici morte uicerunt, septima iam sabbati perennis ætate suscepti, octauam beatæ resurrectionis ætatem, in qua semper cum Domino regnent, expectant.

Prima igitur ætate seculi nascentis prima huius die fecit deus lucem, quam appellauit diem. Secũda firmamentũ cœli in medio librauit aquarum, ipsis aquis ac terra cum cœlo supiore, ac uirtutibus, quæ in eo Conditorem laudarent, ante horum VI dierum exordium creatis. Tertia die cõgregatis aquis in suum locum, quæ cuncta contexerant, aridam iussit apparere. Quarta, sidera in firmamẽto cœli posuit, quæ nũc quãtũ æquinoctij coniectura colligimus, XII Calendarũ Aprilĩ dies uocat. Quinta, natatilia & uolatilia creauit animãtia. Sexta, animalia terrestria & ipsum hominem formauit Adam, de cuius latere dormientis matrẽ omnium uiuentiũ produxit Euam. Quæ nunc quantũ mihi uidetur esse credibile

credibile, X Cal. Aprilium dies appellatur. Vnde merito creditur, si nõ uerior sententia uincit, quod beatus Theophilus cum cæteris non solum Palæstinæ, sed et permultis aliarũ regionũ Episcopis de Pascha disputans scripsit, eodem X Cal. Aprilĩ die Dominũ fuisse crucifixum. Decebat enim una eademq; non solũ hebdomadis, sed mẽsis die secundum Adam pro generis humani salute uiuifica morte sopitũ, de productis è latere suo sacramentis cœlestibus sponsam sibi sanctificare ecclesiam: qua uidelicet die primum Adam, patrem uidelicet humani generis ipse creauerat, eiq; de latere costam tollens ædificauit mulierem, cuius adiutorio genus propagaret humanum.

Anni mundi.

10 Kal. April. Christ. passus

Adam annorũ CXXX genuit Seth, cui superuixit annis DCCC. Verum LXX Interpretes ante natũ Seth posuere annos CCXXX, postea DCC. Seth interpretat resurrectio, significãs resurrectionem à mortuis Christi, cuius mortẽ illatam à Iudæis significat Abel, qui dicitur luctus, à fratre Cain occisus. 130

Seth annorũ CV genuit Enos, cui superuixit annis DCCCVII. Porrò LXX ante natũ Enos annos CCV, postea posuere DCCVII. Enos interpretatur homo de quo benedicit: Iste cœpit inuocare nomẽ Dñi. Quod hominũ est propriũ, ut suæ fragilitatis memores inuocẽt Conditoris auxiliũ, eorũ dũtaxat, qui in fide Christi uiuẽtes filij resurrectionis esse læ- 235

Enos annorũ XC genuit Cainã, cui superuixit annis DCCC (tenẽt. XV. Sed LXX ante natũ Cainan CXC annos, postea DCCXV posuere. 335

Cainan annorũ LXX genuit Malaleel, post cuius ortũ uixit annos DCCCXL. LXX ante natũ Malaleel CLXX, postea dixere DCCXL. 395

B Malaleel annorũ LXV genuit Iareth, cui supuixit annis DCCCXXX, LXX ante natum Iareth CXLV, postea posuere annos DCCXXX. 460

Iareth annorũ CXLII genuit Enoch, cui superuixit annis DCCC. In hac generatione nusq; utriq; codices discrepãt. Hunc Enoch nõnulla diuina scripsisse Iuda Apostolo attestãte cõperimus. Sed ut beatus
» Augustinus dicit: Nõ frustra non sunt in eo canone scripturarum, qui
» seruabatur in tẽplo Hebræi populi succedentiũ diligentia sacerdotũ, nisi
» quia ob antiquitatẽ suspectæ fidei iudicata sunt, nec utrum hæc essent
» quæ ille scripsisset poterat inueniri: Vnde illa quæ sub eius nomine pro
» feruntur, & continẽt illas de Gygãtibus fabulas, quod nõ habuerint ho
» mines patres, recte à prudentibus iudicantur nõ ipsius esse credenda. 622

Enoch annorũ LXV genuit Mathusalã, post cuius ortum ambulauit cũ deo CCC annis. LXX ante natũ Mathusalam posuere CLXV annos, postea CC. Et bene in septima generatione Enoch, qui interpretat dedicatio, tulit à mortalibus deus, quia ciuitas electorũ in VI huius seculi pro deo laborãs ætatibus, in septima sabbati futuri gloriã dedicationis expectat, atq; reprobi sola præsenti sunt felicitate cõtenti, Cain ciuitatẽ quã statuit nõ in septima generatiõe, sed in primo genito Enoch filio cõse- 687

Mathusalã annorũ CLXXXVII genuit Lamech, cui supuixit (crat. annis DCCLXXXXII, id est usq; ad diluuiũ. LXX ante natũ Lamech CLXVII ponũt annos, postea DCCC & II. Qui numerus, ut lector facilime uidebit, iuxta hebraicã ueritatem XX annis: iuxta ipsorũ uero auctoritatem XIIII annis diluuij tempora trãsit. De qua famosissima quæstione doctissimi patres Hieronymus in libro Quæstionũ hebraicarũ, Augustinus in libro de Ciuitate dei XV plenissime disputant. 874

C Lamech annorũ CLXXXII genuit Noë, cui ſupuixit annis DXCV. LXX ante natũ Noë ponunt annos CLXXXVIII, & poſtea DLXV. In hac ſola generatiõe ſũma uniuerſitatis diſcrepat, qa XX & IIII annis plus uixiſſe Lamech in Hebræis, cẽ in LXX translatorũ codicibus inuenitur. 1056

Noë anno DC uenit diluuiũ, mẽſe ſecũdo, XVII die menſis. Sanè de differentia annorũ inter Hebræã & LXX Interpretũ autoritatẽ, ne quis nos laceret nouas mouiſſe quæſtiones, legat præfatorum patrũ memorata opuſcula, & intelliget hanc iam olim notiſſimã fuiſſe diſtantiã. Cuius originem diſtantiæ cũ beatus Auguſtinus ſollertiſſime quæſiſſet, di-
» xit in libro ſupraſcripto capitulo XIII, inter alia ſic: Credibilius ergo qs
» dixerit, cũ primo de bibliotheca Ptolemæi deſcribi iſta cœperũt, tunc ali-
» quid tale fieri potuiſſe in codice uno, ſed primitus inde deſcripto, unde
» iam latius emanaret: Vbi potuit quidẽ accidere etiã ſcriptoris error, ſed
» hoc in illa quæſtione de uita Mathuſalæ nõ abſurdum eſt ſuſpicari. Et
» poſt aliquanta: Recte fieri, inquit, nullo modo dubitauerim, ut cũ di-
» uerſum aliquid in utriſq; codicibus inuenitur, quãdo quidem ad fidem
» rerum geſtarum utrunq; eſſe non poteſt, uerum ei linguæ potius creda-
» tur, unde eſt in aliam per Interpretes facta translatio. 1656

SECVNDA ſeculi ætate prima huius die, quæ eſt XXVII menſis ſecundi, egreſſus eſt Noë de arca, in qua pauci, id eſt VIII animæ ſaluæ factæ ſunt per aquã. Qd memorãs in Epiſtola beatus Apoſtolus Petrus mirifice ſtatim exponere curauit, cũ ſubiunxit: Quod & nos nũc ſimilis formæ ſaluos facit baptiſma, nõ carnis depoſitio ſordiũ, ſed conſcientiæ
D bonæ interrogatio in deum, per reſurrectionẽ Ieſu Chriſti, qui eſt in dextera dei. In aqua diluuij baptiſmũ, in arca & hijs quæ cõtinebat eccleſiam, & fideles illius, in octonario animarũ numero myſteriũ dominicæ reſurrectionis, in cuius fide baptizamur, docens eſſe figuratum.

Sem C annorũ genuit Arphaxad biẽnio poſt diluuiũ. Ab Arphaxad Chaldæos originem duxiſſe Hieronymus ſcribit. Superuixit autẽ Sem nato Arphaxad D annis, id eſt uſq; ad L annum natiuitatis Iacob. 1658

Arphaxad annorũ XXXV genuit Sale. Hic LXX Interpretes una generatione pluſq; hebraica ueritas poſuere, dicentes quod Arphaxad cũ eſſet annorũ CXXXV genuit Cainan, qui cum CXXX annorũ fuerit, ipſe genuerit Sale. Quorũ translationẽ Euangeliſta Lucas hoc loco uidetur eſſe ſecutus. Verũ Chronographi Græcorum cũ generationũ ſeriem ad autoritatem hebraicã caſtigaſſent, ablata una generatione Cainan, nec tamen numerũ annorũ in generationibus, quas cũ eis habuere cõmunes, ad eorum autoritatẽ caſtigare curaſſent, propriã ſecuti autoritatem dederunt huic ætati annorũ ſummã minorẽ quidem LXX tranſlatorum editione annis LXXX. Sed hebraica ueritate annis DC & L maiorem, id eſt annos DCCCC & XLII. Vixit autem Arphaxad poſt natum Sale annis CCC & III: cui tamen LXX poſt natum Cainan ſcribunt annos CCCCXXX, & Cainan poſt natum Sale CCCCXXXVIII. 1693

Sale annorũ XXX genuit Heber, cui ſuperuixit annis CCCCIII: LXX ante natum Heber poſuere annos CXXX, poſtea CCCXXX. Ab hoc Heber Hebræorum nomen & genus oritur. 1723

Heber annorũ XXXIIII genuit Phalech, cui ſuperuixit annis CCCC †CCLX XXX: LXX ante natum Phalech annos poſuere CXXXIIII, poſtea †CC LXX. Phalech interpretatẽ diuiſio, cui propterea tale nomẽ impoſuere parentes, quod tẽpore natiuitatis ipſius terra per linguarũ confuſionem 1757

diuiſa

A diuisa est. Cuius diuisiõis Arnobius Rhetor in expositiõe Psalmi CIIII ita meminit: Sem primogenito Noë pars facta est à Persida & Bactris usq; in Indiã lõge, & usq; Rhinocoluras: Quæ spacia terrarum habent linguas sermone barbarico XX & VII: In quibus linguis gentes sunt patriarum CCCC & VI, non diuersarũ linguarum, sed ut dixi diuersarũ patriarum: Verbi gratia, cum una lingua sit latina, sub una lingua diuersæ sunt patriæ, Brutiorum, Lucanorum, Apulorum, Calabrorum, Picentum, Tuscorum, & hijs atq; huiusmodi similia si dicamus. *Anni mũdi.*

Cham uero secũdus filius Noë à Rhinocoluris usq; Gadira habens linguas sermone Punico à parte Garamantũ, Latino à parte Boreæ, Barbarico à parte meridiano Aethiopũ et Aegyptiorũ, ac Barbaris interioribus uario sermone uiginti duabus linguis in patrijs CCCXC & IIII. Iapheth autẽ tertius à Media usq; ad Gadira ad Boream: Habet autẽ Iaphhet flumen Tigridẽ, quod diuidit Mediã & Babyloniã, in patrijs ducentis sermone uario in linguis XX & III: Fiunt ergo omnes simul linguæ LXXII. Patriæ autẽ generationũ M, quæ in tripartito seculo hoc ordine sitæ sunt. Habet autẽ, ut diximus, Iapheth flumen Tigridẽ quod diuidit Mediã & Babyloniã. Sem autẽ Euphraten, Cham uero Geon, qui uo-

Phalech annorũ XXX genuit Reu, cui superuixit an- (cat Nãus. 1787
nis CCIX. LXX ante natũ Reu CXXX annos ponũt, postea † CCVIII.
Hijs tẽporibus primũ tẽpla cõstructa, & quidã Principes gentiũ tanq; dij sunt

Reu annorũ XXXII genuit Seruch, cui superuixit annis (adorati. 1818
†CCVII. LXX ante natũ Seruch CXXXII ponunt annos, postea CCVII.
Scytharum regnum dicitur exortum, ubi primus regnauit † Tanaus.

B Seruch annorũ XXX genuit Nachor, cui superuixit annis CC LXX. 1849
Ante natum Nachor ponũt annos CXXX, postea CC. Aegyptiorum dicitur imperium inchoare primo eis regnante Vizoues.

Nachor annorũ XXIX genuit Thare, cui superuixit annis CXIX. 1878
LXX ante natũ Thare ponũt annos LXXX, postea CXXIX. Assyriorũ Sicyoniorũq; regnũ nascitur: hijs primũ Belo, illis Aegialeo regnãte.

Thare annorũ LXX genuit Abrahã, cui superuixit CXXXV annis. 1948
Hactenus secunda ætas seculi protẽditur, cuius tota serie recẽsita, beatus Augustinus in libro de Ciuitate dei XVI, capitulo X, hoc modo cõclu-
» sit: Fiunt itaq; anni à diluuio usq; ad Abrahã MLXXII secundũ uulga-
» tam editionẽ, hoc est Interpretũ LXX. In Hebræis autem codicibus lon-
» ge pauciores annos perhibent inueniri, de quibus rationem aut nullam
» aut difficillimam reddunt.

TERTIA mundi ætas à natiuitate cœpit Abraham Patriarchæ, qui 2023
LXXV annorũ cum esset, relicta gente patria, ad imperiũ dei uenit in terram Chanaan, accipiens promissionem nascituri de suo semine Saluatoris, in quo benedicerentur omnes gentes, simul & seipsum in gentem magnam esse futurum: Quarũ una spiritalis, altera est promissio carnalis. Hijs temporibus Ninus & Semiramis Assyrijs regnant.

Abraham annorum LXXXVI genuit Ismahel, à quo Ismahelitæ. 2034
Genuit autem Ismahel XII duces, & uixit annis CXXXVII.

Idẽ Abrahã annorũ C genuit Isaac, q primus & solus in tota Testa- 2048
menti ueteris serie legitur octauo die circunci sus, quod non sine magno mysterio priuilegium est filio promissionis donatum.

Isaac annorum LX genuit Esau & Iacob Patriarchas Idumææ & 2108
Israëliticæ gentis. Post quorum ortum uixit annos CXX. Hijs temporibus primus apud Argos regnauit Inachus annis L, cuius filia Io, quam Aegyptij mutato nomine Isidem colunt.

C Iacob CXXX annorum descendit in Aegyptũ in animabus LXX. Huius tẽporibus Memphis in Aegypto ab Ape Argiuorũ rege cõdita. Sparta quoq; à Sparto filio Phoronæi regis Argiuorum conditur 2238

Habitatio filiorũ Israël, qua manserunt in Aegypto fuit CCCCXXX annorũ, quibus expletis eadẽ die egressus est omnis exercitus Domini de terra Aegypti, ut scriptura testatur Exodi: quorũ tamen summam annorum Chronographi à LXXV anno natiuitatis Abrahã, quando terram repromissionis intrauit cõputant, sequẽtes editionẽ LXX Interpretum, quæ dicit: Habitatio autẽ filiorũ Israël, qua habitauerunt in Aegypto, & in terra Chanaan ipsi & patres eorũ anni CCCCXXX. Quã necessariò sequendã & ipsa ueritas hebraica ostẽdit, quæ narrat Caath filiũ Leui, quẽ natũ esse cõstat in terra Chanaan, uixisse annos CXXXIII, & filiũ eius Amrã patrẽ Mosis annos CXXXVII, & ipsum Mosen LXXX annorum fuisse tempore egressionis de Aegypto. †Quã nimirum horũ summã annorũ constat CCCC & XXX implere nõ posse. Annuit autẽ horũ translationi & Apostolus cũ ait: Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini eius. Nõ dicit, & seminibus quasi in multis, sed quasi in uno, & semini tuo qui est Christus. Hoc autẽ dico testamentũ cõfirmatum à deo, quæ post CCCC & XXX annos facta est lex, nõ irritũ facit ad euacuandas 2453

†Quia

Moses annis XL eductũ ex Aegypto regit (promissiones patrũ. populũ Israël in deserto. Quorũ primo anno tabernaculũ Dño cõstruit, & VII mensibus opus perficiens, mense primo anni secundi, prima die mensis erexit. Huc usq;, ut Eusebius cõmemorat, V libri Mosi continent gesta annorũ IIII DCCXXX secundũ LXX seniorũ interpretationem. Quot uero annos huius tẽporis hebraica ueritas cõtinea, Iosephus in primo cõtra Appionẽ Grammaticũ libro ita cõmemorat: Neq; igitur innumera apud nos habentur uolumina inter se inuicem discordantia, sed duo tantũ & uiginti sunt libri, qui omniũ tẽporũ seriem cõtinent, qui & iuste credunt diuinitus inspirati: Ex quibus quinq; sunt Mosi cõtinentes leges uitæ, & successionis humanæ prosapiam, usq; ad ipsius Mosi terminũ pertẽdentes, qui paulo minus ad IIII annorũ cõtinentiam 2493

D

* 2950 Iosue annis XXVI regit populũ Israël, ut Iosephus docet: (gerũt. Nam scriptura sancta quot fuerint anni ducatus illius tacet. Quare uero Eusebius in Chronicis XXVII posuerit infra dicemus. Primo autẽ ducatus sui anno Iosue primo mẽse, decima die mẽsis, populũ patefacto Iordanis alueo in terrã repromissionis induxit: quo uidelicet anno, ut in Chronicis præfati beati Eusebij reperimus, principiũ erat quinquagesimi primi Iubilei secundum Hebræos, id est anni II D erant ab initio mundi cõpleti, singulis Iubileorũ ordinibus per quinquagenos annos deputatis. At uero hanc tẽporis huius esse summam nostra inquisitio nequaquam inuenire ualuit: Constat enim, quia MDCLVI ad diluuium usq; fuere anni, inde ad Abraham CCXCII: qui LXXV erat annorum quando promissionem dei accepit, promissionis anni CCCCXX, ducatus Mosi anni XL: Qui profecto numerus nõ II D, sed VII minus, id est II CCCCXCIII, ut prænotauimus annos implet. †2519

Othoniel annis XL de tribu Iuda, primus Israëli Iudex Domino iubente constituitur. Huius tẽporibus primis filij Israël seruiere Chusanrasathaim regi Mesopotamiæ VIII annis. 2559

Aoth annis LXXX filius Gera, filij Iemini, qui utraq; manu utebat pro dextera, cuius †imprimis seruiuit Israël Eglon regi Moab annis XV IIII, donec eum ipse percusso Eglon liberauit. Hoc tẽpore Cyrene ciuitas cõdita 2639

†in principijs

Debbora annis XL, prophetissa de tribu Ephraim cũ (est in Libya. Barach 2679

A Barach de tribu Nepthalim, cuius in initio ducatus oppressit filios Isra- | |
el Iabin rex Chanaan XX annis, q regnabat in Asor, sed occiso ab Isia |
el principe militiæ eius Sysara, humiliatus tandẽ ac deletus est. Hoc tẽpore Mile
Gedeon annis XL ex tribu Manasse. Sub quo seruiuit (tus cõdita. | †2719 †2709
Israël Madianitis, & Amelechitis† VIII annis, sed Gedeon pugnãte li- | †VII
beratus est. Tyrus cõdita ante tẽplũ Hierosolymorũ annis CCXL, ut scribit Io-
Abimelech annis III, filius Gedeonis, qui regnabat in (sephus. | 2722
Sychẽ. Hercules Iliũ uastat. Thola annis XXIII, filius Phoa | 2724
patrui Abimelech uir de Isachar, qui habitabat in Sanir montis Ephra |
im. Bellũ Lapytarũ & Centaurorũ, quos scribit Palephatus primo de |
Incredibilibus libro nobiles fuisse equites Thessalorum. In Troia post |
Laomedontem regnauit Priamus.
Iair annis XXII, ex tribu Manasse. Hercules agonẽ Olympiacũ con | 2767
stituit, à quo usq; ad primam Olympiadẽ supputãtur anni CCCCXXX.
Iepte Galadites annis VI. Philistini & Ammonitæ debellantur ab | 2773
Iepte, qui in libro Iudicũ ab ætate Mosi usq; ad semetipsum ait supputari annos
Abessan de Bethleem annis VII. Agamemnon imperat (CCC. | 2780
Mycenis annis XXXV, cuius anno XV Troia capitur.
Achialon Zabulonites annis X. Hic cum annis X suis in LXX In | 2790
terpretibus nõ habeẽ, pro quorũ damno supplẽdo Eusebius Iosue filio
Nun, Samueli & Sauli, quorũ annos scriptura nõ dicit, plures annos q̃
in Iosepho legebat annotauit, quatenus ab egressu Israël ex Aegypto |
B usq; ad ædificationẽ tẽpli† CCCCLXXX annorũ summã, quã scriptura prædicat †CCCL
Labdon de tribu Ephraim annis VIII. Huius anno III (haberet. | 2798 XXX
Troia capta est, cõpletis à primo anno Cecropis, qui primus apud Atti- |
cam regnauit CCCLXXV annis. A XL autem & III regni Nini As- |
syriorũ regis annis DCCCXXXVI. Mortuo Labdõ seruiuit Israël Philistæis an-
Samson de tribu Dan annis XX. Hactenus Iudicũ liber (nis XI. | 2818
tẽpora signat, habẽs annos CCXCIX, Iudices autẽ XII. Sicyonijs re- |
ges defecerũt, qui ab Egialeo usq; ad Zeuxippũ regnauerũt DCCCC |
LXII. Post quos sacerdotes carni cõstituti sunt. Latinis, qui postea Ro |
mani nũcupati sunt, post tertium annũ captiuitatis Troiæ, siue ut quidã |
uolunt octauũ regnauit Aeneas annis tribus. Post quẽ Ascanius annis |
XXXVIII. Ante Aeneam, Ianus, Saturnus, Picus, Faunus, Latinus in |
Italia regnauerũt annis circiter CI. Ascanius Aeneæ filius Albã cõdidit urbẽ.
Heli sacerdos annis XL. In Hebræorũ libro XL anni inueniuntur, | 2858
in LXX autẽ interpretatione XX. Hectoris filij Ilium receperũt expul |
sis Antenoris posteris, Heleno sibi subsidiũ ferente. Latinorũ tertius Syl |
uius Aeneæ filius, regnat annis XXIX, qui quia post mortẽ patris edi |
tus, rurí fuerat educatus, & Syluij & Posthumi nomẽ accepit, à quo omnes Al-
Samuel annis XII, ut docet Io (banorũ reges Syluij uocati sunt. | 2870
sephus: In scriptura enim sancta q̃diu p̃fuerit minime patet. Ab hoc tẽ |
pora Prophetarũ incipiũt. Latinorũ Aeneas quartus Syluius annis XXXI.
Saul primus Hebræorũ rex annis XX, & huius, quia in Canonica | 2890
scriptura nõ hãbetur, de Antiquitate Iosephi tẽpus regni notauimus. In |
Lacedæmone regnauit primus Eurystheus annis XLII. Corinthi pri |
QVARTA mundi ætas non solũ cum in (mus Aleth. XXXV. |
choato gentis Iudææ imperio, sed cum innouata promissione, quæ patri |
bus olim data est imperij Christiani sumit exordium, iurante Domi- |
no Dauid ueritatem: De fructu uentris eius sedere super sedem eius. |
Dauid primus ex tribu Iuda rex annis XL. Latinorum quintus La- | 2530
tinus Syluius annis L. Ephesus condita ab Andronico. Car- |

C thago condita est, ut quidam uolunt à Carcedone Tyrio: ut uero alij, | Anni
†CXLIII à Didone filia eius anno †CCXLIII post Troianum excidium. | mundi.

Solomõ filius Dauid annis XL. Qui quarto regni sui anno, mẽse se- | 2970
cũdo templũ Domino ædificare cœpit in Hierusalẽ, collectis ab egressu
Israëlis ex Aegypto annis CCCCLXXX, ut Regũ quoq; liber testimo-
nio est: Q̃d in figura uniuersi tẽporis, quo in hoc seculo Christi ædifi
catur ecclesia, quæ in futuro perficitur, VII annis perficit, & VII octaui
anni mẽse dedicauit. Latinorũ sextus Alba Syluius Syluij Aeneæ filius
regnat annis XXXIX. Regina Saba uenit audire sapientiã Solomonis.

†2983 Roboam filius Solomonis annis XVII. Hieroboam de tribu Ephra | †2988
im separauit X tribus à domo Dauid, & à Domino in figurã hæretico
rum, qui suos sequaces à Christo & ecclesia segregant. Huius V anno
Sesac rex Aegypti ueniens Hierosolymam templum spoliauit. Latino-
rum septimus Aegyptus Syluius Albæ superioris regis filius regnat an
nis XXIIII. Samus condita, & Smyrna in urbis modum ampliata.

Abia filius Roboam annis III. Hic pugnantẽ cõtra se Hieroboam | 2990
superauit, occisis de exercitu eius milibus quingentis, eò q̃ speraſſet in Dñõ.

Asa filius Abia annis XLI. Ab hoc õductus Benadab rex Syriæ Da | 30031
masci contra Israël, percussit omnẽ terram Neptalim. Latinorum VIII
Capys Syluius Aegypti superioris regis filius regnat annis XXVIII.
Asa idola destruit, templũ mundat, egredientẽ contra se Zara Aethiopẽ
cũ suo sternit exercitu. Ambri rex Israël emit mõtes Samariæ Lasomer
duobus talentis argenti, & ædificat eam Achiel de Bethel, Hiericho instaurat.

D Iosaphat filius Asa annis XXV. Helias Thesbites tres semis annos | 30056
pluuiam cõtinuit, propter peccata Achab & populi Israël. Et inter cæ-
tera magnalia Helisæum filium Saphat, qui erat de Abel in aula, pro se
unxit Prophetam. Latinorum IX Capetus Syluius superioris filiꝰ
us Capys regis, regnauit annis XIII. Post quem filius eius Tiberinus
Syluius annis VIII, a quo & fluuius appellatus est Tiberis, qui prius
Albula dicebat. Post quẽ Agrippa Syluij filius eius annis XL. Iosaphat fecit r

Iorã filius Iosaphat annis VIII. Helias curru (ctum coram Dño. | 3006
igneo rapitur, quasi usq; in cœlum, & Helisæus hæres Prophetiæ dereli-
ctus, primo miraculo aquas Hiericho sanat. In diebus Ioram recessit
Edom, ne esset sub Iuda, & constituit sibi regẽ. Ambulauit autẽ Ioram
in uijs domus Achab, filia quippe Achab erat uxor eius.

Azarias filius Iorã anno uno. Ionadab filius Rechab clarus habet. | 30065
Azariam cum filio suo Ioas & nepote Amasia ob enormitatem scelerũ,
& quia nec patrem filiúmue quispiam eorum bonum habebat, Euan-
gelista Matthæus à Domini Saluatoris genealogia secludit.

†30071 Athalia mater Azariæ annis VI. Quæ uidens interfectũ ab Hieu rege | †30081
Israël filiũ suum Azariã, interfecit omnẽ stirpẽ regiã domus Ioram, præ
ter solũ Ioas filiũ Azariæ, quẽ Iosabeth soror Azariæ uxor Ioiadæ Pon
tificis furata est de medio filiorũ regis cum interficerẽtur. In LXX Inter
pretibus VII annis regnasse Athalia narratur. Ioas filius Azariæ annis
XL. Iste bono principio, & fine usus pessimo, in principijs sui regni tẽ-
plum innouat, in extremis inter cætera facinora Zachariã quoq; filium
Ioiadæ tutoris quondã ac regnificatoris sui, inter templũ & altare lapida
ri præcepit: quem ob meritorum gratiam Dominus in Euangelio filiũ
Barachiæ, id est benedicti Domini cognominat. Latinorũ XII Aremu
lus Syluius Agrippæ supioris regis filius, regnauit annis XIX. Qui præ-
sidiũ Albanorũ inter mõtes ubi nũc Roma est, posuit. Huius filius fuit
Iulius, pauus Iulij Proculi, q̃ cũ Romulo Romã cõmigrãs fundauit Iuliã gẽtẽ

Amasias

Amasias filius Ioas annis XXIX. Helisæus Propheta defunctus 3140
A sepelitur in Samaria. Azahel rex Syriæ afflixit Israël. Latinorũ XIII Auentinus filius Aremuli superioris regis maior filius regnauit annis XXXVII, atq; in eo monte, qui nunc pars urbis est, mortuus ac sepultus, æternum loco uocabulum dedit.

Azarias qui & Ozias filius Amasiæ annis LII. Assyriorũ XXXVI 3192
Thonosconcoleros, qui uocatur græce Sardanapalus, Tharsum atq; Anchialem cõdidit, & in prælio uictus ab Arbace Medo semetipsum incendio cõcremauit. Vsq; ad id tempus fuisse reges Assyriorũ historia refert, & fiunt simul anni MCXCVII: Omnes aũte anni regni Assyriorũ à primo anno Nini supputantẽ MCCXL. Latinorũ XIIII Procas Syluij Auẽtini supioris regis filius, regnauit annis XXIII. Post quẽ XV Amulius Syluius annis XLIIII. Arbaces Medus Assyriorũ imperio destructo regnũ in Medos transtulit, ubi primus ipse regnauit annis XXVIII. Macedonum regnum inchoat, primum habens regem Caranũ annis XXVIII. Lacedæmoniorum reges deficiunt, Lydorum incipiunt.

Ioathan filius Oziæ annis XVI. Olympias prima ab Eliensibus con 3208
stituitur post annũ Troianæ captiuitatis CCCCV. Romulus & Remus generantur Marte & Ilia. Ioathan inter cætera uirtutũ bonarũ opera portam domus Domini sublimissimã ædificauit, quæ in Actibus Apostolorum Speciosa uocatẽ: Omnes siquidẽ portæ tẽpli in terra fuerũt, excepta Speciosa quæ pendebat, quæ ab Hebræis porta uocabatẽ Ioathan.

Achas filius Ioathã annis XVI. Ab hoc cõductus Theglath Phalasar 3224
rex Assyriorũ, Rasin regẽ Syriæ interfecit, et habitatores Damasci trãstulit Cyrenen. Roma cõdita in monte Palatino XI Cal. Maias, à gemi-
B nis Remo & Romulo filijs Rheæ Syluiæ, quæ erat filia Numitoris fratris regis Amulij uirgo Vestalis, sed cõstuprata. Cõsualibus ludis Sabinæ raptæ anno ab urbe cõdita tertio. Remus rastro pastorali à Fabio Romuli

Ezechias filius Achas annis XXIX. Huius anno se- (duce occisus, 3253
xto Salmanassar rex Assyriorũ capta Samaria transtulit Israël in Assyrios, cuius regnum à primo Hieroboam steterat annis CCCLX. Mortuo Romulo qui XXXVII annis regnauit, per quinos dies Senatores rempublicã rexerũt, atq; ita unus expletus est annus. Post quos Numa Pompilius annis XLI. Qui Capitolium à fundamentis ædificauit.

Manasses filius Ezechiæ annis LV. Hic ob scelera sua catenatꝰ & cõ 3308
peditus in Babyloniã ducitur; sed ob pœnitentiã & preces restituitẽ in regnũ. Romanorũ tertius Tullus Hostilius regnauit annis XXXII. Qui primus regũ Romanorũ purpura & fascibus usus est, & adiecto mõte

Amon filius Manasse annis II: In he- (Cælio urbem ampliauit, 3310
braica ueritate duobus annis, in LXX legitur regnasse XII. Histrus ciuitas in Ponto condita. Amon à seruis suis interficitur.

Iosias filius Amon annis XXXI. Hic mundata Iudæa, & Hierusalẽ 3341
templo etiam innouato, post abiectas idolatriæ sordes Pascha Domino celeberrimum facit XVIII anno regni sui, & cum Nechaone Aegyptiorum rege cõgressus, occiditur in campo Maggedo, quæ nunc Maximianopolis uocatẽ. Romanorũ quartus Ancus Martius Numæ ex filia nepos, regnauit annis XXIII. Qui Auentinũ montẽ & Ianiculũ urbi addidit, & supra mare XVI ab urbe miliario Ostiam cõdidit. Post quẽ Tarquinius Priscus annis XXXVII. Qui Circũ Romæ ædificauit, numerum Senatorum auxit, Romanos ludos instituit, muros & cloacas

ædificauit,

C ædificauit, Capitoliũ extruxit. In Hebræo XXXI annis regnasse Iosias, in LXX Interpretibus XXXII legitur. Sed Eusebius inter regnũ eius & Ioachim aliũ de suo adijcit annũ propter menses bis ternos, quibus Ioachas uel Ioachim regnauerat. Verũ quid ueritas habeat Hieremias pandit, qui se à XIII anno Iosiæ usq; ad annũ quartũ Ioachim XXIII annis prophetasse perhibet, & Nabuchodonosor quarto anno Ioachim regnare cœpisse. XIX autem regni eius anno Hierusalẽ destructam. *Anni mũdi.*

Ioachim filius Iosiæ annis XI. Post Iosiã regnauit Ioachaz filius eius tribus mẽsibus, quẽ Nechao uinctũ ducẽs in Aegyptũ, Ioachim regem cõstituit. Huius anno III à Nabuchodonosor capta Hierusalẽ, & plurimis captiuatis, in quibus erant Daniel, Ananias, Azarias & Misael, partẽ uasorũ tẽpli Babyloniã transfert. A IIII Ioachim anno scriptura regnũ Nabuchodonosor cõputat, qa ex eo non solũ Chaldæis & Iudæis, sed & Assyrijs, Aegyptijs, Moabitis, alijsq; innumeris gẽtibus inci pit regnare. Ioachim, qui & Iechonias filius Ioachim, mẽsibus III, ac diebus X. Hic circundata à Chaldæis Hierusalẽ exijt ad regẽ Babylonis & mater eius, et ductus est in Babylonem cum populo suo anno VIII regni Nabuchodonosor. 3352

Sedechias qui & Mathias filius Iosiæ annis XI. Huius anno XI, Regis autẽ Babylonis XIX Iudæa captiuata in Babyloniã, & templũ Domini incensum est, anno ex quo fundari cœpit CCCCXXX. Qui autem reliqui fuerunt Iudæi transfugerunt in Aegyptum, qua post annos V percussa à Chaldæis in Babyloniam sunt & ipsi transmigrati. 3363

D QVINTA mũdi ætas ab exterminio cœpit regni Iudaici, quod iuxta prophetiam Hieremiæ LXX annis permansit.

Anno XIIII postq; percussa est ciuitas, qui est XXV annus transmigrationis regis Ioachim, cum quo & Ezechiel captiuatus est, ipse Ezechiel in uisionib: dei adductus in terrã Israël, uidit renouationẽ ciuitatis ac templi ceremoniarũq; eius. Romanorũ VI Seruius regnauit annis XXXIIII. Qui tres mõtes urbi addidit, Quirinalẽ, Aesquinũ, Viminalẽ, fossas circum muros duxit, census Romanorũ ciuiũ primus instituit. 3377

Anno XXVI post euersionẽ Hierosolymorũ, qui est annus XXXVII transmigrationis regis Ioachim, subleuauit Euilmerodach rex Babylonis anno quo regnare cœperat caput Ioachim regis Iudæ de carcere, & posuit thronum eius super thronum regũ qui erant cũ eo in Babylone. Meminit huius tẽporis adhuc futuri Propheta Hieremias ita scribẽs: Ecce ego mittã et assumã uniuersas cognationes Aquilonis, ait Dominus, et ad Nabuchodonosor regẽ Babylõis seruũ meũ, et adducã eos super terrã istam, & super habitatores eius, & sup omnes nationes eius quæ in circuitu illius sunt, et interficiã eos, et ponã eos in stuporẽ et in sibilũ, & in solitudines sempiternas, et seruiẽt omnes gẽtes istæ regi Babylonis LXX annis: Cũq; impleti fuerint anni LXX, uisitabo sup regẽ Babylonis, et sup gentẽ illã, dicit Dñs, iniqtatẽ eorũ, et super terrã Chaldæorũ, et ponã illã in solitudines sempiternas. Et alibi scribẽs ad transmigrationem, quã transduxerat Nabuchodonosor de Hierusalẽ in Babylonẽ cum Iechonia rege. Cum cœperint, inquit, impleri in Babylone LXX anni, uisitabo uos, & suscitabo uos super uerbũ meum bonũ, & reducã uos ad locum istum ait Dominus. Rursum eiusdẽ temporis iam prætériti uerba dierũ ita recordantur: Si quis euaserat gladiũ ductus in Babylonem 3389

A nem, seruiuit regi & filijs eius, donec imperaret rex Persarũ, & comple retur sermo Domini ex ore Hieremiæ, & celebraret terra sabbata sua: cunctis enim diebus desolationis egit sabbatũ usq; dum complerentur LXX anni. Anno autẽ primo ad explendum sermonẽ Domini, quẽ locutus fuerat per os Hieremiæ, suscitauit Dominus spiritũ Cyri regis Persarum &c. Quibus uerbis ostenditur, quia uastata Chaldæi Iudæa, non ut Assyrij in Samariã alios misere colonos, sed desertã relíquere terram, donec ipsi post annos LXX in eã rediere Iudæi. Cõsentit hijs Iosephus in X Antiquitatũ libro, scribens templũ & Hierusalem, & omnẽ Iudæam LXX annis permansisse desolatã. Qui rursum enumerãdo reges Babylonis, si tamen ipse sic scripsit, & non codex fallit mendosus, C ferè annos ab euersa Hierusalẽ usq; ad euersionẽ regni Chaldæorũ facit colligi. Scribit enim post Nabuchodonosor, q teste scriptura sacra XXV post euersam Hierusalẽ uixit annis, Euilmerodach filiũ eius regnasse annis XVIII. Post quẽ Hegesar filium eius annis XL, cui successisse filiũ eius Laborsordach mẽsibus IX: hoc defuncto ad Balthassar, qui Nabo annũcupabatur transisse imperiũ. Qui cum iam X & VIII regnauerit annis captam à Cyro Persarũ, & Dario Medorũ rege Babyloniam exequitur. Darius autẽ Astyagis filius, qui Babyloniorũ destruxit imperium, cũ Cyro cognato suo agebat annum † LXX & II, cum Babylon fuisset inuasa, qui tamẽ alio nomine uocabatur à Græcis, quiq; Danielem Prophetã sumens ad se in Mediam duxit, & omni eum honore celebrauit. Huius Darij ipse Daniel ita meminit: In anno primo Darij filij Asueri de semine Medorũ, qui imperauit super regnũ Chaldæorũ, ego B Daniel intellexi in libris numerũ annorũ, de quo factus est sermo Dñi ad Hieremiam Prophetã, ut cõplerentur desolationis Hierusalẽ LXX anni. Eusebius in temporũ libro, XXX annos ab euersione Hierusalẽ usq; ad initium Cyri regis Persarũ: Iulius autẽ Africanus LXX computat. Porrò Hieronymus in expositione Prophetæ Danielis ita dicit: Tradunt enim Hebræi huiuscemodi fabulã usq; ad LXX annũ, quo Hieremias captiuitatẽ populi Iudæorũ dixerat esse soluendã. De quo et Zacharias in principio uoluminis sui loquitur: Irritam putans dei pollicitationem Balthassar, falsumq; promissum, uersus in gaudium fecit grande conuiuium, insultans quodammodo spei Iudæorum, & uasis templi dei. Sed statim ultio secuta est.

Anni mundi.

† LXII

Eusebius. Iulius Africanus.

Persarum primus Cyrus regnauit annis XXX. Hic ut impleretur uerbum Domini ex ore Hieremiæ, primo sui regni anno laxata Hebræorum captiuitate L ferè milia regredi fecit in Iudæã, restituens eis uasa templi Domini aurea & argentea V CCCC. Qui congregati in Hierusalẽ mense septimo ædificauerunt altare, & à primo die mensis eiusdẽ cœperũt offerre holocaustũ Domino. Anno autẽ secũdo aduentus sui mense secundo templi fundamenta iecerunt, anno incensionis eius iuxta Africanũ LXXII. Iuxta autem Chronica Eusebij XXXII. Sed impedientibus Samaritis intermissum est opus usque ad annum Darij secundum, qui etiam Asueri in regno & Artaxerxis scripserũt accusationem aduersum Iudæos, & rescripsit Artaxerxes ne ædificaretur Hierusalem. Romanorũ VII Tarquinius regnauit annis XXXV, qui causa Targnij iunioris filij sui, qui Lucretiã corruperat, à regno expulsus est.

3413

Cambyses

C Cambyſes Cyri filius annis VIII. Hic deuicta Aegypto cunctã eius religionem abominatus, ceremonias eius & templa depoſuit. Babylonem in Aegypto ædificauit. Hunc aiunt ab Hebræis ſecundum Nabuchodonoſor uocari, ſub quo Iudith hiſtoria conſcribitur. 3431

Fratres Magi mẽſibus VII. Ieſus ſacerdos magnus et princeps gẽtis, Zorobabel, Aggeus, Zacharias, & Malachias Prophetæ clareſcunt. Pythagoras phyſicus Philoſophus clarus habetur. 3432

Darius annis XXXVI. Inter Dariũ & Cambyſen regnaſſe duos fratres Magos in libris Chronicorum Euſebij reperimus. Verũ Hieronymus in expoſitione Danielis ſcribit poſt Cãbyſen Smerden magnũ regnaſſe, qui Panthapten, inquit, filiã Cambyſis uxorẽ duxit: qui cum à VII Magis fuiſſet occiſus, & in locum eius Darius ſuſcepiſſet imperium, eadẽ Panthaptes nupſit Dario, & ex eo Xerxen filiũ genuit. Secũdo anno Darij LXX captiuitatis Hieruſalẽ annus impleẽ, ut uult Euſebius, teſtẽ adhibens Zachariam Prophetã, apud quẽ ſecundo Darij anno loquit̃ angelus: Domine exercituum uſquequo tu non miſereberis Hieruſalem, & urbiũ Iuda quibus iratus es? Iſte LXX annus eſt. Item IIII Darij regis anno dicit idem Propheta: Cum ieiunaretis & plangeretis per hos LXX annos, nunquid ieiunio ieiunaſtis mihi? Sexto Darij anno templi ædificatio cõpletur, die tertia menſis Adar, qui eſt XLVI annus, ex quo eius ſub Cyro fundamenta ſunt iacta. Vnde in Euangelio dicunt Iudæi: XL & VI annis ædificatum eſt templum hoc: Cœpe 3468
†XXIIII runt autem ædificare anno ſecundo Darij, menſe VI, die †XXIX: & an
D no VI, ut dictum eſt, menſe XII, die tertia compleuerunt. Ex quo apparet, opus templi & antea ex parte non parua peractum: annos autem LXX à deſtructione illius uſq; ad perfectam reſtaurandi licentiã eſſe computandos. Pulſis urbe regibus, qui imperauerunt annis CCXLIII uix uſq; ad XV Iapidem Roma tenebat imperiũ. Romæ poſt exactos reges primum Conſules à Bruto eſſe cœperunt, deinde Tribuni plebis ac Dictatores, & rurſum Conſules rempublicam obtinuerunt per annos fermè CCCCLXXIIII uſq; ad Iulium Cæſarem, qui primus ſingulare arripuit imperium, Olympiade CLXXXIII.

Xerxes filius Darij annis XX. Hic Aegyptũ quæ à Dario diſceſſerat capit, & aduerſus Græciam pugnaturus DCC milia armatorum de regno, & †CCCC de auxilijs, roſtratas etiam naues mille ducentas, onerarias autem tria milia numero habuiſſe narratur. Attamẽ uictus patriã refugit. Herodotus hiſtoriarũ ſcriptor, Zeuxis pictor agnoſcitur. 3488

†CCC *habet Beda.*

Artabanus menſibus VII. Socrates naſcitur. 3498

Artaxerxes qui & Longimanus, id eſt μακρόχειρ annis XL. Huius anno VII prima die menſis primi Eſra ſacerdos & Scriba legis dei aſcendit de Babylone cum Epiſtolis regis, & in prima menſis quinti uenit in Hieruſalem cum uiris M DCC. Et inter alia ſtrenue geſta caſtigauit filios tranſmigrationis ab uxoribus alienigenis. Eiuſdem anno XX Neemias Pincerna de Suſis caſtro aduenies murum Hieruſalem LII diebus reſtituit, & ducatũ genti XII annis præbuit. Huc uſq; diuina ſcriptura tẽporũ ſeriẽ continet: quæ uero poſt hæc apud Iudæos ſunt geſta, de libro Machabæorũ, & Ioſephi, atq; Africani ſcriptis exhibentur, qui deinceps uniuerſam hiſtoriam uſq; ad Romana tẽpora 3529

proſecuti

A prosecuti sunt. Et quidem Africanus in quinto temporũ uolumine huius temporis ita meminit: Mansit itaq; imperfectum opus usq; ad Neemiam, & uigesimũ annũ regis Artaxerxis: Quo tẽpore regni Persarum C & XV anni fuerunt euoluti: Captiuitatis autẽ Hierusalem CLXXX & V annus erat. Et tunc primum Artaxerxes iussit muros extrui Hierusalem, cui operi præfuit Neemias, & ædificata est platea, & muri circundati. Et ex illo tẽpore si numerare uelis, LXX annorũ hebdomadas usq; ad Christũ poteris inuenire. Xerxes mẽses II. Post quẽ Sogdianus mẽses VII. Plato nascit. Hippocrates medicus insignis habetur. | Anni domini.

Darius cognomẽto Nothus annis XIX. Aegyptus recessit à Persis. Reuersis de captiuitate Iudæis, non reges, sed Pontifices præfuerunt usque ad Aristobulum, qui cum dignitate Pontificis etiam regale sibi cœpit usurpare uocabulum. | 3548

Artaxerxes qui cognominatus est Memnon, Darij & Parisatidis filius, annis XL. Sub hoc rege uidetur Hester historia cõpleta: ipse quippe est qui ab Hebræis Asuerus, & à LXX Interpretibus Artaxerxes uocatur. Athenienses XXIIII literis uti cœperunt, cum antea XVI tantum literas haberent. Carthaginensium bellum famosum. Galli Senones duce Brenno Romam inuaserũt, excepto Capitolio, & incensam VI mensibus uastauerunt. Tribuni militares pro Consulibus esse cœperũt. Aristoteles auditor est Platonis, XVIII ætatis annum agens. | 3588

Artaxerxes qui & Ochus annis XXVI. Ipse Aegyptum suo iunxit imperio, Nectanebo rege in Aethiopiam pulso, in quo Aegyptiorũ regnũ destructum est. Demosthenes Orator omniũ rumore celebratur. Romani Gallos superãt. Plato moritur, post quẽ Academiã Speusippus tenuit. | 3614

B

Artaxerxes Ochi filius annis IIII, Iudæorum Pontifex maximus Iaddus clarus habetur, cuius frater Manasses templum in mõte Garizi construit. Speusippus moritur, cui succedit Xenocrates quarto anno Ochi Alexander. Philippi & Olympiadis filius uigesimũ ætatis annum gerens Macedonibus regnare incipit. | 3618

Darius Arsami filius annis VI. Alexander aduersum Illyrios & Thracas feliciter dimicans, subuersis Thebis in Persas arma corripuit, & apud Granicum flumen regijs ducibus oppressis, urbem Sardis capit. Idem capta Tyro Iudæã inuadit, à qua fauorabiliter exceptus, deo uictimas immolat, & Pontificem templi Iaddum honoribus plurimis prosequitur, Andromacho locorum custode dimisso, ac VII regni sui anno Alexendriam in Aegypto condidit. Nec mora Babylonem obtinuit interfecto Dario, in quo Persarum regnum destructũ est, quod steterat annis CCXXXI. Quo tẽpore etiã Latini à Romanis pdomiti sunt. | 3623

Alexander post mortem Darij annis V regnauit: nam antea VII. Alexander Hircanos & † Mardos capit, reuertensq; in Hammone cõdidit Paretonium. Idem Indicum usque oceanum uictorijs potius quàm bellis peruenit, & Babylonem reuersus, XXXII uitæ, regni autem sui XII anno ueneni haustu periit. Post quem translato in multos imperio Aegyptum Ptolemæus Lagi filius tenuit, Macedonas Philippus, qui & Arideus, frater Alexandri. Syriam & Babylonem, & omnia regna orientis Seleucus Nicanor. Asiæ regnauit Antigonus, qui apud Danielem per IIII hirci, qui arietem contererat, cornua designantur. | 3629 | † Medos

C Aegypto primus regnauit Ptolemæus Lagi filius annis XL. Appius Claudius Cæcus clarus habetur, qui aquã Claudiam induxit, & uiam Appiam strauit. Ptolemæus Hierosolymis & Iudæa in ditionẽ suam dolo redactis, plurimos captiuorũ in Aegyptum transtulit. Iudæorũ Pontifex maximus Onias Iaddi filius clarus habetur. XIII Ptolemæi anno Syriæ, & Babyloni, & superioribus locis regnare incipit Seleucus Nicanor. A quo tempore Machabæorũ hebræa historia græcorũ supputat regnum, & Ediseni sua tempora cõputant Seleucus Seleuciã, Laodiciã, Antiochiam, Apamiã, Ediſſam, Berœam, & Pellam urbes cõdidit. Iudæorum Pontifex maximus, religiosissimus ac pijssimus Simon Oniæ filius clarus habetur. Post quẽ Eleazarus frater eius suscepit templi ministerium, filio eius Onia paruo admodũ derelicto. Seleucus in eas urbes quas extruxerat Iudæos transfert, ius eis ciuium & municipalem ordinem cum Græcis æquali honore concedens.

Ptolemæus Philadelphus annis XXXVIII. Sostratus Gnidius Pharum in Alexandria cõstruxit. Ptolemæus Iudæos qui in Aegypto erãt liberos esse permisit, & Eleazaro Pontifici multa Hierosolymam, & in templi donaria uasa transmittens LXX Interpretes petit, qui scripturã sanctam in græcũ uerterent eloquiũ. Aratus agnoscitur. Iudæorũ Pontificatum post Eleazarũ auũculus eius Manasses accepit. Tantæ autem potentiæ fuisse narratur Ptolemæus iste Philadelphus, ut Ptolemæum patrem uinceret: Narrant enim historiæ habuisse eum peditum CC milia, equitum XX milia, curruum II milia, elephantos quos primus D adduxit ex Aethiopia CCCC. & cætera hijs similia.

Ptolemæus Euergetes frater superioris regis annis XXVI. Qui inde Euergetes ab Aegyptijs est uocatus: qa capta Syria & Cilicia, & propemodum uniuersa Asia inter innumera argenti pondera ac uasa preciosa quæ cepit, etiam deos eorum, quos Cambyses capto Aegypto in Persas portauerat, retulit. Iudæorum Pontifex Onias Simonis Iusti filius clarus habetur. Cuius item filius Simon non minori gloria fulget. Sub quo Iesus filius Sirach Sapiẽtiæ librum componens, quem uocant Panareton, etiam Simonis in eo fecit mentionem.

Ptolemæus Philopator filius Euergetis annis XVII. Antiochus rex Syriæ uicto Philopatore Iudæã sibi sociat. Iudæorũ Pontifex maximus Onias filius Simonis insignis habetur, ad quẽ Lacedæmoniorũ rex Ari-

Ptolemæus Epiphanes filius Philopatoris (us legatos mittit. annis XXIIII. Secundus liber Machabæorũ apud Iudæos huius temporis gesta continet. Onias sacerdos assumptis Iudæorũ plurimis fugit in Aegyptum, & à Ptolemæo honorifice susceptus, accepit eam regionem quæ Heliopoleos uocabatur, & concedente rege templũ extruxit in Aegypto simile templi Iudæorum, quod permãlit usq; ad imperium Vespasiani annis CCL. Sub occasione igitur Oniæ Pontificis infinita examina Iudæorum in Aegyptum confugerunt. Eo tempore & Cyrene eorum multitudine repleta est. Hæc autem uel Oniæ, uel cæteris fuit causa Aegyptum petendi: quia pugnantibus contra se magno Antiocho & ducibus Ptolemæi, posita in medio Iudæa in contraria studia scindebatur, alijs Antiocho, alijs Ptolemæo fauentibus.

Anni domini.
3669
3707
3733
3750
3774

Ptolemæus

A Ptolemæus Philometor annis XXXV. Aristobolus natione Iudæus, 3809
Peripateticus Philosophus agnoscitur, qui ad Philometorẽ Ptolemæũ
explanationum in Mosen cõmentarios scripsit. Antiochus Epiphanes,
qui post Seleucum, cognomento Philopatorem, annis XI regnauit in
Syria, Iudæorum legẽ impugnans, omniaq; sordibus idolorum cõplens,
in templo Iouis Olympij simulachrum ponit. Sed & in Samaria super
uerticem montis Garizi, Iouis Peregrini delubrũ ædificat, ipsis Samari-
tanis ut id faceret precantibus. Verũ Mathathias sacerdos leges patrias
uindicat, aduersus Antiochi duces arma corripiens. Quo mortuo ducatũ
Iudæorũ suscepit filius eius Iudas Machabæus anno CXLVI regni Græ
corum, XX autem Ptolemæi, Olympiade CLV. Qui mox Antiochi
duces de Iudæa expellens, & templũ ab idolorum imaginibus emundãs,
patrias leges post triennĩ suis ciuib9 reddidit. Vnde post secessum Oniæ
sacerdotis in Aegyptũ, de quo supra diximus, et mortẽ Alchimi, qui effu
gato Onia Pontificatum indignus inuadere tentabat, omnium fauore
Iudæorum Machabæo sacerdotium decernitur, quod post mortem eius
frater Ionathas sortitus, XIX annis summa ministrauit industria.

Ptolemæus Euergetes annis XXIX. Ionathas dux Iudæorũ & Pon 3838
tifex cum Romanis & Spartiacis amicitias facit. Quo à Triphone inter-
fecto in sacerdotium frater Simon assumitur, anno regis Euergetis VII.
quod VIII annis strenuissime regẽs, filio Ioanni reliquit. Hic aduersum
Hyrcanos bellũ gerens, Hyrcani nomẽ accepit, & à Romanis ius amici-
B tiæ postulans, decreto Senatus inter amicos relatus est. Samariã, quæ no-
stro tempore Sebaste uocatur, obsidione captã solo coæquauit, quã po-
stea Herodes instaurans, Sebasten in honorẽ Augusti appellari uoluit.

Ptolemæus Physcon, qui & Soter, annis XVII. Cicero Arpini nascit 3855
matre Heluia, patre Equestris ordinis ex regio Volscorũ genere. Hyrca
no in Pontificatũ, quod ipse XXVI annis tenuit, Aristobolus succedit
annum unũ, qui rex pariter & Pontifex primus apud Iudæos diadema-
tis sumpsit insigne, post CCCCLXXXIII annos Babyloniæ captiuitatis.
Post quem regnauit Ianeus, cognomento Alexander, annis XXVII,
qui Pontificatum quoq; administrans crudelissime ciuibus præfuit.

Ptolemæus qui & Alexander annis X. Huius anno VII Syria in Ro 3865
manam ditionem cessit, capto Philippoà Gabinio. Expulsus de regno
Ptolemæus Physcon per matrem Cleopatram in Cyprum secedit.

Ptolemæus, qui à matre fuerat eiectus, annis VIII, regressus de fuga re 3903
gnum obtinuit: quia Alexandrum qui ante eum fuerat, ob interfectionẽ
matris ciues pepulerant. Sylla Athenienses uastat.

Ptolemæus Dionysius annis XXX. Ab huius anno V Alexandra 3925
uxor Alexãdri Pontificis post mortẽ eius regnauit Iudæis annis IX. Ex
quo tẽpore Iudæos rerũ confusio, & uariæ clades oppresserũt. Post cuius
mortem Aristobulus & Hyrcanus filij eius contra se de imperio dimi-
cantes, occasionẽ præbuere Romanis, ut Iudæã inuaderẽt. Itaq; Pompe-
ius Hierosolymã ueniens, capta urbe & tẽplo reserato usq; ad Sancta san
ctorum accedit, Aristobulũ uinctum secũ abducit, Pontificatum confir
mat Hyrcano. Deinde Antipatrũ Herodis Ascalonitæ filium Procurato-
rem Palæstinæ facit, mansitq; in Pontificatu Hyrcanus annis XXXIIII.
Virgilius Maro in pago, qui Andes dicitur, haud procul à Mantua na-

C scitur, Pompeio & Crasso coss. Pompeius captis Hierosolymis tributarios Iudæos facit. Virgilius Cremonæ studijs eruditur, Cæsar Germanos & Gallos capit, & Britannos quoq; quibus ante eũ ne nomẽ quidẽ Romanorũ cognitũ fuerat, uictos obsidibus acceptis stipendiarios facit. | Anni mundi.

Cleopatra soror Ptolemæi annis XXII. Orto enim bello ciuili inter Cæsarem & Pompeiũ, uictus Pompeius Alexandriam petit, ibiq; ab ipso, à quo sperabat auxilia, Ptolemæo percussus interijt. Mox Cæsar Alexandriam uenit, ipsi quoq; Ptolemæus parare insidias uoluit, unde bello ei illato, uictus in Nilo perijt. Cæsar Alexandria potitus, regnum Cleopatræ dedit, cum qua consuetudinem stupri habuerat: cuius regni tertio anno ipse primus Romanorũ singulare obtinuit imperium, à quo Cæsares Romanorũ Principes appellati. Cleopatra regio comitatu urbẽ ingressa. | 3873

Cæsar ob insolentiam morũ coniurantibus in eum LX, uel amplius Senatoribus Equitibusq; Romanis in Curia cõfossus interijt. post annos IIII, & menses VI, q̃ regnare cœperat. Cassius Iudæa capta templũ spoliat. | 3910

Octauianus Cæsar Augustus Romanorũ II regnauit annis LVI, & mensibus VI, à quo Augusti appellati reges Romonorũ: quorum XV uiuente Cleopatra, XL & unũ postea uiuit annos. XI Augusti anno deficiẽte in Iudæa Pontificum principatu, Herodes nil ad eum pertinẽs, utpote Antipatri Ascalonitæ, & matris Cypridis Arabicæ filius, à Romanis Iudæorũ suscepit principatũ, quod tenet annis XXXVI. Qui ne ignobilis forte & à Iudæorum semine argueretur extraneus, cõbussit libros omnes, quibus nobilitas gentis in tẽplo seruabatur ascripta, ut defi | 3966

D cientibus probamentis, & ipse ad hanc pertinere putaretur. Insuper etiã ut suam sobolẽ regio illorum generi cõmisceret, proiecta Dosidæ fœmina Hierosolymitana, quã priuatus acceperat uxorem, & nato ex eo filio Antipatro, sociat sibi Mariamnem filiã Alexandri, neptem Aristoboli fratris Hyrcani, qui ante eum rex erat Iudæorũ. Hæc quinq; ei filios genuit, quorũ duos Alexandrum & Aristobolũ ipse necauit in Samaria. Nec mora post etiam matrẽ illorum, qua nil carius nouerat, simili scelere peremit. E quibus Aristobolus Herodẽ ex Beronice susceperat filiũ, quem in Actibus Apostolorũ ab angelo percussum legimus. Tertio inter Augustum & Antoniũ orto bello, quod Antonius, qui Asiam & orientem tenebat, repudiata sorore Augusti Cleopatram duxisset uxorẽ, Antonius & Cleopatra uicti semet interficiunt. A quo tempore quidam primum annum Augusti monarchiæ supputant. Hactenus qui uocabãtur Lagidæ in Aegypto regnauerunt annis CCXCV. | 3952

Anno Cæsaris Augusti XLII, à morte uero Cleopatræ & Antonij, quãdo & Aegyptus in prouinciã uersa est, anno XXVII, Olympiadis cẽtesimæ nonagesimæ tertiæ, anno tertio, ab urbe autẽ cõdita DCCLII anno, id est eo anno quo cõpressis cunctarũ per orbẽ terræ gentiũ motibus firmissimã uerissimãq; pacẽ ordinatione dei Cæsar cõposuit, Iesus Christus filius dei sextam mundi ætatẽ suo cõsecrauit aduentu, anno imperij Augusti XLIIII Herodes morbo intercutis aquæ, & scatentibus toto corpore uermibus, miserabiliter & digne moritur. Pro quo substitutus ab Augusto filius eius Archelaus, regnauit annis IX, id est usq; ad ipsius Augusti finẽ: tũc enim nõ ferentibus ultra, sed accusantibus apud Augustũ ferocitatẽ eius Iudæis in Viennã urbẽ Galliæ relegatur, & ad minuendam Iudaici regni potentiã, insolentiãq; domandã, quatuor fratres eius

pro eo

A pro eo sunt Tetrarchæ creati, Herodes, Antipater, Lisias & Philippus: quorũ Philippus & Herodes, qui Antipas prius nuncupabatur, etiã uiuente Archelao Tetrarchæ fuerant ordinati. | *Anni mundi.*

Tiberius priuignus Augusti, hoc est Liuiæ uxoris eius, filius ex superiore genitus cõiuge, regnauit annis XXIII. Huius anno XII Pilatus Iudææ Procurator ab eodẽ dirigit. Herodes Tetrarcha, qui Iudæorũ principatũ tenet annis XXIIII, in honorẽ Tiberij, & matris eius Liuiæ Tiberiadẽ con- | 3980

Anno XV imperij Tiberij, Dominus post baptismũ quod prædicauit Ioannes, mũdo regnũ cœlorũ annũtiat, peractis à mundi principio secundũ Hebræos annis, ut Eusebius in Chronicis suis signat IIII milibus, annotãdo q̃ XVI anno Tiberij principiũ fuerit LXXXI Iubilei secũdũ Hebræos. Quare aũt nostra supputatio undeuigínti minus ponendos æstimauerit annos, facile qui superiora libelli huius legerit inueniet. Iuxta uero Chronica eadẽ quæ ipse Eusebius de utraq; editione, ut sibi uidebat, cõ- | didit, & Libiadẽ. 3981

Anno XVIII imperij Tiberij (posuit, anni sunt V milia CCXXVIII. | 3984

Dñs sua passione mundũ redemit, & prædicaturi per Iudææ regiones Apostoli, Iacobũ fratrẽ Domini Hierosolymis ordinãt Episcopũ, ordinãt & VII Diaconos. Et lapidato Stephano ecclesia p regiões Iudææ & Samariæ dispergit. Agrippa cognomento Herodes, filius Aristoboli, filij Herodis regis, accusator Herodis Tetrarchæ, Romam profectus à Tiberio in uincula conijcitur, ubi plurimos sibi asciuit ad amicitiam, & maxime Germanici filium Caium.

Caius cognomẽto Caligula regnauit annos III, mẽses X, dies VIII. | 3993

B Hic Herodẽ Agrippam amicũ suum uinculis liberatũ regẽ Iudææ facit, qui permanet in regno annis VII, id est usq; ad quartũ Claudij annũ. Quo ab angelo percusso succedit in regnũ filius eius Agrippa, et usq; ad exterminiũ Iudæorũ XXVI annis perseuerat. Herodes Tetrarcha & ipse Caij amicitiã petens, cogẽte Herodiade Romã uenit, sed accusatus ab Agrippa etiã Tetrarchiã perdidit, fugiensq; in Hispaniã cum Herodiade mœrore perijt. Pilatus qui sententiã damnationis in Christũ dixerat, tantis irrogante Caio angoribus coartatus est, ut sua se manu peremerit. Caius in deos se referens, Iudæorũ loca sancta sordibus idolorum profanat. Matthæus in Iudæa prædicãs Euangelium scripsit.

Claudius annos XIII, menses VII, dies XXVIII. Petrus Apostolus cum primus Antiochenã fundasset ecclesiã Romã pergit, ibiq; XXV annos cathedram tenet Episcopalẽ, id est ad ultimũ Neronis annũ. Marcus Euangeliũ quod Romæ scripserat, Aegypto Petro mittẽte prædicat. Quarto Claudij anno fames grauissima, cuius Lucas meminit, facta est. Eodẽ anno ipse Britanniã adiens, quã neq; ante Iulium Cæsarem, neq; post eum quisq; attingere ausus fuerat, sine ullo prælio ac sanguine intra paucissimos dies plurimam insulæ partẽ in deditionẽ recepit. Orcadas etiã insulas Romano adiecit imperio, ac VI q̃ profectus erat mẽse Romam redijt. Nono regni sui anno Iudæos tumultuãtes Roma expulit, qd' & Lucas refert. Sequẽti anno fames maxima Romã corripit. | 4007

Nero annos XIII, menses VII, dies XXVIII. Huius secũdo anno Festus Iudææ Procurator successit Felici, à quo Paulus Romam uinctus mittitur, & bienniũ in libera manẽs custodia, post hæc ad prædicandũ dimittitur, nec dum Nerone in tanta erũpente scelera, quanta de eo narrãt historiæ. Iacobus frater Domini cũ XXX annos rexisset Hierosolymorũ ecclesiam, VII Neronis anno lapidatur à Iudæis, uindicantibus in illo, qd' Paulũ interficere nequiuerũt. Festo magistratui Iudææ succedit Albinus, Albino Florus, cuius luxuriã | 40021

C & auaritiã, cæteraq; flagitia non ferentes Iudæi, contra Romanos rebellauerũt: Aduersum quos Vespasianus magister militiæ transmissus, plurimas urbes Iudææ cepit. Primus uero super omnia scelera sua etiã Christianos persequitur. Quorum eximios Romæ Petrũ cruce, Paulũ occidit gladio. Hic in re militari nihil omnino ausus, Britanniã penẽ amisit. Nam duo sub eo nobilissima oppida illic capta atq; euersa sunt. | Anni mundi.

Vespasianus annos IX, menses XI, dies XXII. Hic apud Iudæam Imperator ab exercitu appellatus, & bellum Tito filio cõmendans, Romam per Alexandriã proficiscitur: qui secũdo anno Iudææ regnũ subuertit, tẽplũq; solo strauit, post annũ primæ ædificationis eius, MLXXXIX. Consummatum est bellũ annis IIII, duobus Nerone uiuente, & duobus alijs postea. Vespasianus inter alia magnorum operum in priuata adhuc uita in Germaniã, ac deinde in Britanniã à Claudio missus, tricies & bis cum hoste conflixit, duas ualidissimas gentes, XX oppida, insulam Vectam Britanniæ proximam imperio Romano adiecit. Colossus erigitur habens altitudinis pedes CVII. | 4031

Titus annos II, menses II, uir omnium genere uirtutum mirabilis, adeo ut amor & delitiæ humani generis diceretur. Hic Amphitheatrum Romæ ædificat, & in dedicatione eius quinq; milia ferarum occidit. | 4033

Domitianus frater Titi iunior annos XV, menses V. Hic secũdus post Neronem Christianos persequitur, sub quo Apostolus Ioannes in Pathmũ insulã relegatus est, & Flauia Domicilla Flauij Clemẽtis Consulis ex sorore neptis in insulã Pontianã ob fidei testimonium exiliatur. | 4049

D

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	Anno XLII Octauiani Augusti Cæsaris, ex quo anno Aegyptus in prouinciã redacta est, & Cleopatra cum Antonio uicta XXVIII anno, ab urbe uero cõdita DCCLII, Olympiadis CXCIII, anno III, dominus noster Iesus Christus in Bethleem Iuda nascitur, transactis ab initio mundi secundum Hebraicã ueritatẽ annis tribus milibus DCCCCLII. Secundum LXX uero Interpretes quinq; milibus CXCIX.	
43		
44	Augustus Tiberium & Agrippam in filios adoptauit. Herodes infantes occidit.	
45	Iudas Galilæus ad rebellandũ Iudæos cohortatur.	
46	Asinius Pollio Orator moritur.	
47	Herodes rex Iudææ cum magno cruciatu moritur, pro quo Archelaus regnauit annis IX.	
48	Fames magna Romæ facta est.	
49		
50	Tiberius Cæsar Dalmatas Sarmatasq; subegit.	
51		10
52		
53	Iani portæ 12 annis iam ab Augusto clausæ aperiuntur.	
54	Messala Coruinus Orator moritur.	
55	Ecclypsis solis facta est.	

56 Archelaus

Anni mundi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
	66	Archelaus in Viennam Galliæ urbem ab Augusto relegat:	
		& Iudæa Tetrarchis cõmittit, & Augustus morit anno ætatis 76.	
		TIBERIVS II priuignus Augusti regnauit annis 23.	
	1	Herodes Tetrarcha Iudæorum regnum tenuit annis 24.	
	2	Mathematici urbe pelluntur.	
	3	Liuius historiographus moritur. Ouidius Poëta in exilio moritur.	
	4	Germanicus à Tiberio missus Germanos uicit.	
	5	Tredecim urbes terræmotu corruerunt. Germanicus Cæsar moritur.	20
	6	Fenestella historiographus & Poëta moritur.	
	7	Tiberius multos reges ad se dolo uocatos nunc remisit.	
	8	Pompeij Theatrum incensum est.	
	9	Tiberius Drusum consortem regni fecit, qui eodem anno	
	10	ueneno periit.	
	11		
	12	Pilatus Præses Iudææ à Tiberio mittitur.	
	13		
	14		
	15	Dominus Iesus Christus à Ioanne baptizatur, tricesimo an	30
B	16	no ætatis suæ secundũ carnẽ inchoante, & prædicare cœpit.	
	17	Ioannes Baptista ab Herode Tetrarcha decollatur.	
	18	Dominus in Hierosolymis passus est, et resurrexit. Eclypsis	
		solis & maximi terræmotus facti sunt.	
	19	Iacobus frater Domini Hierosolymorũ Episcopus ab Apo	
		stolis ordinatus, sedit annis 30. Stephanus lapidatur. Pau	
		lus Apostolus de cœlo uocatur.	
	20	Pilatus imaginẽ Cæsaris in tẽplo statuẽs seditionẽ Iudæis excitauit.	
	21	Seianus Præfectus Tiberiũ, ut Iudæos deleat, cohortatur.	
	22	Agrippa Herodem Tetrarcham Romæ accusans à Tiberio	
		in uincula mittitur,	
	23	Tiberius populũ Rom: grauiter afflixit, & ipse ueneno periit.	
		CAIVS Caligula III an: †4, menses 10, dies 8, uir scele	† 3
	1	Herodes Agrippa rex Iudææ à Caio consti (stissimus,	
		tutus regnauit annis 7.	
	2	Iudæi apud Alexandriam profligantur, pro quibus Philo	40
	3	clarissimus scriptor apud Caiũ interpellans nihil profuit.	
	4	Pilatus semetipsum interfecit magnis à Caio calamitatibus	
	5	Matthæus Euangelium scripsit Hebraice. (oppressus.	
		Caius occiditur à protectoribus suis.	
	1	CLAVDIVS IIII annos 13, menses 7, dies 28.	
	2	Petrus Apostolus Romã uenit, ibiq; per 25 annos prædicãs Episco	
	3	Herodes Agrippa ab angelo percussus expira (patũ tenuit.	

uit, pro quo filius eius Agrippa regnauit annis 26. Marcus Euangelista in Aegypto Christũ annũtiat. Primus Antiochiæ Episcopus Euodius ordinat.

C

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	4 Fames magna facta est. Claudius Britanniã subegit.	
	5 Noua insula XXX stadiorum in mari apparuit.	
	6 Ciues Romani à Claudio numerati sunt sexagies nouies	
4000	7 Iudæorũ insedítione (centũ & quadraginta quatuor milia.	50
	8 trigínta milia necantur ín diebus Azymorum.	
	9 Claudius Iudæos expulit urbe.	
	10 Magna fames Romæ facta est.	
	11 Claudius Felícem Procuratorem Iudææ facit.	
	12 Hijs temporibus Simon magus simoniacæ hæreseos autor extitit.	
	13 Aegyptius quidam Pseudopropheta Iudæorum plures se/	
	ducens à Felice opprimitur.	
	14 Claudius ueneno mortuus est anno ætatis LXIIII.	
	NERO V annos 13, menses 7, dies 28. Iste flagítiosus	

in cunctis, primã in Christianos persecutionẽ exercuit, in qua Romæ Processus & Martínianus, XLVII à beato Petro baptízati, Torpes, Marcellus & Apuleus: Mediolani, Nazarius & Celsus: Agleiæ, Hermagoras Episcopus. Fortunatus Diaconus, Felix cũ Cõstantia: Rauẽnæ Apollínaris Episcopus

	1 Seditio ín Cæsarea orta plures (pro Christo coronãtur.	
	Iudæorum perdidit. Festus Felici successit.	
	2 Paulus Apostolus Romam à Festo Præside mittitur.	
D	3 Huc usq; librũ Actus Apostolorũ, Lucas Euangelista per/	60
	duxit, continentem annos à passione Domini XXVII.	
	4 Statius Poẽta clarus habetur.	
	5 Nero Agrippinã matrẽ suam, & sororem patris interfecit.	
	6 Nero infinita luxuría & lasciuia, ignauiaq; bachatur.	
	7 Iacobus frater Domíni à Iudæis lapídatur. Festo Præsidi Al/	
	bínus in Iudæa successit.	
	8 Marcus Euangelísta apud Alexandríam passus est, pro	
	quo Anianus 23 annís. Albino Florus successit.	
	9 Neroníanæ Thermæ à Nerone ædificantur.	
	Persius & Lucanus Poẽtæ moriuntur.	
	10 Nero ut símilitudínẽ Troíæ ardẽtis uideret, magnã partẽ Ro	
	11 Nero Senecã magístrum suum ínterfecit. (mæ incendit.	
	12 Vespasianus dux exercitus aduersus Iudæos rebellãtes à Ne	
	13 Petrus & Paulus à Nerone propter Simo/ (rone mittit.	70

nẽ magũ tricidantur, & pestílentia Romæ facta est, Neroq; seipsum ínterfecit.

	LINVS I à beato Petro Papa sedit annis 12. Antiochiæ
	secundus Episcopus ordinatur Ignatius.
	GALBA V mens: 7. Otho mens: 3. Vitellius mens: 8.
1	Vespasianus ín Iudæa pugnans Impator ab exercitu cõsti/
	VESPASIANVS VII annos 9, menses 11, dies (tuitur.
	22, uír militari uirtute præcípuus.
1	Titus Iudæos ínenarrabili fame cruciatos obsedit.
2	Hierusalem à Tito expugnata destruitur, anno

à passione

A Anni mũdi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
		à passione Domini 42. A prima uero conditione templi	
	3	sub Solomone 1089.	
	4		
	5	Hoc tẽpore Iosephus historiographus clarus habetur.	
	6		
	7	Colossus erectus est, habens altitudinis pedes 107.	
	8		
	9	Pestilentia Romæ facta est: Et terræmotus tres ciuitates	80
		Cypri subuertit.	
	10	Vespasianus profluuio uẽtris in uilla circa Sabinos obijt.	
		TITVS VIII Vespasiani filius annos 2 menses 2.	
		Vir omnium genere uitutum mirabilis, ita ut delitiæ &	
		amor humani generis diceretur.	
	1	Titus amphiteatrum Romæ construxit, in cuius dedica	
		tione 5000 ferarum occidit.	
	2	Anacletus Papa II sedit annis 12. Titus in eadẽ uilla	
		qua & pater obijt anno ætatis 42.	
		DOMITIANVS IX frater Titi an: 15 mensib: 5. Hic	
		omnibus infectus sceleribus, secundo persequitur Chri	
		stianos, cuius tẽpore passi sunt Romæ Eutyches, Victo	
		rinus & Maro: apud Amiterninam urbem Victorinus	
		Episcopus.	
B	1	Domitianus Eunuchos fieri prohibuit.	
	2	Decreto Senatus Titus inter deos refertur.	
	3	Tres uirgines Vestæ ob stuprum damnantur.	
	4	Anianus I post Marcũ Euangelistam Episcopus Ale	
	5	xandriæ post annos 22 obijt, pro quo Abilius II an: 13.	
	6	Domitianus se deum & dominum appellari iussit.	
	7		90
	8	Quintilianus rhetor Romæ clarus habetur.	
	9	Hijs temporibus hæresis Menandri magi & Hebionita	
		rum & Cerinthiorũ & Nicolaitarum exoritur.	
	10	Hoc tempore Romani mala plurima à Cæsare & ab ho	
		stibus pertulerunt.	
	11	Domitianus de Dacis & Germanis triumphat.	
	12	Clemens Papa III sedit annis 9. Cornelia uirgo uesta	
		lis ob stuprum uiua defossa est.	
	13	Domitianus multos nobilium occidit.	
	14	Hoc tempore Ioannes Apostolus in Pathmos Insulam	
		à Domitiano exilio missus Apocalypsim scripsit.	
	15	Domitianus Flauiam Domicillam cum multis alijs in	
		exilium pro fide Christi relegauit.	
	16	Domitianus cum multa mala egisset, crudeliter à suis in	
		terfectus est, anno ætatis 35.	

	Anni mũdi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
C		NERVA X senex anno 1, mẽsibus 3, diebus 8. Hic primo edicto suo omnes exules reuocauit.	
	4050	1 Sanctus Ioannes Apostolus ab exilio rediens Euangelium scripsit. Nerua confectus morbo obijt.	100
		TRAIANVS XI genere Hispanus annis 19, mensibus 6, diebus 15: Vir reipublicæ utilis, sed errore deceptus, tertio persequitur Christianos.	
		1 Alexandriæ III Cerdo Episcopus, sedit annis 12.	
		2 Ioannes Apostolus apud Ephesum dormiuit in pace, anno à passione Domini 68.	
		3	
		4 Euaristus Papa IIII, sedit annis 8. Traianus de Dacis & Scythis triumphat.	
		5 Traianus multas gentes Romano subiecit imperio.	
		6	
		7	
		8 Huius Traiani tempore terræmotus multas urbes subuertit, & aurea domus Neronis incendio perijt, & Pantheum fulmine crematum est.	
		9	
		10 Hoc tẽpore Simeon Cleophæ filius, Hierosolymæ Episcopus crucifigitur, anno ætatis 120, pro quo Iustus.	110
D		Terræmotus factus est.	
		11 Hoc tẽpore Plinius Secundus philosophus clarus pro Christianis Traianũ mitigat. Ignatius Antiochiæ Episcopus Romæ bestijs traditur, pro quo Oron III constituit.	
		12 Alexander Papa V sedit annis 10.	
		13 Alexandriæ Primus IIII Episcopus, sedit annis 12.	
		14 Post Iustum Hierosolymæ Episcopum Zachæus IIII,	
		15 sedit: post quem Tobias V, & post hunc Beniamin VI: deinde Ioannes VII, post quem Matathias VIII, cui succedit Philippus IX.	
		16 Traianus Armeniã, Assyriam & Mesopotamiã prouincias facit. Terræmotus penè totam Antiochiam subruit.	
		17	
		18 Iudæi cõmoti magnas cædes hominũ faciunt, sed in Alexandria uicti ab omnibus ubique trucidantur.	
		19 Traianus apud Seleuciam profluuio uentris moritur anno ætatis 64.	
		AELIVS ADRIANVS XII an: 21. Hic per Quadratum discipulũ Apostolorũ, & Aristidem uirum sapientẽ, libris Apologeticis edoctus, mitis efficitur Christianis.	
		Huius tẽpore passi sunt Romæ Xistus Papa, Getulius, Sabina & Seraphia uirgines: apud Mesenã Eleutherius Episcopus cũ Anthia matre. Parisius Dionysius Ariopagita Episcopus: apud Tiburnã Simphorosa cũ VII filijs.	
		1 Adrianus Alexandriam publicis restaurauit expensis.	120

Adrianus

Anni mũdi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.	
	2	Adrianus iterum Iudæos profligat. Traianum Senatus		
		inter deos refert.		
	3	XISTVS Papa VI sedit annis 10. Adrianus plurima		
	4	tributa relaxat. Terræmotus factus est. Bellũ contra Sau-		
		romatas gestum. (deducit.		
	5	Adrianus in Libyã quæ à Iudæis uastata fuerat Colonias		
	6	Alexandriæ †Iustinus V Episcopus, sedit annis 11. Adri		† Iustus.
		anus Athenienſibus legem dedit.		
	7	Hierosolymis post Philippũ Episcopus Seneca X, &		
		post hũc Iustus XI, deinde Leui XII, post quẽ Ephres		
		XIII, postea †Iesses XIIII, & post hunc Iudas XV Epi		† Ioses.
		scopi præfuerunt.		
	8	Hoc tempore Aquila interpres habetur.		
	9	Adrianus Apologeticis nostrorum acceptis literas pro		
	10	Christianis misit.		
	11	Hijs temporibus Saturninus & Basilides & Carpocra-	130	
		tes hæresim condiderunt.		
	12	Adrianus Pater patriæ primus appellatur. THELES-		
		PHORVS Papa VII, sedit annis 11.		
	13	Antiochiæ constituitur Cornelius Episcopus. Nicopo-		
B	14	lis & Cæsarea terræmotu corruerunt. Templum Romæ		
		& Veneris Romæ factum est,		
	15	Adrianus Athenas ampliauit ædificijs plurimis.		
	16	Iudæi in arma uersi Palæstinam depopulantur.		
	17	Alexandriæ Eumenes VI Episcopus, sedit annis 13.		
	18	Iudæi iterum cõmoti, magnis ubiq; cædibus enecantur.		
	19	Hierusalem ab Helio Adriano reparata est, & ex eius no		
		mine Helia nuncupata, & Iudæis ne introirẽt interdicta.		
	20	Primus ex Gentibus Hierosolymis Episcopus Marcus		
		ordinatur, cũ iam XV de Iudaica gente fuissent. (rio.		
	21	Adrianus morbo intercutis aquæ moritur, maior sexagena		
		ANTONINVS XIII cognomento Pius, annis 22,		
		mẽsibus 3. Iste per Apologeticũ Iustini Christiani philo		
		sophi, & postea martyris edoctus, clemens efficit nostris.		
	1	HYGINVS Papa VIII, sedit annis III.		
	2	Antoninus Pater patriæ appellatur.		
	3	Valentinus & Cerdo, & post hos Marcion & Marcus ec		
		clesiam hæresi impugnãt. (tonino scripsit.		
	4	Iustinus philosophus pro Christianis Apologeticon An		
	5	PIVS Papa IX, sedit annis 15. Sub hoc Hermes li-		
		brum Pastoris scripsit.		
	6	Antiochiæ constituitur Episcopus Heros V.		
	7			
	8			

	Anni mũdi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
C	4100	9	Alexandriæ Marcus VII ſedit annis 10.	150
		10		
		11		
		12		
		13	Apolloniús & Baſilides philoſophi illuſtres habentur.	
		14		
		15		
		16		
		17	Creſcẽs Cynicus philoſophus Iuſtino noſtro philoſopho	
		18	perſecutionẽ cõmouit, in qua ille pro Chriſto occubuit.	
		19	Alexandriæ Celadion VIII Epiſcopus ſedit annis 14.	
		20	ANICETVS Papa X, ſedit annis 11.	160
		21	Hieroſolymis poſt Marcum factus eſt Epiſcopus Caſſia	
		22	nus XVII, Publius XVIII, Maximus XIX, Iulianus	
			XX, Gaianus XXI, Symmachus XXII, Caius XXIII,	
			Iulianus XXIIII, Capito XXV.	
	†72	23	Antoninus Pius apud Lorium obijt anno ætatis †77.	
			MARCVS ANTONINVS VERVS, cum fratre Lucio	
			Aurelio Commodo annis 19, menſe 1.	
		1	Hij primum æquo iure adminiſtrauerunt imperium.	
D		2	Lucio Cæſari Athenis ſacrificanti ignis ab Oriente ad	
			Occidentem in cœlo ferri uiſus eſt.	
		3	Vologeſus rex Parthorum prouincias populatur Ro/	
			manas quaſdam.	
		4	Fronto orator inſignis habetur. Seleucia à Romanis ca	
		5	Cæſares de Parthis triumphant. (pta eſt.	
		6	Sub hijs principibus quarta perſecutio orta apud Aſiam	
			Polycarpum Smyrne Epiſcopũ cum plurimis, & in Gal	
			lia multos ſanctorũ coronauit, in qua paſſi ſunt Romæ	
			Anicetus Papa, Victor Papa, Symmetrius Pater, Feli/	
			citas cum VII filijs, Iulius & Antoninus, Euſebius &	
			Pontianus, Peregrinus & Vincentius: Apud Sebaſten	
			Armeniæ XL martyres. Sub Agricolao Iudice: Apud Spo	
			letum, Concordius, Germanicus & Pionius: Apud Apa	
			miã Alexander & Gaius: Apud Cretã Philippus Epiſco	
			pus: Apud Bergamũ Carpus Epiſcopus, Papyrius Dia/	
			conus: Lugduni Galliæ Irenæus Epiſcopus cum multis.	
			Photinus quoq; urbis eiuſdem Epiſcopus, & Blandina	
			cum alijs 48 Epipodius & Alexander, Linſiria, Vi/	
† Auinione			ctor & Corona. Mediolani Fauſtus. † Cabillone Marcel	
			lus. Itẽ Valerianus. Alexandriæ Ptolomeus & Lucius.	
		7	Hoc tempore lues maxima multas uaſtauit prouincias,	170
			& exercitum Romanum penè deleuit.	
		8	SOTER Papa XI, ſedit annis 8. Antiochiæ Theophi	

Ius VI

Anni mũdi.		Regnum Romanorum.	Anni domni.	
	9	Ius VI Episcopus sit sapiens ordinatur.		
	10	Alexandriæ Agrippinus Episcopus sedit annis X. Lucius Cæsar Apoplexi extinctus est.		
	11	Cataphrygarum hæresis oritur.		
	12			
	13	Hijs temporibus Egesippus, Dionysius Corinthi Episcopus, Modestus, Melito, Pynetus Cretæ Episcopus, Theophilus Antiochiæ Episcopus: Apollinaris & alij plurimi doctores clari habentur.		
	14	Antoninus Imperator multa prælia per se & per duces suos contra Romanos inimicos exegit. Antiochiæ VII Episcopus †Maximus constituitur.		†Maximinus
	15	Hoc tempore Tatianus hæresim Encratitarum condit.		
	16	ELEVTHERIVS Papa XII sedit annis †13: Antoninus Cõmodum filium consortem regni fecit.		†XV
	17	Imperatores de hostibus triumphant, & debita plebi relaxant.	180	
	18	Lucius Britanniæ rex ab Eleutherio Papa ut Christianus efficiatur impetrat.		
	19	Antoninus in Pannonia moritur.		
B		L. ANTONINVS COMMODVS XV post mortem patris annos 13 regnauit. Hic Germanos feliciter uicit, Cæterum obscœnus & prauus fuit.		
	1	Alexandriæ Iulianus X Episcopus sedit annis X: Commodus de Germanis triumphat.		
	2	Templum Serapis Alexandriæ incensum est.		
	3	Hoc tempore Panthenus & Clemens Alexandriæ clari habentur.		
	4	Hierosolymis Maximus XXVI Episcopus ordinatur, post quem Antoninus XXVII, Valens XXVIII, †Dulcianus XXIX, Narcissus XXX, †Dius XXXI, Germanio XXXII, Gordius XXXIII, & Narcissus XXXIIII.		†Dulychianus †Aelius
	5	Commodianæ Thermæ Romæ factæ sunt.		
	6	Origenes apud Alexandriam nascitur.		
	7	Hoc tempore Montanus quidam Cataphrygarum hæresim condit.		
	8	Irenæus Lugdunensis Episcopus, & alij doctores claruerunt.	190	
	9	Capitolium Romæ & bibliotheca fulmine cremantur.		
	10	Commodus Colossi capite sublato, suæ imaginis caput iussit imponi. VICTOR Papa XIII sedit annis 13. Alexandriæ Demetrius XI Episcopus annis 43.		

	Anni mũdi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
C		11	Magna quæstio de Pascha oritur, & in dominica die celebrari iubetur.	
		12	Serapion Antiochiæ Episcopus VIII ordinatur. Commodus multos nobilium interfecit.	
		13	Commodus cunctis incommodus, in domo Vestilliani strangulatur.	
			AELIVS PERTINAX XVI, mensibus 6. Hunc	
		1	Iulianus iurisperitus occidens, regnauit mensibus 7.	
			SEVERVS genere Afer annis 17: Hic Iulianum ciuili bello uicit, & se Pertinacem appellauit.	
		1		
		2		
		3	Hoc tempore Narcissus Hierosolymitanus Episcopus,	
	4150	4	& Theophilus Cæsariensis, Polycarpus quoque & Bachylus Asiani, & alij Episcopi insignes habentur.	200
		5	Iudaicum & Samariticum bellum motum est.	
		6	Seuerus Parthos & Adiabenos Arabasq; superauit &	
		7	subiecit.	
		8	Thermæ Seuerianæ apud Antiochiam factæ sunt.	
		9	ZEPHYRINVS Papa XIIII sedit annis 18.	
		10	Seuerus V persecutione plurimos sanctorum coronauit,	
		11	inter quos pater Origenis Leonides cum multis	
D			alijs martyrizatur.	
		12	Perpetua & Felicitas hac persecutione apud Carthaginem bestijs deputantur.	
		13	Hoc tempore Symmachus & Theodotion interpretes habentur.	
		14	Seuerus uallum apud Britannos per 132 passuum milia	210
		15	à mari ad mare fecit.	
		16	Tertullianus Afer clarissimus habetur.	
		17	Seuerus in Britannia moritur.	
			ANTONINVS CARACALLA XVIII annis 7.	
		1	Antiochiæ IX Episcopus Asclepiades constituitur.	
† Secus aliquanto Eusebius habet.		2	†Hoc tẽpore Alexander XXXV Episcopus Cappadociæ à Narcisso Hierosolymitano Episcopo constituitur.	
		3	Antoninus Caracalla propter genus uestis quod Romæ	
		4	erogabat cognominatur.	
		5	Antoninus Romæ Thermas sui nominis ædificauit.	
		6	Antoninus impatientia libidinis nouercam suam Iuliam duxit uxorem.	
† 44.		7	Antoninus interficitur anno uitæ † 43.	220
			OPILVS MACRINVS XIX annum 1 regnauit.	
		1	Macrinus cum filio Diadumeno occiditur. Pntiochiæ	
			X Philetus Episcopus constituitur.	

M. AVRELIVS

A Anni mũdi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.	
		M. AVRELIVS ANTONINVS XX annis 4.		
	1	CALLISTVS Papa XV sedit annis 5.		
	2	Hippolytus Episcopus clarus habetur. Heliogabalum templum Romæ ædificatur.		
	3	In Palæstina Nicopolis, quæ prius Emmaus uocabatur, condita est.		
	4	Aurelius tumultu militari Romæ occiditur. Huius tempore coronantur Romæ Callistus Papa, Vrbanus Papa, Cecilia uirgo, Tiburtius & Valerianus, Calepodius presbyter, Palmarius Consul cum uxore & filijs, & Simplicius Senator.		
		AVRELIVS ALEXANDER XXI annis 13. Hic in matrem suam unice pius fuit, & cunctis charus.		
	1	Alexander Xerxen regem Persarum uicit.		
	2	VRBANVS Papa XVI sedit annis † 8. Hic multos		† IX
	3	nobilium ad Christi fidem conuertit.		
	4	Vlpianus iurisconsultus insignis habetur.		
	5	Neronianæ thermæ Alexandrinæ uocantur.	230	
	6	Geminus presbyter, Hippolytus & Beryllus Episcopi & Bostrenus clari habentur.		
B	7	Antiochiæ Episcopus XI Zebennus constituitur.		
	8	Mammea mater Alexandri Origenem celeberrimum		
	9	doctorem ad se uocatum audire curauit.		
	10	PONTIANVS Papa XVII sedit annis † 6.		† V
	11	Alexandriæ Heraclas XII Episcopus uir sapiens sedit		
	12	annis † 13.		† XVI
	13	Alexander tumultu militari occiditur.		
		MAXIMINVS XXII annis 3. Iste Christianos & maxime rectores ecclesiæ VI post Neronem persequitur. Sub quo apud Cæsaream Palæstinam Pamphilus & Maximus presbyteri coronantur.	240	
	1	Pontianus Papa & successor eius Antherus XVIII Papa post primũ mẽsem Pontificatus martyrio coronanꝫ.		
	2			
	3	FABIANVS Papa XIX sedit annis 14. Maximinus Aquileiæ occiditur.		
		GORDIANVS XXIII annis 6.		
	1			
	2	Cupienus & Albinus qui imperium arripuerant in palatio occisi sunt.		
	3	Hoc tpe Iulius Africanus chronographus clarus habeꝫ.		*Iulius Africanus.*
	4	Hac tempestate Origenes Theodorum & Athenodorum fratres, postea nobiles Episcopos diuina imbuit philosophia.		

C	Anni mũdi.		Regnum Romanorum.	Anni dominĩ.
		5		
		6	Gordianus cum uictor à Parthis reuerteretur, haud longe à Romano solo interficitur.	
			PHILIPPVS cum filio Philippo annis VII. Hic primus omnium Imperatorum Christianus fuit.	
		1	Philippus Philippum filium suum consortem regni fecit.	
		2		
	4200	3	Alexandriæ XIII Dionysius Episcopus clarus doctor sedit annis †19.	250
	†17	4	Millesimus annus ab urbe condita festiue celebratur.	
		5	Origenes presbyter his temporibus tanta scripsit, ut Hieronymus quodam loco quinque milia librorum eius se legisse dicat.	
		6		
		7	Philippus senior Veronæ, iunior uero Romæ occiditur.	
			DECIVS XXV anno 1, mensibus 3. Iste septimam in Christianos persecutionem excitauit.	
D		1	Hac & sequenti persecutione passi sunt Romæ Fabianus Papa, Xistus Papa, Laurentius, Felicissimus, & Agapitus Diaconus, Abdo & Sennes, Hippolytus & Concordia, Irenæus & Habundius, Cornelius Papa, Victoria uirgo, Miniates: Antiochiæ †Babillus Episcopus: Apolloniæ ciuitatis Leacus, Tirsus & Gallinicus: Hierosolymis Alexander Episcopus: Nazanzo Trypho: In Aegypto ciuitate Tanais, Phileas Episcopus, Philoromus: Babyloniæ etiã Ctesiphontes Episcopus: Pamphiliæ Nestor Episcopus. In Corduba Parmenius presbyter cum alijs: In Cyriẽsi colonia Marianus & Iacob: In Tyro Anatholia & Audax: In Africa Nemesianus, Felix, Rogantianus presbyter, Felicissimus cum alijs: Antiochiæ Asclepiades Episcopus: Alexandriæ Agatho, Serapion, Arsenius, Dioscorus cum alijs: Itẽ Romæ Stephanus Papa, Eugenia, Iouinus, Basilius, Lucius Papa, Basilla, Rufina, & Secunda uirgines, Tertullianus, Protus, Hyacinthus, Xistus Papa, Valerianus, Nemesius, Symphronius & Olympius: In Hispania Teragone: Veronæ Zenon Episcopus, Fructuosus Episcopus, Augurius, & Eulogius Diaconi: Cæsareæ marinus & Artemius: In Africa Maxima, Donatilla, & Secunda uirgines: In uico Mitanẽsi Priuatus Episcopus, Theodorus cognomẽto Gregorius Põti Episcopus. Sub Claudio uero & Aureliano Proboq; & Caro Imperatoribus passi sunt Romæ Felix Papa, Marius & Martha coniunx eius cum filijs, XLVII milites qui baptizati sunt à Dionysio Papa, Cyrilla uirgo: In Campania	
	†Babylas			

Felix

	Anni mūdi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
A		Felix presbyter & Eusebius: Romæ itē Eutychianus Papa, Theodora, Basilides, Tripos & Mandalio: Lingonis sancti gemini: Loonio ciuitate Conon: Cæsarea Cappadociæ Mammes: Apud Prænestē Agapitus: In ciuitate Salona Anastasius: Augustoduno Symphorianus: In territorio Viuariēsi Andeolus Subdiaconus, Andochius presbyter, Thyrsus Diaconus, & Felix: In castro Duuone Benignus presbyter: Itē Romæ Crisantus & Daria, Claudius & Hilaria uxor eius cū filijs Iasone & Mauro, & LXX militibus. Fabianus martyrizatur, pro quo CORNELIVS	
		Papa XX sedit annis 3.	
		Decius cum filio suo in Thracia à Gothis occiditur. Antonius monachus in Aegypto nascitur.	
		GALLVS XXVI cū Volusiano filio an: 2, mensibus 4.	
	1	Origenes anno ætatis 70 moritur. Nouatus presbyter hæreseos autor extitit. Maxima pestilentia facta est. Antiochiæ †Demetrius XIIII ordinatur Episcopus.	† Demetrianus
	2	Gallus & Volusianus interfecti sunt Interamnæ.	
		VALERIANVS XXVII cum Gallieno annis 15. Iste quartam persecutionem in Christianos exercuit.	
	1	Cornelius Papa martyr efficitur.	
		LVCIVS Papa XXI sedit menses 8, & martyr efficit.	
B	2	STEPHANVS Papa XXII sedit annis 2.	
	3	Cyprianus doctor eximius Carthaginēsis Episcopus martyrio coronatur.	260
	4	XISTVS Papa XXIII sedit annis †11. Valerianus commota persecutione à Sapore rege Persarū captus, & oculis priuatus in seruitute miserabili consenescit, & Gallienus territus pacem Christicolis reddidit.	† VIII
	5		
	6		
		Antiochiæ XV Paulus Samosatenus, postea hæreticus,	
	7	Episcopus constituitur.	
	8	Germani Italiā, Alemanni Gallias & Italiā populantur.	
	9	Græcia, Macedonia, Pōtus, Asia depopulant̄ per Gothos,	
	10	& alias plures prouincias Barbarorū quassauit irruptio.	
	11	Alexandriæ Maximus XIIII Episcopus sedit annis 18.	
	12	Hoc tempore Theodorus qui & Gregorius Neocæsariæ Episcopus uirtutibus claruit.	
	13	Hierosolymæ XXXVII Episcopus Hymeneus cōstituit.	270
	14	DIONYSIVS Papa XXIIII sedit an: 9. Paulo Samosateno hæretico deposito Domnus XVI Antiochiæ Episcopus ordnaitur.	
	15	Gallienus Mediolani occiditur.	
		CLAVDIVS XXVIII an: 1, mensibus 9. Iste Gothos iam per annos 15 Illyricum Macedoniamq; uastantes superat.	

Paulus

Anni mũdi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
	1	Paulus de Samosata Antiochenus Episcopus hæreticus esse conuincitur.	
	2	Claudius Sirmio moritur, pro quo frater Quintilius regnauit dies 17, & Aquileiæ occiditur.	
		AVRELIANVS XXIX annis 5, mensibus 6. Hic reipublicæ utilis, primo clemens Christianis, postea persecutor fuit. Antiochiæ Episcopus XVII Timæus efficit.	
	1		
	2	Zenobia regina orientis uincitur.	
	3	Aurelianum Romæ triumphantem Tetricus & Zenobia captiui præcesserunt.	
	4	Aurelianus templum Soli ædificat, & nonã persecutionẽ in Christianos excitat.	
	5	Aurelianus diuino fulmine territus inter Bizantium & Heracleam à militibus occiditur.	
		TACITVS XXX mensibus 6. Quo apud Pontũ occiso Florianus regnauit dies 88, & apud Tharsum occidit.	
	1	FELIX Papa XXV sedit annis 5.	280
		PROBVS XXXI annis 6, mensibus 4.	
	1	Galliæ à Barbaris uastatæ à Probo Ro: restituunt impio.	
	2	Anatholius Laodiciæ Episcopus clarus habetur.	
	3	Manes quidam genere Persa insanam Manichæorũ hæresim condit.	
	4	Antiochiæ Episcopus XVIII Cyrillus constituitur.	
	5	EVTYCHIANVS Papa XXVI sedit mensibus 10.	
	6	GAIVS Papa XXVII an: 15. Alexãdriæ Theonas Episcopus XV an: 18. Probus apd Sirmiũ tumultu militũ occidit.	
		CARVS XXXII cũ filijs Carino & Numeriano an: 2.	
	1	Carus uictor de Parthis sup Tigridẽ fulmine ictus interijt.	
	2	Numerianus occiditur. Carinus apud Margum à Diocletiano interficitur.	
		Hucusque ab incarnatione Domini supputantur secundum Dionysium anni CCLXXXIIII.	
		DIOCLETIANVS XXXIII annis 20.	
	1	Ab hoc anno Græci paschales circulos inchoabant.	
	2	Diocletianus Herculium Maximianum in consortium regni assumit.	
	3	Maximianus in Gallia Amandũ cum rusticis uicit. Carus sumpta purpura Britannias occupauit.	
	4	Hoc tempore Carausius Britannias, Narseus rex Persarũ	
	5	orientem, Aegyptum Achilles, Quinquegentiani Africam uastauerunt.	
	6	Diocletianus Constantiũ Constantini patrem Cæsarem facit, qui regnauit annis XVI.	290
	7	Diocletianus Galerium Maximianum Cæsarem facit.	

Hoc

Anni mũdi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
	8	Hoc tempore Phierius presbyter, & Achillas & Melitius Alexandrinus claruerunt.	
	9	Hijs temporibus diuersis & multis prælijs hostes diuersi	
	10	uincuntur.	
	11	Diocletianus se ut deum adorari iussit.	
4250	12		
	13	Gaio Papa martyrizato Marcellinus XXVIII successit.	
	14	Diocletianus uicto Achilleo Alexandriã Aegyptumq; recepit.	
	15	Constantius LX Alemannorum occiditur. Hierosoly mis Episcopus Labdas ordinatur XXXVIII.	
	16	Alexandriæ XVI Petrus Episcopus sedit annis XII.	300
		Galerius Maximianus à Narseo uictus est.	
	17	Galerius Maximianus Narseum superauit, & uxorem ac liberos & sorores eius captiuauit.	
	18	Antiochiæ XIX Tiramnus Episcopus cõstituit. Diocle tianus & Maximianus insigni põpa de hostibus triũphant.	
	19	Diocletianus in oriente, & Herculius Maximianus in occi dente ecclesias subuertũt, libros diuinos incendũt, & Chri stianos decima persecutione post Neronẽ cruciauerunt.	
	20	Marcellino Papa martyrizato Eusebius XXIX successit mensibus 8. Quo itẽ passo, XXX Miltiades sedit annis IIII. Diocletianus Nicomediæ, & Maximianus Mediolani purpuras & regnũ ob senectutis defectũ spõte deponũt. In persecutione Diocletiani, Maximiani, Constantij, Se ueriq; Galerij & Maximiani passi sunt Romæ Caius Pa pa, Ciriacus Diaconus, Largus, Smaragdus, Apronia nus, Papias, Maurus, Claudius, & Prepedigna cum filijs, Gabinus presbyter Castulus, Pancratius, Artemius cum uxore & filia, Sebastianus, Marcus, Marcellianus, Marcellinus presbyter, Petrus Exorcista, Tranquillinus, Nicostratus, Zoë uxor eius, Primus, Felicianus, Clau dius, Castorius, Victorinus, Simphorianus, Basiliscus, Faustinus, Simplicius, Beatrix, Tiburtius filius Troma cij, Susanna uirgo, Ioannes, Crispus, Genesius, Felix, & Adauctus, Lucia & Geminianus, Sergius & Bachus, Chrysogonus, Saturninus & Sisinnus, Quatuor corona ti, Theodorus, Põtianus, Prætextatus, & Thraso: Apud Spoletũ Gregorius presbyter, Sabinus Episcopus, Exu perantius & Marcellinus Diaconus: Apud insulas Par marias, Anastasia: Antiochiæ Iulianus & Basilissa: In Hi spania ciuitate Cæsaraugustana Vincentius Diaconus: In Barcinona Eulalia uirgo, Oucufas: Apud Gerundam	

Felix

Anni mũdi.	Regnum Romanorum.	Anni dominí
	Felix: In Cucumis Iuliana uirgo. Apud Tyrum Tiranno, Syluanus, Peneleus & Linus Episcopi, cum innumera multitudine: Apud Sirmium Sirenus: Nicomediæ, Petrus, Lucianus presbyter Antiochenus, Antimus Episcopus, Pantaleon, Ioannes, Adrianus, Dorotheus, & Gorgonius, Eleutherius: Smyrnæ Irenæus Episcopus: In Palæstina ciuitate Gaza, Syluanus: Mediolanis Victor: In ciuitate Suscia Quirinus Episcopus: Apud Tharsum Bonifacius: In Aquileia Felix & Fortunatus: Apud Ciliciã Vitus & Modestus, cũ Crescentia, Lucia uirgine: In Britannia Albanus: In Massilia Victor: Apud Augustam Afra in Rhetia prouincia: Nicæa Bithyniæ Theodata cũ filijs: In ciuitate Compluto Iustinus & Hastar fratres: In Sicilia Euplus Diaconus: Pergamis Alexander: In Chalcedone Eufemia: In Neapoli Campaniæ Ianuarius Episcopus Beneuentanus, Sosius Diaconus: Mesenate ciuitate Faustus & Desiderius. In Palæstina Peleus & Nilus Episcopi: In Cizico Suasta & Eulasius: Agauno Mauritius cũ socijs: Antiochiæ Cyprianus Episcopus cum Iustina.	
	Apud Aegeam ciuitatem Cosmas & Damianus. In castro Solodoro Victor: Apud Coloniam Agrippinam Gereon cũ socijs: Apud Tharsum Carracus, Probus & Andronicus. In Venusia Felix Episcopus, Audax, Ianuarius presbyteri: Suessionis ciuitate Crispinianus & Crispinus: Apud Sidonem Cenobius presbyter: In territorio Agauensi Tiberius, Modestus, & Florẽtia: In Scythia Mennas: Antiochiæ Romanus: Alexandriæ Petrus Episcopus: In Africa Crispina uirgo: In Tuscia Barbara uirgo: In Hispania Leocadia: Emerita ciuitate Eulalia & Iulia uirgines.	
	GALERIVS & Constantius Augusti. Maximinus persecutor Christianorum & Seuerus Cæsares eliguntur.	
1	Constantius Augustus uir mansuetus in Britannia Eboraci obijt.	
	CONSTANTINVS Cõstantij XXXIIII ex cõcubina Helena filius, annis 30, mensibus 10. Hic primus imperator excepto Philippo Christianus fuit, & ab hoc Christiani Imperatores cœperunt.	
1	Maxẽtius Maximiani Herculij filius Augustus appellat.	
2	Maximianus Herculius apud Massiliam turpiter interficitur.	
3	Quirinus Episcopus pro Christo passus est. Occiso Seuero Licinius Cæsar efficit. Galerius Maximianus Christianorum	

Anni mũdi.		Regnum Romanorum.	Anni dominí.
		stianorũ persecutor, diuina ultione tactus parcere Chri/	
		stianis iussit, & ipse moritur.	
	4	Maximinus Cæsar persecutionẽ restaurat, & ipse moritᵘ.	
		Melciade Papa passo, SYLVESTER XXXI sedit an: 22.	
	5	Petrus Alexandriæ Episcopus martyrio coronatur, pro	310
		quo Achillas XVII sedit. Magna fames & lues in per/	
		secutores facta est.	
	6	Constantinus Maxentiũ ciuili prælio deo iuuante apud	
		pontem Miluium uicit.	
	7	Persecutio tandem post X annos finita est.	
	8	Hierosolymitanus Episcopus Macharius XXXIX con	
	9	Diocletianus moritur, & inter deos referᵘ. (stituit	
	10	Plurimi persecutorum & magorum trucidantur.	
	11	Crispus & Constantinus filij Constantini, & Licinius	
	12	Cæsares appellantur. Lactantius clarus habetur.	
	13		
	14	Licinius Christianos de palatio suo expellit & eos per/	
		sequitur.	
	15	Alexandriæ Alexander XVIII Episcopus ordinatur à	320
	16	quo Arius presbyter de ecclesia eiectus, multos errori suo	
		sociat, & ecclesiam hæresi impugnat.	
	17	Concilium in Nicea congregatur CCCXVIII Episcopo	
		rum sub Iulio Papa, in quo Arius condemnatur.	
	18	Constantinus filius Constantini Cæsar efficitur. Lici/	
		nius occiditur.	
	19	Hoc tempore crux dominica ab Helena Constantini	
	20	matre in Hierosolymis reperitur, sub Machario eiusdem	
		urbis Episcopo.	
	21	Vicennalia Constantini Romæ acta.	
	22	Antiochiæ post Tiramnum Vitalis XX Episcopus or/	
	23	dinatur, pro quo †Philogimius XXI, & post hunc Pau	
		linus XXII, cui successit Eustathius XXIII. Quo ob	
		fidem catholicam in exilium misso, Ariani Episcopi XI	
		numero ecclesiam illam unus post alium occupauerunt.	
		#Constantinus uxorem suam Bausiam interfecit. Dona/	
		tus quidam Donatistarum hæresim condidit.	
	24	Constantinus Bizantium urbem reparauit, & ex suo no	
		mine Constantinopolim appellauit, & sedem Romani	
		regni eam esse uoluit.	
	25	Alexandriæ Athanasius XIX Episcopus ordinatur. Ro	330
		mæ MARCVS XXXII Papa sedit mensibus 8, pro quo	
		IVLIVS XXXIII annis 16, mensibus 9. Porphyrius	
		misso ad Constantinũ uolumine exilio liberatur. Tem/	
		pla idolorum destruuntur.	

† Philogonus

Anni mũdi.		Regnum Romanorum.	Annĩ domini.
	27	Constans filius Constantini Cæsar efficitur.	
	28	Antonius monachus clarus habetur.	
	29	Constantia Constantini soror, uxor Licinij moriens, Arianum quendam presbyterum fratri cõmendat.	
	30	Dalmatius Cæsar efficitur. Constantinus in Arianum dogma labitur, ab Eusebio Nicomediense baptizatus.	
	31	Constantinus dum bellũ in Persas pararet apud Nicomediam obijt, anno uitæ 66.	
		CONSTANTIVS XXXV filius Constantini cũ Constantino & Constante fratribus, annis 24, mensibus 5, diebus 13 regnauerunt.	
	1	Constantius Ariana hæresi per Arianum presbyterũ & Eusebiũ Nicomediensem polluitur, & catholicos persequitur.	
	2	Iacobus Nisibinus Episcopus uirtutibus claruit. Dalmatius Cæsar occiditur. Sapor rex Persarum Mesopotamiã uastat, & Christianos persequitur.	
	3	Constantinus bellum fratri Constantio inferens, iuxta Aquileiam occiditur.	
	4	Terræmotus multas urbes obruit. Audeus Syrius Audeanam hæresim condit.	340
	5	Franci à Constante perdomiti, in pacem recepti sunt.	
	6	Constantinopoli eiecto ab Arianis Paulo Episcopo, Macedonius Hæresiarches in locum eius substituitur.	
	7	Hoc tempore Maximinus Treuirorum Episcopus clarus habetur, à quo Athanasius Alexandriæ Episcopus,	
	8	à Constantio profugus honorifice susceptus est.	
	9	Athanasius Episcopus ad Constantis literas Alexandriam regreditur.	
4300	10	Eclypsis solis facta est, & terræmotus hoc tempore multas urbes subuertit.	
	11	Bellum contra Persas graui Romanorũ damno geritur.	
		Maximus XL post Macharium Hierosolymitanũ Episcopum moritur, post quem Cyrillus expulso Heraclio & cæteri Ariani Episcopi ecclesiam illam occupant.	
	12	Romæ LIBERIVS XXXIIII Papa ordinatur. Quo ab Arianis eiecto, Felix locum eius occupat annũ unũ, sed Liberius hæresi subscribẽs redijt & Felix ejcitur. Constãs haud longe ab †Hyspen interficitur anno ætatis 30.	
	13	Magnentius qui Constantem occiderat, & alij rempublicam turbant.	
	14	Magnentio graui ciuili prælio uicto, Gallus Cæsar efficit.	350
	15	Gallus multos Iudæorum deleuit, & ciuitatem eorum subuertit.	

† Hispania

Magnentius

Anni mũdi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
	16	Magnentius seipsum occidit, & Decentius frater eius laqueo uitam finiuit.	
	17	Gallus Cæsar à Constantio patrueli suo ob suspicionem occiditur. Victorinus rhetor, & Donatus Grammaticus Romæ insignes habentur.	
	18	Iulianus frater Galli Cæsar efficitur à Constantio. Antonius monachus CV ætatis anno obijt.	
	19	Liberius Papa & multi catholicorum Episcopi ab Arianis expulsi sunt. Magnæ Alemannorum copiæ apud Argentarium deletæ sunt.	
	20	Ossa Andreæ Apostoli, & Lucæ Euangelistæ, & Timothæi Constantinopolim allata sunt. Iulianus Rhenogermanos uicit.	
	21	Paulinus Treuirorum Episcopus in exilio obijt. Hoc tẽpore Hilarius Pictauiensis Episcopus, & Athanasius Alexandrinus, & omnes catholici Episcopi multa ab Arianis mala passi sunt.	
	22	Apud Arimínum Synodus Arianorum contra fidem facta est.	
	23	Iulianus bellorum successibus elatus, Augusti nomen usurpat. Constantius in Parthos bellum parat.	
	24	Constantius Parthico bello dimisso contra Iulianum arma sumens moritur anno ætatis 46.	369
		IVLIANVS XXXVI Apostata anno uno, mensibus 8. Hic ex Christiano lectore paganus factus persequitur Christianos.	
	1	Alexandriæ Georgio Ariano Episcopo à populo incenso, Athanasius ad sedem suam reuertitur, in parte catholicorũ Antiochiæ Episcopus fit. Pagani apud Sebasten sepulchrum sancti Ioannis Baptistæ inuadunt.	
	2	Iulianus ad bellũ Parthicum profectus, & Christianorũ sanguinem dijs suis uouens, dei iudicio à quodam hoste occisus interijt, anno ætatis 32.	
		IOVIANVS XXXVII mensibus 8: Iste iterũ cum omni exercitu ad Christianitatem redit.	
	1	Iouianus in noua domo recubans, suffocatus odore pru narum & calcis moritur. Synodus hæresiaca Antiochiæ facta est.	
		VALENTINIANVS XXXVIII regnauit annis 11. Hic ob fidem Christi tribunatu militum à Iuliano priuatus fuit.	
	1	Valentinianus Valenti fratri suo Orientis imperium dedit.	

Anni mũdi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
	2	Romæ DAMASVS XXXV Papa ordinatur. Valens ab Eudoxio Arianorũ Episcopo seductus & baptizatus, post mortẽ fratris orthodoxos persequitur. Terræmotus per totum orbem factus est.	
	3	Gratianus Valentiniani filius Ambianis Imperator efficitur.	
		Vera lana pluuiæ mixta de nubibus fluxit.	
	4	Athanaricus rex Gothorũ Christianos in sua gente persequitur.	
		Hilarius Pictauis Episcopus obijt.	
	5	Eusebius Vercellensis Episcopus moritur. Laodiciæ Apollinaris Episcopus plura scripsit, sed postea hæresim condit.	
	6	Magna fames in Phrygia. Lucifer Caralitanus Episcopus uir ualde catholicus obijt.	
	7	†Maximinus Præfectus †Romæ multos nobiliũ occidit.	370
	8	Valentinus Saxones in regione Francorum cæde perdomuit.	
	9	Alexandriæ Petrus XX Episcopus post Athanasium ordinatur. Burgundionum LXXX ferè milia iuxta Rhenum consederunt. Eunomius hæresiarcha extitit. Didymus cæcus clarus habetur.	
	10	Magnentia quæ & Tecla Romanarũ nobilissima Hierosolymam ueniens, uirtutibus & humilitate claruit. Post Auxentium Arianum Ambrosio Mediolani Episcopo ordinato, Italia ad rectam fidem reuertitur.	
	11	Valentinianus bellum in Sarmatas parans, apoplexi obijt. Multi monachorum martyrio coronantur. VALENS XXXIX post mortem fratris cum Gratiano & Valentiniano annis 4 regnauit.	
	1	Photinus hæreticus moritur. Theodosius Theodosij post ea imperatoris pater, & multi nobiles à Valente occisi.	
	2	Gratianus XXXM Alemannorum deleuit. Gothi depulsi ab Hunis diffundũtur in Thraciam. Valens legem dedit, ut monachi militarent, nolentes fustibus iussit interfici. Gothi datis à Valente hæreticis doctoribus Ariani efficiuntur.	
	3	Gothi fame compulsi rebellant.	
	4	Valens à Gothis occiso exercitu fugiens in domo quadam uiuus crematur.	
		Huc usque Chronicam Eusebij Hieronymus perduxit.	

Anni mũdi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	GRATIANVS XL cum Valentiniano fratre post mortem Patrui annis 6 regnauit.	
1	Gratianus Theodosium genere Hispanum, Orientis Imperatorem fecit. Priscillianus Episcopus hæresim condit.	
2	Ab hoc anno Theophilus paschales circulos inchoat.	380
3	Synodus secunda CL Episcoporũ Constantinopoli aduersus Macedonium congregatur sub Damaso Papa.	
4	Hoc tempore Theodosius multis prælijs Gothos, Hunnos Alanosq; superauit. Athanaricus rex Gothorum moritur.	
5	Arcadius Theodosij filius Imperator efficitur.	
6	Maximus regnum sibi usurpans, Valentinianum Italia depulit. Gratianus Lugduno occiditur.	
	Romæ post Damasum VRSINVS XXXVI Papa sedit annis 14.	
	THEODOSIVS XLI cum Valentiniano post mortem Gratiani annis XI regnauit.	
1	Theodosius uir omnibus uirtutibus plenus Valentinianum benigne suscepit. Priscillianus & alij hæretici sequaces eius ab Euodio præfecto gladio addicti sunt.	
2	Ambrosius Mediolanensis Episcopus, & sanctus Martinus Turonensis Episcopus, & Hieronymus presbyter Bethlehemites clarissimi habentur.	
3		
4	Maximus tyrannus à Theodosio uictus & captus, capite plectitur, & Victor filius eius ab Arbogaste interficitur, & Valentinianus regno restituitur.	
5	Ithacius & Vrsacius Episcopi ob necem Priscilliani quẽ accusauerant ecclesiæ cõmunione priuantur.	
6		390
7		
8	Valentinianus dolo Arbogastis suspendio periit. Hieronymus usque huc librum de illustribus uiris ecclesiæ perduxit.	
9	Arbogastes Eugenium tyrannum Imperatorem constituit.	
10	Ioannes heremita Theodosium uictorem fore contra Eugenium prophetat.	
11	Augustinus doctor facundissimus, Hippone regione Africæ Episcopus ordinatur. Claudianus poeta clarus habetur.	

	Anni mũdi.		Regnum Romanorum.	Anni dominí.
C			Theodosius Eugenium tyrannum superauit, & ipse	
			Mediolani in pace obijt.	
			Huc usq; ecclesiasticam historiam Eusebij	
			Rufinus perduxit.	
			ARCADIVS XLII filius Theodosij cum fratre Ho-	
			norio annis. 13.	
	4350	1	Gildo Comes Africam sibi usurpare audet. Ioannes	
			heremita obijt.	
		2	Concilium Carthaginense colligitur.	
			Sanctus Martinus Turonorum Episcopus, post multas	
			uirtutes migrauit ad Dominum anno ætatis 81: Epi-	
			scopatus uero 26.	
		3	Romæ ANASTASIVS XXXVII Papa ordinatur.	
			Ambrosius Mediolanensis Episcopus, doctor sapien-	
			tissimus, migrauit ad Dominum.	
		4	Templa idolorũ destruuntur, & ludi gladiatorũ tollunt.	
			† Mascezil Gildonem fratrem deo iuuante superauit.	
		5	Gothi, Halarico & Radagaiso regibus Italiam ingre-	400
			diuntur.	
		6	Ioannes Constantinopolitanus & Theophilus Alexan	
			drinus illustres Episcopi sibi inuicem discordissimi ha-	
D			bentur. Hoc tempore corpora prophetarum Abacuc &	
			Michææ à Domino reuelantur.	
		7	Romæ INNOCENTIVS XXXVIII Papa sedit	
			annis 14. Gothi Stiliconem cum Romano exercitu	
			uictum fugauerunt.	
		8	Carthaginense Concilium contra Donatistas habetur.	
			Hijs temporibus Orosius presbyter clarus habetur.	
		9		
		10	Hoc tempore Radagaisus hostis crudelissimus cum cc	
			milibus Gothorum deo donante sine bello perijt. Hijs	
			diebus Innocentius Papa dedicauit Basilicam Geruasij	
			& Prothasij martyrum.	
		11	Vandali & Alani transito Rheno Gallias intrauerunt.	
		12	Constantinus tyrannus Gallias occupat.	
			Pelagius Brito dei gratiam impugnat.	
		13	Arcadius Orientis Imperator Constantinopoli moritur.	
			Stilico cum filio Eucherio ab Honorio occiditur.	
			HONORIVS XLIII cum Theodosio fratris sui filio	
			annis 15.	
		1	Attalus rex Imperator factus, qui mox priuatus regno	
			Gothis cohæsit. Vandali Hispanias occupauerunt.	

Roma

Anni mũdi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
	2	Roma irrupta est à Gothis Halarico rege, anno à condi/ tione eius M.CLXIIII. Sed quia Christianus rex erat cle menter uictoria usus est.	410
	3	Constantinus tyrannus uictus & captus est, pro quo Maximus tyrannidem inuasit. Athaulphus Placidiam sororem Honorij accepit uxorẽ. Constantius dux constituitur.	
	4	Gothi rege Athaulpho Gallias intrant.	
	5	Burgundiones partem Galliæ Rheno coniunctam te/ nuerunt.	
	6	Attalus in Gallijs tyrannidem exercet.	
	7	Corpora Stephani protomartyris, Gamalielis & Nico/ demi, Luciano presbytero reuelantur.	
	8	Romæ ZOSIMVS XXXIX Papa sedit annis 3. Gothi placati Constantio Placidiam reddiderunt, cuius ille nuptias promeruit.	
	9	Honorius Attalum tyrannum exilio damnauit. Quæstio de huius anni Pascha sub Zosimo Papa oritur.	
	10	Synodus Carthaginensis congregatur CCXVII Episco porum, contra Pelagium & cæteros hæreticos sub Zosi mo Papa. Eclypsis solis facta est 14 Calendas Augusti, & Cometa usque ad mensem Septembrem uisa est.	
	11	Honorius Constantium in regni consortium sumpsit. Romæ BONIFACIVS XL Papa annis 4.	
	12	Hieronymus presbyter Bethleemites, incomparabilis doctor obijt anno uitæ 91.	420
	13	Constantius Imperator moritur.	
	14	Exercitus contra Vandalos ad Hispanias mittitur.	
	15	Placidia à fratre Honorio cum filijs ad Orientem mitti/ tur, & Honorius moritur. Romæ CELESTINVS Papa XLI annis 9 sedit. THEODOSIVS XLIIII minor Arcadij filius annis 26.	
	1	Theodosius Valentinianum Placidiæ filium consobri/ num suum Cæsarem facit, & cum matre ad Occidentis imperium misit.	
	2	Valentinianus Ioannem tyrannum extinxit, Hunosq; per Aëtium Patritium superauit.	
	3	Patroclus Arelatensis Episcopus à Tribuno quodam innocens occiditur.	
	4	Gens Vandalorum à Gothis exclusa de Hispanijs ad Africam transit.	
	5	Nestorius Constantinopolitanus Episcopus hæresim	

Hieronymus moritur

Anni mũdi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	condit, ſanctam Mariam Theotocon negans, cui Cyrillus Alexandrinus Epiſcopus, & Celeſtinus Papa multum reſiſtunt.	
	Aëtius multis Francis cæſis, partem Galliæ quam poſſederant recepit.	
	6	
	7 Sanctus Auguſtinus Hipponenſis Epiſcopus & doctor facundiſſimus in ciuitate ſua à Barbaris obſeſſus, obijt anno ætatis 76, Epiſcopatus uero ſui 40.	430
	8 Palladius Epiſcopus à Celeſtino Papa ad Scotos credentes Chriſto mittitur.	
	Romæ XISTVS XLII Papa ſedit annis 8.	
	Hoc tempore tertia Synodus uniuerſalis in Epheſo congregatur c Epiſcoporum contra Neſtorium ſub Ceſtino Papa.	
	9	
	10	
	11	
	12 Pax cum Vandalis facta, data eis Africæ portione.	
	Aëtius Gundicarium Burgundionũ regem uicit, quem Huni poſt peremerunt.	
	13 Gothi pacem turbant, & per Litorium ducem Romanum pelluntur.	
	14 Ginſericus rex Vandalorum Arianus catholicos in Africa perſequitur. Valentinianus filiam Theodoſij in matrimonium accipit.	
	15	
	16 Iulianus Athelenſis Epiſcopus Pelagianiſta iactantiſſimus, eccleſiam multa arte inſequitur, ſed à Xiſto Papa damnatur. Bellum aduerſus Gothos Hunis auxiliatoribus geritur, & Litorius dux Romanus ab eis capitur.	
	Ginſericus dolo Carthaginem cepit.	
	17 Ginſericus Siciliam grauiter afflixit.	440
	Romæ LEO XLIII Papa conſtituitur.	
	18 Theodoſius Imperator bellum contra Vandalos ineffi caciter mouit.	
	19 Huni Thracias & Illyricum uaſtauerunt.	
	Pax cum Ginſerico facta eſt.	
	20 Leo Papa multos in urbe Manichæos inueniens publicauit & correxit. Et ſanctus Briccius Turonenſis Epiſcopus obijt, cui ſanctus Euſtathius ſucceſſit.	
† Bledam	21 Attila rex Hunorum †Bledlam fratrẽ interfecit, & eius populum ſibi ſubiecit.	

De huius

Anni mũdi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
		De huius anni Pascha Proterius & Paschasinus Leoni Papæ scribunt.	
	22		
4400	23	Britanni contra Scotos & Pictauos auxiliũ ab Aëtio & Romanis petunt, nec impetrant.	
	24	Eutyches Constantinopolitanus hæresim cõdidit, & suffragante Theodosio Imperatore & Dioscoro Alexandrino Episcopo, Flauianum Constantinopolitanũ Episcopum catholicum multis iniurijs affecit.	
	25	Theodosius Leonẽ Papam pro Eutychete ad se uocat,	
	26	qui à populo Romano uenire prohibitus nuntios mittit.	
		Theodosius imperator orientis moritur.	
		MARTIANVS XLV cum Valentiniano annis 7.	
	1	Aëtius cum Romanis Gothis auxiliatoribus Attilam superauit.	450
	2	Attila Aquileiam ui magna cepit, cum quo Valentinianus pacem fecit.	
	3	Attila Hunorum rex moritur.	
		Hoc tempore quarta Synodus DCXXX Episcoporum in Chalcedone congregatur sub Leone Papa contra Eutychen.	
	4	Valentinianus Aëtium patritium reipublicæ utilem manu sua occidit.	
	5	Valentinianus ab amicis Aëtij in campo Martio occiditur: Pro quo Maximus menses duos regnauit, & à militibus occiditur. Post quem Auitus sumpsit imperium.	
		Eodem anno Ginsericus Romam opibus cunctis expoliat.	
		Hucusque Prosper Chronicam suam perduxit.	
	6	Auitus imperium Placentiæ deposuit: Pro quo Maiorianus regnauit.	455
	7	Martianus orientis Imperator obijt.	
		Ab hoc anno Victorius Paschalem circulum, sed mendosum inchoat, iubente Papa Hilario.	
		LEO XLVI annis 17 Orienti imperat.	
	1	Maiorianus Imperator occidẽtis in Africam mouit procinctum.	
	2		
	3	Hoc tempore † Theodorus Cyriæ Episcopus clarus habetur.	
	4	Ricimer Maioriano occiso Seuerum constituit.	460
	5	HILARIVS Papa XLIIII sedit annis sex, mensibus 3, diebus 10.	
	6		

† Theodoretus

Anni mũdi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
	7	Rex Alanorum Beorgor à Ricimere patritio uictus interijt.	
	8	Seuerus fraude, ut aiunt, Ricimeris ueneno perijt.	
	9		
	10	Anthemius Imperator occidentis à Leone mittitur.	
	11	Marcellinus in Sicilia occiditur.	
		SIMPLICIVS XLV Papa sedit annis XV, mense I, diebus 7.	
†Seruandus	12	†Arabundus imperium tentans ab Anthemio in exilium mittitur.	
	13	Romanus imperium affectans decollatur.	
	14	Aspar affectata tyrannide Constantinopoli à Leone occiditur.	470
Remigius		Sanctus Remigius Remorum Archiepiscopus ordinatur anno ætatis 22.	
	15	Ricimer Anthemium Imperatorem cum graui clade urbis occidit, & Olybrium constituit, ipsecp perijt.	
	16	Olybrius Imperator septimo mense moritur: Pro quo †Clyterius. Leo Leonem consortem regni fecit.	
Glycerig †Lycerius	17	Leo senior obijt: Pro quo iunior Leo paucis mensibus regnauit.	
D		Romæ Glyterio Nepos successit.	
		ZENON XLVII annis 17 Orientem rexit.	
	1	Orestes Nepotem fugauit, & filio suo Augustulo imperium dedit.	
†Turdilingorum	2	Odoacer rex †Torcilingorum & Rugorum cum multis Barbarorum auxilijs Italiam ueniens, Orestem & Paulum fratres occidit, Augustulum exilio damnauit, & Romam obtinuit anno à conditione eius MCCXXIX.	
Corpus Barnabæ Euangelium Matthæi	3	Odoacer Romæ inuito Zenone regnat.	
	4	Hoc tempore corpus Barnabæ Apostoli, & Euangelium Matthæi stylo eius scriptum ipso reuelante reperitur.	
	5		
	6		
	7	Odoacer in Dalmatijs Odiciam uicit & peremit.	480
	8		
†Thiodimerus	9	Theodericus †Theotmari filius rex Ostrogothorum, Zenoni Augusto familiaris efficitur.	
		FELIX XLVI Papa sedit annis 8, mensibus 11, diebus 18.	
	10	Zenon Theodericum Consulem & Magistrum militum fecit.	

H

Anni mũdi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
	11	Hoc tempore Honorius rex Vandalorum plus quàm CCCXXXIIII Episcopis exulatis catholicos Ariana im/	
	12	pietate persequitur.	
	13	Odoacer Phœbam regem Rugorum uicit & cepit.	
	14		
	15	Theodericus permittente Zenone Italiam uenit, & Odo acrum duobus prælijs superauit.	
	16	Theodericus Odoacrum tertio certamine uictum apud Rauennam obsedit.	
	17	Odoacer nocte egressus quarto prælio uincitur à Theo/ derico. Vandali pacem fecerunt: Et Zenon obijt.	490
		ANASTASIVS XLVIII annis 28.	
	1	GELASIVS XLVII Papa sedit annis 4, mensibus 8, diebus 18.	
	2	Theodericus Odoacrum insidias sibi molientem intere mit, & ipse occidentis regnum 30 annis tenuit.	
	3		
	4	Hoc tempore Thrasamundus rex Vandalorum catholi cas ecclesias clausit, & CCXX Episcopos exilio in Sardi niam misit, quos Symmachus Papa sanctissimus inibi aluit. Et mortuo rege Francorum Childerico filius eius Clodoueus, qui & Ludouicus, rex magnus successit.	
	5	ANASTASIVS Papa sedit anno 1, mensibus 11, di/	
4450	6	ebus 24.	
	7	SYMMACHVS Papa sedit annis 15, mensibus 7, diebus 27.	
		Hijs temporibus Boëtius Consul Romæ plurima inge/ nij sui monimenta conscripsit.	Boëtius
	8	Isauri occiso Lilinge duce eorum ab Anastasio uicti tru/ cidantur. Ludouicus rex Syagrium Aegidij filium Prin cipem Romanorum bello uicit & peremit.	*
	9	Theodericus Romam uenit, multaq; miranda ædificia	
	10	construxit.	500
	11	Theodericus aquam Rauennam perduxit.	
	12	Italia Sirmiũ recepit, uictis à Theoderico Bulgarijs.	
	13		
	14		Fulgentius
	15	Fulgentius clarus Episcopus hijs temporibus habetur.	
	16	Theodericus uictis Francis Gallias acquisiuit.	
	17		
	18	Ludouicus rex Alemannos diuinum inuocans auxilium bello uicit, atq; subiecit.	

Ludouicus

Anni mũdi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
C	19	Ludouicus rex, quem Clodoueum dicunt, cum gente Francorum à ſancto Remigio Remenſi Archiepiſcopo fide Chriſti imbuitur & baptizatur.	
	20		510
	21	Sub hoc Anaſtaſio diuerſis ubique bellis reſpublica fatigatur.	
	22	Vitalianus cum Scythis aduerſus Anaſtaſium ſeruus rebellat.	
		HORMISDA Papa L ſedit annis 9, diebus 17.	
	23	Clerus & populus Romæ pacificantur.	
	24	Theodericus filiã ſuam Amalſuintam Eutharico dedit.	
	25		
	26	Vitalianus ſæpe milites Anaſtaſij uincens ipſum irridens	
	27	ſpreuit.	
	28	Anaſtaſius hæreſi fauens Eutychetis, & catholicos perſequens diuino fulmine periit, maior octogenario.	
		IVSTINVS maior XLIX annis 8.	
	1	Iuſtinus plurimos regno ſuo inhiantes occidit, & cum Vitaliano fœdus percuſſit, quem tamen poſtea occidit.	
	2		520
D	3	Ioannes Papa Conſtantinopolim ueniens cæcum illuminat, ſedens annis 2, menſibus 9, diebus 16.	
	4	Theodericus ſanctum Ioannem Papam carceris afflictione peremit, & Symmachum patritium occidit.	
	5	Theodericus ſubitanea morte Rauennæ periit: pro quo Athalaricus nepos eius regnauit annis 8.	
		FELIX Papa LII ſedit annis 4, menſibus 2, diebus 14.	
		Clodoueus, qui & Ludouicus, rex Francorum triceſimo regni anno moritur, & Pariſijs ſepelitur.	
	6	Hoc tempore Heldericus rex Vandalorum Epiſcopos ab exilio reuerti iubet.	
	7	Hijs temporibus ſanctus Benedictus Abbas uirtutum gloria claruit.	
	8	Iuſtinus Iuſtinianum regni conſortem & ſucceſſorem faciens obijt.	
		IVSTINIANVS L Iuſtini ex ſorore nepos annis 38.	
	1	Iuſtinianus Parthos bellum mouentes miſſo exercitu ſuperat: Et BONIFACIVS Papa LIII ſedit annis 2 diebus 26.	
	2	Hoc tempore Athalaricus matre Amalſuinta ſe regente Italiæ regnauit.	

Parthi

Anni mũdi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
	3	Parthi Romanum exercitum sabbato Paschæ uincunt.	
		MERCVRIVS Papa qui & IOANNES LIIII sedit annis 2, mensibus 4, diebus 6.	
	4	Mortuo Athalarico Amalsuinta Theodohadum consortem regni fecit.	530
	5	Amalsuinta Theodohado iubente occisa est.	
		AGAPITVS LV Papa sedit mensibus 11, diebus 18.	
	6	Ab hoc anno Dionysius Romanus Abbas paschalem circulum magnum inchoat, incipiens ab anno dominicæ incarnationis DLXXXII, qui est annus Diocletiani CCXLII.	
		SYLVERIVS Papa sedit anno 1, mensibus 5, diebus 11.	
	7	Hoc tempore Bilisarius à Iustiniano missus Vandalos in Africa deleuit.	
		VIGILIVS Papa sedit annis 18, mensibus 6.	
	8	Carthago à Bilisario patritio recepta est anno excessionis suæ XXVI.	
	9		
	10		
	11	Hoc tempore Bilisarius Consul iterum Africam extinctis tyrannis liberat.	
B	12		
	13	Hijs temporibus Bilisarius in Italia Vitigiso, qui Theo	
	14	dohadum occiderat superato, & Francis cum Theode-	540
	15	berto rege deuictis, Romanam rempublicam uiriliter	
	16	feliciterq; reparauit.	
	17	Huius principis tempore corpus sancti Antonij monachi repertum Alexandriæ sepelitur.	
	18	Arator subdiaconus librum suum publice coram Vigilio Papa legit, & sanctus Remigius Remensis Archiepiscopus, & gentis Francorum Apostolus, Idibus Ianuarijs migrauit ad Dominum, anno Episcopatus sui 74.	S. Remigij mort.
	19		
4500	20	Hoc tempore quinta Synodus uniuersalis in Constantinopoli congregatur, contra Theodorum & omnes hæreticos sub Vigilio Papa: Et eodem anno Theodericus rex filius Clodouei 23 regni anno moritur, & Metis	
	21	sepelitur.	
	22	Hac tempestate Totila Gothorum rex in Italia tyranni-	
	23	dem exercet.	
	24	Victor Capuanus de huius anni Pascha scribens Victorij arguit errores.	550

Huc

Anni mũdi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
	25	Hucusque Iordanis Episcopus Chronicam suam scri-	
	26	bens de gestis Romanorum perduxit: Et PELAGIVS	
	27	Papa sedit annis 11, mensibus 10, diebus 18.	
	28		
	29		
	30		
	31	Bridius rex Pictis regnare cœpit.	
	32		
	33		
	34	Theodebertus filius Theodeberti rex fortis moritur, an-	560
		nos regnans 14.	
	35		
	36		
	37	IOANNES Papa LIX sedit annis 12, mẽsibus 11, die-	
		bus XXVI. Hildebertus rex filius Clodouei Magni an-	
		nis regnans 40 moritur, & Parisius ad sanctum Vin-	
		centium sepelitur.	
	38	Iustinus Imperator obijt.	
		IVSTINVS minor LI, annis 11.	
	1	Sanctus Columba presbyter & Abbas de Hibernia ue-	
	2	niens Britannis uerbum dei prædicat.	
	3	Hoc tempore Narses patritius Totilam Gothorum ui-	
	4	ctum occidit, Gothosq; Italia expulit, & eodem anno	
		Theodobaldus rex filius Theodoberti anno regni	
		VII moritur.	
	5	Narses patritius qui Gothos expulit, à Iustino offensus	
		Langobardos in Italiam uenire fecit.	
	6	Sanctus Vedastus obijt.	570
	7		
	8	Hoc tempore Ioannes Papa ecclesiam Philippi & Iacobi	
		Apostolorum, quam prædecessor eius Pelagius cœpit,	
		perfecit & dedicauit.	
	9		
	10	Lotharius rex filius Clodouei Magni annis regnans LI	
		moritur, & Suessionis ad sanctum Medardum sepelitur.	
	11	Iustinus Imperator obijt.	
		TIBERIVS Constantinus LII annis 7.	
	1	BENEDICTVS Papa LX sedit an: 4, mẽse 1, dieb: 28.	
	2	Hoc tempore Gregorius tunc Apocrisarius mora lia Iob	
	3	scripsit, & Eutychum Constantinopolitanum Episco-	
		pum Tiberio præsente in fide resurrectionis errasse con-	
	4	uicit.	

Hoc

4

Anni mũdi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.	
	5	Hoc tempore gens Langobardorum comitante fame &		
		peste Italiã uastat. Et PELAGIVS Papa sedit annis		
	6	10, mensibus 11, diebus 10.	580	
	7	Tiberius Imperator obijt.		
		MAVRITIVS LIII annis 21.		
	1	Hoc tempore Leuigildus Gothorum rex Arianus Hir-		
	2	minigildum filium ob fidem catholicam securi iussit		
	3	occidi.		
	4	Hoc tempore Richardus rex Hirminigildi fraterper Le-		
	5	andrũ Hispolitanũ Episcopũ cum tota gente Gothorũ		
	6	ad catholicam fidem conuertitur.		
	7	Sigibertus filius Lotharij rex fortis insidijs perimitur,		
	8	anno regni 14. & Remis sepelitur.	590	
	9	Magna inundatio facta est & mortalitas in Italia.		
	10	Sanctus GREGORIVS LXII ad pontificatum Ro-	592	
		manæ ecclesiæ eligitur, in qua sedit annis 13, mensibus		
		6, diebus 10.		
	11	Edilfridus rex cum Edilberto rege Anglis imperat.		
	12			
	13	Gregorius Papa Synodum XXIIII Episcoporum ad		XIII
B		corpus beati Petri Apostoli congregat, Indictione de-		
		cima tertia.		
		Sanctus Columba Abbas in insula Hu obijt anno ætatis		
		septuagesimo septimo.		
4550	14	Hoc tempore Gregorius Papa missis doctoribus Augu-		XV
		stino, Mellito & Ioanne, alijsq; pluribus Anglos ad Chri		Angli Romanã ad
		stum conuertit.		fidem Christi.
	15	Helpericus rex filius Lotharij interijt, anno regni XXIII		I
	16	& Suessionis sepelitur.		
	17			
	18	Gregorius Londunæ & Eboraci Episcopos misso pallio	600	IV
	19	metropolitanos esse decernit Indictione quarta.		
	20			
	21	Mauritius scelerum suorum pœnas in hoc seculo ut ipse	603	
		orauit exoluens, à Phoca turpiter interficitur.		
		PHOCAS XIIII annis 8.		
	1	Edilfridus rex Edan Scotorum regem forti prælio uicit.		
	2	Gregorius Papa sanctissimus migrauit ad Dominum,		
	3	Indictione octaua. SABINIANVS LXIII Papa se-		
		dit anno 1, mensibus 5, diebus 9.		
	4	Hoc tempore Phocas Romanam ecclesiam omnium		
		ecclesiarum caput esse constituit: Nam Constantinopo		
		litana primam se esse scripsit.		

BONIFACIVS

Anni mũdi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	BONIFACIVS LXIIII Papa sedit mẽsibus 8, dieb: 22.	
	Guntrãmus filius Lotharij Burgundiæ rex pius obijt, annos regnans 33.	
5	BONIFACIVS Papa sedit annis 6, mẽsibus 8, dieb: 13.	
6	Hoc tempore Phocas Pantheum, id est domum omnium idolorum ecclesiæ dedit, rogante Papa Bonifacio.	
7	Hijs temporibus Persæ multas prouincias Romanis auferunt, Hierosolymam quoque & crucem dominicam abstulerunt.	610
8	Phocas moritur. Hildebertus XXXIII rex fortis filius Sigeberti moritur, annis regnans 23.	
	HERACLIVS LV annis 26.	
1		
2		
3	Hoc tempore Anastasius Persa monachus nobile pro Christo martyrium à Chosdroe rege Persarum patitur.	
4	DEVSDEDIT LXV Papa sedit annis 3, diebus 13.	
5	Edilbertus primus Anglorum regum Christianus, anno regni quinquagesimo sexto obijt, pro quo Phatald regnauit annis 24.	
6	Eduinus occiso Edilfrido Anglorum rex efficitur, Indictione quinta, & regnauit annis 17.	
7	BONIFACIVS Papa sedit annis 5.	
8	Hijs temporibus Heraclius Chosdroẽm regẽ Persarũ, qui se ut deum coli iussit superauit, & lignum dominicæ crucis Hierosolymam reduxit.	
9	Sanctus Laurentius Archiepiscopus obijt, pro quo Mel-	620
10	litus.	
11		
12	HONORIVS Papa LXVI sedit annis 12, mensibus 11, diebus 17.	
13	Hijs tẽporibus Isidorus Hispalensis Episcopus clarus habetur. Sanctus Mellitus Archiepiscopus obijt, pro quo Iustus.	
14	Sanctus Paulinus à Iusto Archiepiscopo Anglis doctor	
15	& Episcopus ordinatur.	
16	Sanctus Columbanus à Brunnihilde & Theoderico rege Luxouio pulsus, Eustasium sibi Abbatem reliquit. Eduinus rex Anglorum in Britannia à Paulino Episcopo ad fidem Christi conuertitur, Indictione decima quinta, anno aduentus Anglorum in Britanniam circiter 230.	
17	Theodebertus rex filius Hildeberti à fratre Theoderico uictus & detonsus, cum filijs trucidatur anno regni 17.	

Theode-

Anni mũdi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
	18	Theodericus rex filius Hildeberti machinante auia sua Brunnihilde ueneno interijt, annos regnans 18.	
	19	Hijs temporibus hæresis de Pascha & Pelagiana Britanniam turbat.	630
	20	Sancto Columbano Italiam petente à Brigantio, sanctus Gallus nobiscum remansit, & cellam suam con-	
	21	struere cœpit.	
	22	Hijs temporibus Heraclius, ut aiunt, à Sergio Episcopo Constantinopolitano sed hæretico decipitur. Sigebertus rex filius Theoderici à Lothario rege pugna uictus, cum Brunnihilde proauia & tota stirpe trucidatur.	
		Eduinus rex Anglorum à Ceadualda & Penda uictus	
	23	pugna occiditur.	
	24	Osualdus filius Edilfridi uicto per dei auxiliũ Ceadualda tyranno regnauit super Anglos annis 9.	
	25	SEVERINVS LXVII Papa sedit menses 2, dies 4.	
	26	Heraclius Imperator obijt. IOANNES LXVIII Papa sedit anno uno, mensibus 9, diebus 19.	
		HERACLONAS LVI cum matre Martina annis 2.	
	1	Cyrus Alexandrinus, Sergius & Pyrrhus Constantinopolitani Acephalorum hæresim instaurant.	
		THEODORVS LXIX Papa sedit an: 6, men: 5, dieb: 18.	
	2	Heraclonas moritur occisus.	
		CONSTANTINVS LVII filius Heraclij mensibus 6.	
	1	Paulus Constantinopolitanus Pyrrhi successor aperte catholicos persequitur. Eatbaldus rex Canthuariorum obijt, pro quo Erchanbertus filius regnauit annis 25.	640
		CONSTANTINVS LVIII filius Constantini an: 28.	
	1	Hic deceptus à Paulo hæretico persequit Christianos.	
	2	Sanctus Osualdus rex Anglorum pro patria pugnans, à Penda rege Merciorum occiditur, pro quo Osui frater	
	3	eius regnauit annis 28.	
	4	Sanctus Paulinus Anglorum Episcopus, uicesimo Episcopatus anno obijt 6 Idus Octobris.	
	5	MARTINVS LXX Papa sedit annis 6, mense uno,	
4600	6	diebus 26.	
	7		
	8		
	9	MARTINVS Papa Synodum CV Episcoporum congregans, Cyrum, Sergium, Pyrrhum & Paulum condemnat, Indictione 8.	
	10	EVGENIVS LXXI Papa sedit annis 2, mensibus 9, diebus 24. Hoc tempore Martinus Papa à Constanti	650

Anni mũdi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
		no Cherſonam exilio miſſus, ad Dominum migrauit.	
		Heribertus rex filius Lotharij annos regnans 9 moriť.	
	11	Oſuinus rex bonus proditus, ab Oſui rege occidi iuſſus	
	12	eſt, & ſanctus Aidan Epiſcopus obijt pridie Cal: Septēb.	
	13	VITALIANVS LXXII Papa ſedit annis 14, menſi/	
		bus 6, pro quo DEVSDEDIT annis 10.	
		Honorius Anglorum Archiepiſcopus obijt.	
	14	Mediterranei Angli Chriſtiana effecti.	
	15	Penda rex ab Oſui rege pugna uictus interijt, & gens	
	16	Merciorum Chriſtiana efficitur.	
	17		
	18	Dagobertus rex magnus filius Lotharij annis regnans	
		XVI moritur, & ad ſanctum Dionyſium ſepelitur.	
	19	Vulfhere filius Pendani rex Merciorū effectus, regna/	
	20	uit annis 17.	
	21		
	22		
	23	Conſtantinus Romam uenit, & beato Petro pallīū auro	
		textile obtulit, toto exercitu cum cereis eccleſiā intrante.	
	24	Eclypſis ſolis facta eſt quaſi hora decima, v Nonas Ma	
D		ias., Indictione 7. Inter Anglos & Scotos quæſtio de	
		Paſcha uentilata, & Scoti à Vilfrido presbytero uicti	
		ſunt. Sæua lues & peſtilentia Britanniam uaſtat.	
		Deuſdedit Archiepiſcopus obijt. Ceadda & Vilfridus	
		Nordan Vmbrorum Epiſcopi ordinantur.	
	25	Herchanberto rege Canthuariorum mortuo, filius eius	
	26	Egbertus regnauit annis 9.	
	27	ADEODATVS LXXIII Papa ſedit annis 4, menſi/	
		bus 2, diebus 5.	
	28	Conſtantinus poſt multas deprecationes prouincijs fa/	
		ctas, occiſus in balneo perijt Indictione 12.	
		Theodorus Anglis Archiepiſcopus ordinatur à Vitalia	
		no Papa, & ad Britanniā cum Adriano Abbate mittitur.	
		CONSTANTINVS filius Conſtantini annis 17.	
	1		
	2		670
	3	Hoc tēpore Sarraceni Siciliam deprædantes cum magna	
		præda Alexandriā redeunt. DONVS LXXIIII Papa	
		ſedit anno uno, menſibus 5, diebus 10. Oſui rex An/	
		glorum obijt, pro quo Egfridus regnauit annis 15.	
	4	AGATHO LXXV Papa ſedit annis 2, menſibus 6,	
		diebus 4.	
	5	Sub hoc principe ſexta Synodus uniuerſalis Conſtan/	

tinopoli

Anni mũdi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	tinopoli congregatur sub Agathone Papa.	
	Egbertus rex Canthuariorum obijt, pro quo frater Lutherus regnauit annis 11, mensibus 4.	
	Theodorus Archiepiscopus Anglorũ Synodũ colligit.	
6	LEO LXXVI Papa sedit mensibus 10, diebus 17.	
	Ludouicus rex filius Dagaberti frater Sigiberti moritur, anno regni 16.	
7	BENEDICTVS LXXVII Papa sedit mensibus 10, diebus 12. Volfherus rex Merciorum obijt, pro quo frater Edilredus annos 25.	
8	IOANNES LXXVIII Papa sedit anno uno, diebus 9. Edilredus rex Cantiam uastauit.	
9	CANON LXXIX Papa sedit mensibus 11.	
10	SERGIVS LXXX Papa sedit an: 13, mẽsibus 8, dieb: 23. Lotharius filius Ludouici, anno regni 4 moritur.	
11	Vuilfridus Episcopus ab Egfrido rege sede sua pulsus, multos ad Dominum prædicando conuertit.	
12	Theodorus Archiepiscopus Anglorum iterum Synodũ	680
13	colligit tempore Agathonis Papæ.	
14		
15	Egfridus rex Hiberniam misso exercitu immeritã uastat. Sanctus Cudbertus Lindisfarnensis ecclesiæ Episcopus ordinatur.	
16	Egfridus rex cum Pictos incaute peteret, ab ipsis peremptus interijt, pro quo Alfridus annis 19.	
17	Constantinus Imperator obijt. Lutherus rex Canthuariorum interijt.	
	IVSTINIANVS minor LX filius Constantini an: 10.	
1	Hic hæresi pollutus, catholicos persequitur, & cum Saracenis pacem fecit. Sanctus Ioannes Hagustaldensis ecclsiæ Episcopus ordinatur.	
2	SERGIVS Papa annis sedit 13, mensibus 9.	
3	Pippinus filius Ansgisi maior domus, & dux Francorũ regnauit annis 27, cum Ludouico, Hiltiberto & Dagaberto regibus. Ceadualus rex Occidentalium Saxonum Romam uenit, & à Sergio Papa baptizatus, in Albis obijt, & ibi sepelitur.	
4		
5	Theodorus Anglorum Archiepiscopus obijt anno ætatis 88.	690
6	Hoc tempore Villibrordus qui & Clemens à Sergio Papa Episcopus ordinatus, Fresonum gentem ad Christum conuertit. Iustinianus ob culpam perfidiæ regno priuatus, exul in Pontum secessit. Ludouicus puer	

Anni mũdi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
	7	filius Theodorici anno regni v moritur.	
	8	Theodericus rex filius Ludouici annis regnãs 19 moriť.	
	9	Hoc tempore duo Angli presbyteri niger & albus Heualdus Saxonibus prædicantes martyrio coronantur,	
	10	& à Pippino Coloniæ sepeliuntur.	
		LEO LXI annos 3.	
4650	1	Hoc tempore Sergius Papa capsam cum portione dominicæ crucis inuenit.	
	2	Sanctus Cudbertus ex Anachoreta Episcopus sub hoc principe obijt. Ostrich regina à suis perempta est.	
	3	Leo regnum dimisit.	
		TIBERIVS LXII annos 7.	
	1	Hoc tempore Synodus Aquileiæ congregatur sub Sergio Papa.	
	2	Romæ IOANNES Papa sedit annis 3, mensibus 2.	700
	3	Hijs temporibus Gisulphus dux Langobardorũ Beneuenti Campaniam uastat.	
	4		
	5	Beda uenerabilis Anglorum presbyter, Chronicam minoris libri de temporibus huc usque perduxit.	
	6	Edilredus rex Merciorum, Conredo regnum dedit & se monachum fecit.	
		IOANNES Papa annis 2, mensibus 8.	
	7	Iustinianus auxilio Terbelli Bulgarorũ regis regressus, Leonem & Tiberium cum multis qui eum expulerant occidit. Aidfridus rex Normannorum obijt, pro quo filius Osredus annis 11 regnauit. Sanctus Heddius Episcopus Occidentaliũ Saxonũ obijt, pro quo Daniel & Althelmus Episcopi præfuerunt.	
		IVSTINIANVS LXIII secundo cum filio Tiberio annos 6.	
	1	SISINNIVS Papa diebus 20. Constantinus Papa annis 7, diebus 15.	
	2	Hoc tempore Iustinianus de peccatis suis pœnitentiam agens, Constantinum Papam summo honore habuit.	
	3	Althelmus Episcopus uir doctus & eloquens obijt.	
	4	Conredus rex Merciorum Romam uenit ad Constantinum Papam, & cum illo Offa filius Sigiberti regis, ibiq; monachi facti, in seruitio dei uitam finierunt.	
	5	Hildebertus rex filius Theoderici anno regni 17 moriť.	710
		Vuilfridus uenerabilis Episcopus, anno Episcopatus 45, post multos labores obijt, pro quo Arca Hagustaldensis ecclesiæ Episcopus ordinatur. Adrianus Abbas uenerabilis cooperator Theodori Archiepiscopi obijt anno	

à quo

Anni mũdi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
A		à quo Vittaliano missus est.	
	6	Philippicus ab exercitu Imperator factus Iustinianum occidit.	
		PHILPPICVS LXIIII anno uno, mensibus 6.	
	1	Philippicus hæresi pollutus, catholicis infestus fuit.	
		Mors Hereberti regis Langobardorum.	
	2	Anastasius Philippicũ oculis priuauit, regnoq; expulit.	
		ANASTASIVS LXV annis 3.	
	1	GREGORIVS II, Papa LXVI sedit annis 15, men-	
	2	sibus 8, diebus 23. Pippinus maior domus obijt, pro quo Carolus annis 27. Mors Dagoberti regis.	
	3	Egbertus uir sanctus Scotos legitime Pascha celebrare docuit. Osredus rex occiditur, pro quo Conradus regnauit annis 41.	
		THEODOSIVS annũ unũ. Hic Anastasium prælio uicit, eumq; presbyterum ordinari fecit.	
	1	Carolus Hilpericum regem & Reginfridum uicit.	
		Tiberis fluuius alueum suum egressus, multa Romæ subuertit ædificia.	
		LEO LXVII annos 9.	
		Carolus Lotharium sibi regem constituit.	
B	2	Hoc tempore Saraceni triennio Constantinopolim obsidentes, & multas prouincias deuastantes, fame, peste, ferro, naufragioq; repelluntur.	
		Sanctus Vinfridus qui & Bonifacius à Gregorio Papa Moguntiæ Archiepiscopus constituitur.	
		Sanctus Othmarus in cella sancti Galli Abbas efficitur.	
	3		720
	4	Mortuo Hilperico Theodericus filius Tagoberti rex efficitur à Carolo. Sanctus Ioannes Hagustaldensis Episcopus, post multas uirtutes migrauit ad Dominum.	
	5		
	6	Hoc tempore corpus sancti Augustini Episcopi de Sardinia in Ticinum à Liudbrando translatum est.	
	7	Sanctus Pirminius primum ad Augiam Insulam uenit.	
	8	Saraceni ab Eudone duce contra Carolum euocati, Gallias uastant.	
	9	Huc usq; Beda uenerabilis presbyter Chronicam suã in maiori de temporibus libro perduxit, continentem ab initio mundi secundũ hebraicam ueritatẽ annos quatuor milia sexingentos octoginta.	
		Carolus de Saracenis occiso rege eorum triumphat.	
		HVC usq; regnũ Romanorũ, ex hinc Francorũ supputat.	

Anni mũdi.	Regnum Romanorum	Annĩ domini.
	CAROLVS Pippini filius, cum iam principatũ maior domus 12 annis teneret, post hæc eundem principatum tenet annis 15, regibus tamen in Francia, sed parua dignitate regnantibus.	
	13 Sanctus Pirminius à Thietbaldo Gotifridi filio expulsus, Etonem Abbatẽ constituit, & ipse in Alsathiã uenit.	
	14	
	15 Carolus Fresiam uastat, Poppone duce eius occiso.	
	Sanctus Egbertus presbyter obijt anno ætatis 20, VIII Calendas Apriles, id est, paschatis die.	
	16 Landfridus moritur. Saraceni item Gallias uastant.	730
	17 Beda uenerabilis Anglorũ presbyter obijt Indictione 14.	
	GREGORIVS III, Papa XCII annis 10, mensibus 8, diebus 24.	
	18 Carolus contra Saracenos pugnat die sabbati.	
	19 Carolus item Saracenos cum rege suo deleuit.	
	20 Carolus maior domus Fresiam uastat. Etho Argentinæ Episcopus promouetur.	
	21 Carolus Vuasconiam inuadit.	
	22 Audoinus Episcopus obijt. Ernfridus Augiæ Abbas, & Constantiæ Episcopus ordinatur.	
	23 Carolus contra Saracenos in Gothia pugnat.	
	24 Carolus Saxoniam intrat.	
	25 Carolus prouinciam subijcit.	
	26	740
	27 Carolus moritur Indictione 9, & apud sanctum Dionysium sepelitur. ZACHARIAS XCIII Papa annis 10, mensibus 4, diebus 4.	
	PIPPINVS filius Caroli cum fratre Carlomanno maior domus annos 11 regnauit.	
	1 Carlomannus Vuasconiam & Alemanniam petit.	
	2 Carlomannus Alemanniam uastat.	
	3 Carlomannus pacem cum Saxonibus facit. Fuldense	
	4 cœnobium in sylua Buchonia à sancto Bonifacio cœptũ.	
4700	5 Carlomannus maior domus Alemanniam ingreditur.	
	6 Carlomannus diuino amore succensus Romam pergit, & se monachum in monte Soracte fecit.	
	Sanctus Burchardus Vurceburgensi: Et sanctus Vuilibaldus Eistettensi ecclesiæ Episcopi primi à sancto Bonifacio ordinantur.	
	7 Sidonius Abbas Augiæ & Constantiæ Episcopus constituitur.	
	8 Pippinus Tassilonem sororis suæ filium, Baioariæ ducẽ	
	9 post Odilonem fecit.	750

Lantfridus

Anni mūdi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
A	10	Lantfridus moritur, Zacharia Papa defuncto, STE/	
		PHANVS II, Papa XCIIII annis 6.	
	11	Audogarius primus Campidonæ Abbas efficitur.	2
		PIPPINVS I, autoritate Stephani Papæ depoſito ac	
		detonſo rege Hilderico, rex Francorum factus regnauit	
		annis 15.	
	1	Hildigarius Epiſcopus Coloniæ à Saxonibus interimi/	3
		tur. Gripho frater Pippini occiditur.	
	2	Sanctus Bonifacius Archiepiſcopus à Freſonibus marty	4
	3	rio coronatur: Poſt quem Lullus Mogontiæ Archiepi/	5
		ſcopus ſedit annis 32. Pippinus Langobardos in Italia	
		cum exercitu petit.	
	4	Haiſtolphus rex Langobardorum moritur.	6
	5	PAVLVS Papa XCV annis 10, menſe 1.	7
	6	Pippinus Saxoniam bello petit.	8
	7	Pippinus Vuaſconiam inuadit.	9
	8	Sāctus Othmarus Abbas à Vuarino & Rudhardo in in/	760
		ſulā Rheniſtein nomine relegatus migrauit ad Dominū.	
		Eclypſis ſolis facta eſt XVIII Calendas Septembres ho	
		ra quaſi nona.	
B	9	Sidonio Epiſcopo miſere mortuo, Ioannes Epiſcopus	1
	10	& Abbas ſucceſſit.	2
	11	Pippinus aliquot comitatus filijs ſuis dedit.	3
	12	Hyems ualida hoc anno facta eſt, Et eclypſis ſolis pridie	4
		Nonas Iunias hora ſexta.	
	13	Corpora ſanctorum Gorgonij, Naboris, & Nazarij in	5
		Franciam deferuntur.	
	14	Corpus ſancti Nazarij ad Loreſſam ablatum eſt.	6
	15	Pippinus rex Pariſius moritur, indictione 6. Paulus	7
		Papa obijt. STEPHANVS III, Papa XCVI	
		annis 4, menſibus 6.	
		CAROLVS MAGNVS II Pippini filius cum fra/	
	1	tre Carlomanno annis 4, poſtea ſolus 42.	8
	2	Corpus ſancti Othmari poſt 10 annos in inſula qua obijt	9
		incorruptū reperitur, & in Baſilica ſancti Galli ſepelitur.	
	3	Carolus filiam Deſiderij regis Langobardorū uxorem	770
		duxit, & ſtatim repudiauit.	
	4	Carlomannus rex frater Caroli moritur. Carolus Sy/	1
		nodum colligit.	
	5	Carolus rex Saxoniam bello petit.	2
		ADRIANVS XCVII Papa ordinatus ſedit annis 23.	
		diebus 16.	
	6	Carolus Italiam inuadit, & Deſiderium regem uicit.	3

Anni mũdi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
	7	Carolus Langobardos cum Italia ſubiecit, anno ex quo intrauerant CCV, ipſeq; cum triumpho Romam uenit. Corpora ſanctorum Gordiani & Epimachi martyrum de Roma in Alemanniam allata ſunt.	
	8	Carolus item Saxoniam.	
	9	Carolus item in Italia Ruttaiſum occidit.	
	10	Carolus item in Saxoniam pergit.	
	11	Carolus Hiſpaniam inuadens cepit.	
	12	Carolus item Saxoniam ſæpius rebellantem inuadit. Fames & mortalitas Franciam uaſtat.	
	13	Carolus tandem Saxonicum bellum, ut putabatur, ſubiectis Saxonibus conſummat.	780
	14	Carolus iterũ Romam uenit: Et Pippinus filius eius baptizatur ab Adriano Papa.	1
	15	Carolus conuentum in Saxonia habuit. Ioannes Epiſcopus & Abbas obijt: pro quo Egino Epiſcopus, & Petrus Abbas.	2
	16	Hildegarta regina uxor Caroli obijt pridie Calendas Maias: Et Peretha obijt.	3
	17	Carolus Saxones rebelles plaga magna occidit, & Chriſtianos fecit.	
	18		
	19	Eclypſis ſolis facta eſt XV Calendas Octobres, hora quaſi ſecunda. Carolus iterũ Romam perrexit. Et cruces in ueſtibus apparuerunt.	
	20	Carolus per Alemanniam ad fines Baioariæ rebellantes cum exercitu uenit. Vualdo Abbas Augiæ efficitur. Lullo Archiepiſcopo Richolphus ſucceſſit.	
	21	Taſſilo duce Baioariæ iubẽte Carolus in Franciã uenit, & Baioaria Carolo ſubijcitur.	
	22	Carolus Sclauos, qui Vuilzi dicuntur, bello petit.	
	23	Carolus hunc annum ſine bello Vuormatiæ ſedit.	790
	24	Carolus Pannoniam regnum Hunorum uaſtat.	1
	25	Saxones fidem Chriſti relinquentes iterum rebellant.	2
	26	Alcuinus, qui & Albinus, hijs temporibus clarus habetur.	3
	27	Fanſtrada regina obijt. Carolus Synodum magnam congregat.	4
	28	Carolus Saxones petit, & tertiam partem uirorum obſides accepit.	5
4750	29	Huni munera mittentes Carolo ſubijciuntur. Adriano Papæ LEO III, Papa XCIX ſucceſſit, & ſedit annis 20, menſibus 5, diebus 16.	6
	30		7

Conſtanti-

A Anni mũdi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.	
	Constantinus Imperator à Græcis excæcatur.		
31	Romani Leonem Papam in lætania maiore excæcant,	8	
	& linguam eius amputant.		
	Geroldus pijssimus Signifer Caroli in pugna occiditur		
32	ab Hunis.	9	
33	Liutcarda regina obijt pridie Nonas Iunias.	800	
34	Carolus imperiali benedictione sublimatus, Augustus	801	
	& Cæsar Romano more appellatur.		
35	Græci cum Carolo pacem firmant.		
36	Terræmotus factus, & mortalitas subsecuta est.		
37	Carolus Saxonum rebellantium multitudinem in Fran		
38	ciam transfert.		
39	Vualdoni Abbas †Hatto Episcopus Basileæ successit.		Aliàs, Haito
40	Eclypsis solis facta est III Idus Februarias hora qua		
	si sexta.		
41	Hoc tempore Gotafridus Normannorum rex superbe		
	Carolo minatur.		
42	Carolus Synodum magnam congregat.		
	Egino Constantiæ Episcopus obijt.		
43	Eclypsis solis facta est VII Idus Iunias, hora quasi se	810	
B	cunda. Item in eodem anno eclypsis solis pridie Calen		
	das Decembres hora quasi tertia. Pippinus rex Caro		
	li filius obijt.		
44	Carolus thesauros inter episcopia & ecclesias diuidit.	1	
	Carolus rex filius Caroli obijt. Hatto Episcopus ab Im		
	peratore Constantinopolim mittitur.		
45	Bernhardus rex à Carolo efficitur.	2	
46	Carolus febre & pleuresi pulsatus obijt, indictione septi	3	
	ma, V Calendas Februarias anno ætatis 71.		
	LVDOVICVS III Caroli magni filius annis 27.		
1		4	
2		5	
3	Leo Papa obijt, & Ludouicus Imperator à Stephano	6	
	Papa factus est. STEPHANVS IIII, Papa XCIX		
	mensibus 7.		
4	PASCHALIS Papa C effectus sedit annis 7, die	7	
5	bus 18. Bernhardus rex Ludouico rebellat.	8	
6	Bernhardus rex interijt. Ludouicus rebellat.	9	
7	Exercitus contra Ludouicum congregatur.	820	
8	Itẽ exercitus contra eundem Ludouicum congregatur.		
9	Nix magna à X Calendas Octobres usque in pridie		nix magna duras nũs volta sex menstos
	Idus Apriles permansit.		
10	EVGENIVS Papa CI annis 3.	3	

Vuetti

Anni mũdi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
	11	Vuetti Augiensis monachus in spiritu raptus admirabilẽ	
	12	uidit uisionem.	
	13		
	14	VALENTINVS Papa CII diebus XL. GREGO/	
	15	RIVS IIII, Papa CIII annis 16.	
	16		
	17	Corpora sanctorum Valentis & Synesij in Augiam insu	830
	18	lam deferuntur.	
	19	Ludouicus Imperator magnum conuentum in Nouio/	
	20	mago habuit.	
	21		
	22	Dedicatio Basilicæ sancti Galli.	
	23	Hatto Episcopus Basiliensis obijt.	
	24		
	25	Puto Diaconus Palatij in iudaismum lapsus est.	
	26		
	27	Eclypsis solis facta est III Nonas Maias hora ante no/	840
		nam. Et Ludouicus Imperator obijt XII Cal. Iulias.	
		LVDOVICVS IIII Ludouici filius, cum fratribus	
		Lothario, Carolo & Pippino annis 36.	
	1	Bellum inter fratres de participatione regni excanduit.	1
	2	Ludouicus Germaniam, Lotharius cum Imperatoris	2
		nomine Italiam, Carolus Gallias regnum diuidentes	
		accipiunt.	
	3	Iudith Imperatrix uxor Ludouici prioris obijt.	3
	4	SERGIVS II, Papa CIIII annis 3.	4
	5	Hincmarus uir doctus Remorum Archiepiscopus or/	
4800	6	dinatur.	
	7	LEO IIII, Papa CV sedit annis 9, mẽsibus 3, diebus 6.	
	8		
	9	Vualafridus Strabo Abbas Augiensis uir doctus obijt.	
	10		850
	11		
	12	Translatio sancti Remigij Remorum Archiepiscopi ab	
		Hincmaro eiusdem urbis Archiepiscopo facta est Calen	
		dis Octobribus.	
	13	Corpus sancti Martini de tumulo leuatur.	3
	14		4
	15		5
	16	BENEDICTVS III, Papa CVI annis 2, mensibus 6,	6
		diebus 9. Leo Papa, Trogo & Rabanus, Hiltigart re	
		gina obierunt. Lotharius Imperator obijt: pro quo filius	
		eius Ludouicus imperauit cũ fratre Lothario annis 19.	

Benedictus

A Anni mũdi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
	17.	Benedictus Papa obijt.	
	18	NICOLAVS Papa CVII doctus annis 9, diebus 9.	8
	19		9
	20		860
	21	Meginradus heremita martyrizatur.	
	22		
	23	Huni Christianitatis nomen aggressi sunt.	
	24	Translatio sancti Otmari in Basilicam sancti Galli.	
	25		
	26		
	27	Nicolaus Papa obijt: Pro quo ADRIANVS II, Papa CVIII sedit annis 5.	
	28	Terræmotus factus est, & cometa uisa est.	
	29	Lotharius rex frater Ludouici Imperatoris obijt, & Carolus Galliarum rex regnum eius inuasit.	
	30	Ludouicus imperator cecidit de solario.	870
	31	Ludouicus & Carolus cum patre pacificantur. Solomon Constantiensis Episcopus obijt. Iso magister obijt in cœnobio sancti Galli.	1
	32	Vuormatiũ fulminis ictu crematur. Grimaldus Abbas obijt, cui Hartmutus successit.	2
B	33	IOANNES VIII, Papa CIX annis 10.	3
	34	Ratolphus Veronensis Episcopus obijt.	4
	35	Ludouicus Imperator obijt, & Carolus rex Galliarum Romam peruenit.	5
	36	Ludouicus rex Germaniæ obijt v Calendas Septembres.	6
		Bellum in Ribuaria inter Ludouicum & Carolum committitur.	
		CAROLVS V iunior filius Ludouici cum fratribus	
	1	Carlomanno & Ludouico annis 11.	7
	2	Carolus Galliarum rex obijt. Papa Ioannes in Franciam uenit.	8
	3	Ludouicus Balbus filius Caroli obijt. Eclypsis solis facta est.	9
	4	Ludouicus uiuente fratre suo Carlomanno Baioariam ingreditur, & Carlomannus moritur.	880
	5	Carolus iunior cum uxore sua Richgarta imperiali benedictione sublimatur.	1
	6	Ludouicus rex Francorum Caroli Imperatoris frater obijt.	2
	7	Petitione Hartmuti Bernardus Abbas efficitur.	3
		MARINVS Papa CX anno 1, mensibus 4.	

ADRIANVS

Anni mũdi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
	8	ADRIANVS III, Papa CXI anno 1, mensibus 6.	
	9		5
	10	STEPHANVS V, Papa CXII sedit annis 6, diebus 13.	6
	11	Carolus Imperator regno priuatur.	7
		ARNOLPHVS VI annis 12, filius Carlomanni.	
	1	Carolus iunior Imperator obijt.	8
	2	Luitpertus Archiepiscopus obijt: pro quo Sinderoldus.	9
	3	Arnolphus rex exercitum Normannorum prorsus deleuit. Solomon Abbas in cœnobio sancti Galli efficitur.	890
	4	Ratispona Baioariæ urbs incendio flagrat. Sinderoldus à Normannis occiditur: Pro quo Hatto. Solomon Constantiensis Episcopus ordinatur.	1
	5	FORMOSVS, Papa CXIII annis 4, mensibus 7, di-	2
	6	ebus 18.	3
	7	Arnolphus Italiam Burgundiamq; suo regno subijcit.	4
	8		5
4850	9	Arnolphus rex Romam ueniens Imperator efficitur.	6
		Magna fames homines seinuicem comedere persuasit.	
	10	Post Bonifacium VI, Papã CXIIII decimo quinto die necatum, STEPHANVS VI, Papa CXV anno 1,	7
D		mense 1, diebus 19.	
	11	ROMANVS Papa CXVI mensibus 4, diebus 20.	8
		THEODORVS II, Papa CXVII diebus 20.	
	12	Arnolphus Imperator moritur. Gentes Pannonicæ, quas Hungaros dicimus, Italiam depopulantur.	9
		IOANNES IX, Papa CXVIII annis 2.	
		LVDOVICVS VII filius Arnolphi admodum puer annis 12 regnauit.	
	1	Hungari Baioariã ingrediuntur, & plus quàm mille ex eis occidunt. Zundebaldus rex filius Arnolphi occidit.	900
	2	Hungari Carentaniam inuadũt, & in sabbato commissa pugna occiduntur.	1
		CHRISTOPHORVS Papa CXIX mensibus 6.	
		Eodẽ anno Moimarius & Isauricus cũ rege pacificantur.	
	3	Hungariã Marijs occiduntur. Beringerus, Riginol-	2
	4	tus, & Gerardus germani fratres occidũtur. BENEDI-	3
	5	CTVS IIII, Papa CXX annis 4, mensibus 6, di-	4
	6	ebus 34.	5
	7	Pugna inter Adalbertum & Chonradum committitur, in qua Chonradus occiditur. SERGIVS III Papa CXXI annis 7, mensibus 3, diebus 23.	6
	8	Adalbertus perfidia Hattonis Archiepiscopi, & cuiusdã Luidbaldi deceptus, Ludouico iubente decollatur.	7

Baioarij

Anni mũdi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
		Baioarij ab Hungaris interficiuntur.	
	9	Hungari Saxoniam & Turingam uastant.	8
		Luidpaldus occiditur.	
	10	Hungari Alemanniam petunt. Bellum Francorũ cum	9
		Hungaris. Adalbero uenerabilis Augustensis Episco	
	11	pus obijt.	910
	12	Ludouicus rex moritur, & Burchardus dux occiditur.	1
		CONRADVS VIII filius Conradi in regnum eleuatus	
		regnauit annis 7.	
	1	Hungari à Baioarijs & Alemannis iuxta fluuium Inum	2
		occidunt. Magister Notkerus obijt. Opertus Episco	
		pus occiditur. Cometæ uidentur. Rodolphus rex obijt.	
	2	Hungari Alemanniam depopulantur. Hatto Archie-	3
		piscopus moritur, Herigerus successit.	
		ANASTASIVS II, Papa CXXII annis 2, men-	
		se uno, diebus 22.	
	3	Solomon Episcopus captus est.	4
	4	LANDO CXXIII Papa mensibus 4, diebus 22.	5
		LEO VI, Papa CXXIIII mense uno, diebus 26.	
		IOANNES X, Papa CXXV annis 14, mẽsib: 2, dieb: 7.	
B	5	Hungari totam Alemanniam igne & gladio uastant.	6
		Vuiborada inclusa est.	
	6	Erchangerus dux & Bertholdus germani fratres decol-	7
		lantur XII Calendas Februarias.	
		BASILEA ab Hungaris destruitur.	
	7	Hungari per Alemanniam, Alsathiã & regnũ Lotharij	8
		inuadunt. Burchardus dux constituitur.	
		Conradus rex moritˉ. In hoc defecit progenies Caroli.	
		HENRICVS IX Comes, rex efficitur, regnans an-	
		nis 18.	
	1	Solomon Episcopus obijt. Burchardus dux Aleman-	9
		niæ, Rodolphum regem apud Vuinterturũ pugna uicit.	
	2	Carolus rex Galliæ in Franciam uenit.	920
		Rachilta inclusa est.	
	3	Herimannus Abbas efficitur in cœnobio sancti Galli.	1
	4		2
	5	Sanguis Domini in Augiam Insulam defertur.	3
	6	Engelbertus Abbas efficitur in cœnobio sancti Galli.	4
		Sanctus Vdalricus Augustensis Episcopus ordinatur.	
	7	Vuiborada ab Hungaris martyrizata est.	5
	8	Hungari totã Franciam, Alsathiam atq; Alemanniam	6
		gladio & igne uastant. Burchardus dux occiditur.	
		Herimanno Alemannia committitur.	

Anni mũdi.		Regnum Romanorum.	Annĩ domini.
	9	Herigerus Archiepiſcopus obĩt, pro quo Hiltibertus.	
	10		8
	11	STEPHANVS VII, Papa CXXVI annis 2, menſe uno, diebus 2.	9
	12	Henricus rex Boëmiam petit.	930
	13	Henricus regem Abodritarum & Nordmannorũ Chriſtianum effecit. IOANNES XI, Papa CXXVII	1
		annis 4, menſibus 10.	
	14	Henricus Hungaros in Suirbia interfecit.	2
	15	Thieto Abbas efficitur in cœnobio ſancti Galli.	3
	16	Notingus Conſtantienſis Epiſcopus obĩt, pro quo Conradus.	4
	17	LEO VII, Papa CXXVIII annis 3, menſibus 6.	5
	18	Henricus rex obĩt.	6
		OTHO MAGNVS X, Henrici filius, annis 37.	
	1	Hungari Franciam, Alemanniam, Galliam, uſq; Oceanum & Burgundiam deuaſtantes, per Italiam redierunt.	7
		Monaſteria ſancti Galli & ſancti Bonifacij cremantur.	
		Arnolphus Noricorũ dux, & Rodolphus rex obierunt.	
	2	Henricus frater Othonis ab Eberhardo comprehenſus eſt. STEPHANVS VIII, Papa CXXIX annis 3,	8
		menſibus 4.	
	3	Giſelbertus & Adelbertus occiſi, & Epiſcopi in fugam lapſi ſunt.	2
	4	Hyems ualida, & mortalitas animalium facta. Otho	940
	5	rex Gallias petit.	1
	6	Otho rex & Ludouicus pacificantur. Cometæ 14 noctes apparent, & mortalitas animalium facta eſt.	2
		MARINVS II, Papa CXXX annis 3, menſibus 2.	
	7	Hungari cum Baioarijs pugnant & uincuntur.	3
	8	Terræmotus factus eſt XVI Calendas Maias.	4
	9	Otho rex Galliam intrauit. AGAPITVS II, Papa	5
		CXXXI annis 9, menſibus 7, diebus 23.	
4900	10	Rachilta incluſa obĩt.	6
	11	Bertholphus Baioariorũ dux obĩt, cui Henricus Othonis frater ſucceſſit.	7
	12	Herimannus Alemannorum dux obĩt, pro quo Liutolphus Othonis filius regnauit. Synodus XXX Epiſcoporum apud Engelinheim coram Othone & Ludouico regibus congregatur. Lindaugia concremata eſt.	8
	13		9
	14	Otho rex Italiam petit, eamq; ſibi ſubiecit, & Beringerum regem expulit.	950

Beringerus

A Anni mũdi.		Regnum Romanorum	Anni domini.
	15	Beringerus apud Augustam in conuentu Othoni ad de-	
		ditionem uenit. Ignitus lapis quasi massa candentis	
		ferri ab Occidente uolitans uenit, & draco uisus est.	
		Synodus XXV Episcoporũ apud Augustam uindeli	
		cam coram Othone rege colligitur.	
	16	Otho rex unà cum filio Italiam intrat, ac nuptiæ regales	2
		Papiæ factæ sunt.	
	17	Liutolphus dux Othoni patri suo rebellat.	3
		Adalbertus Comes occiditur.	
	18	Hungari Noricam, Franciam, Italiamq; petunt.	4
		Fridericus Mogontiensis Archiepiscopus obijt.	
	19	Hungari totam Baioariam depopulantes, iuxta Augu-	5
		stam Alemanniæ urbem, deo iuuante, ab Othone rege	
		pugna uicti, immensa cæde necantur. IIII Idus Augu	
		sti Henricus dux Baioariæ obijt. IOANNES XII,	
		Papa CXXXII annis 8, mensibus 4.	
	20	Liutolphus dux hostiliter Italiam inuasit.	6
	21	Liutolphus dux Adalbertum bello uicit, & ipse eodem	7
		anno moritur, pro quo Burchardus.	
	22	Cruces in uestibus apparuerunt. Alauicus Abbas obijt,	8
B	23	cui successit Eggehardus.	9
	24		960
	25	Signum in sole apparuit. Otho rex Romam ueniens	1
		Imperator efficitur.	
	26	Otho rex ab Octauiano, Ioanne Papa, Imperator	2
		ordinatur.	
	27	Otho Imperator natalem Domini Papiæ moratur.	3
		Fugato Ioanne, LEO VIII, Papa CXXXIII ordi	
		natus, & post unum annum expulsus, atque ab Impera-	
		tore restitutus, sedit annis 16, mensibus 3.	
	28	Itẽ Otho Imperator natalem Domini Romæ moratur.	4
	29	Otho Imperator de Italia redit, & Burchardus dux in	5
	30	Italia rebelles Cæsari uicit.	6
	31		7
	32	Eclypsis solis XI Calendas Decembres.	8
	33		9
	34		970
	35	Signum quoddam ignei coloris in cœlo apparuit.	971
	36	Eggehardo Abbati Rutmannus successit. Synodus	972
		apud Ingelinheim, propter Adalberonem sancti Vdal-	
		rici nepotem colligitur.	
	37	Sanctus Vdalricus Augustẽsis Episcopus anno ætatis 83,	973
		Episcopatus uero quinquagesimo, IIII Nonas Iulias,	

a b hinc ad An. 1021 amissus est. I. anno.

Anni mũdi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	feria VI migrauit ad Dominũ. Eodem quoq; anno,	
	sed prius, Otho Imperator Nonis Maijs subitanea	
	morte apud Parthenopolim obijt & sepelitur. Burchar	
	dus dux obijt, pro quo Otho Liutolphi filius regnauit.	
	OTHO XI, secundus, Othonis Magni filius regna-	
	uit annis 9.	
1	Conradus Episcopus obijt VI Calendas Decembres,	5
	pro quo Gaminolphus.	
2	Dissensio inter Othonem Imperatorem & Henricum	6
	ducem Baioariæ oritur. Hymmo Abbas efficitur ad	
3	sanctum Gallum.	7
4	Henricus & Aequiuocus eius duces: Et Henricus Au-	8
	gustensis Episcopus capti sunt, & in exilium missi.	
	Otho Imperator contra Lotharĩ regẽ Gallias inuadit.	
5	Gaminolphus Episcopus obijt, pro quo Gebehardus.	9
	BENEDICTVS V, Papa CXXXIIII menses 2, dies 2.	
6	IOANNES XIII, Papa CXXXV annis 7.	980
7	Otho Imperator Neapolim uenit.	1
8	Otho Imperator apud Calabriam occiso à Græcis & Sa-	2
	racenis exercitu, de naui exiliens natando aufugit.	
	Otho dux obijt.	
9	Otho Imperator Romæ VI Idus Decembres moritur,	3
	& ibi sepelitur.	
	OTHO XII, tertius, Othonis secundi filius admodum	
1	puer annos 18. (cessit.	4
2	Rudmannus Augiensis Abbas obijt, cui Vuitegouo suc-	5
3	BENEDICTVS VI, Papa CXXXVI post primum	6
	annum à Crescentio relegatus & strangulatus est.	
4	Fames facta est magna. BONIFACIO CXXXVII	7
	Papa post primũ mensem fugato, BENEDICTVS	
	VII, Papa CXXXVIII sedit mensibus 9.	
5	IOANNES XIIII, Papa CXXXIX, qui & Petrus	8
	Papiæ Episcopus post 8 menses à Bonifacio reuerso	
	comprehensus & necatus est.	
6	BONIFACIVS VII, Papa CXL interijt, &	9
	IOANNES XV, Papa CXLI successit.	
7	Theophana græca imperatrix mater Othonis regis nono	990
	anno uiduitatis obijt. Eaillanus Scotus obijt. Vdalri-	
8	cus Abbas, & Eggehardus magister in cœnobio sancti	991
9	Galli obijt.	992
10		993
11	Conrado rege Burgundiæ mortuo, Rodolphus filius	994
	eius ignauus successit.	

Gebehardus

Anni mũdi.	Anni	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	12	Gebehardus Conſtantienſis Epiſcopus obijt, pro quo Landpertus. Henricus dux Baioariæ filius Henrici du-	1995
4950	13	cis obijt.	1996
	14	Conradus dux obijt, pro quo Herimannus. Vuitegouo	1997
		obijt, Aleuicus ſucceſſit. BRVNO, qui & Gregorius	
		V, Papa CXLII Romæ ordinatus, ſedit annis 2, men	
	15	ſibus 9, & Otho Imperator efficitur.	1998
	16	GERBERTVS, qui & Sylueſter II, Papa CXLIII an: 5.	1999
	17	Aleuicus Abbas Epiſcopus Argentinæ promouetur, &	1000
		Vuerinherus Abbas efficitur.	
	18	Otho Imperator in Italia X Calendas Februarias obijt,	1001
		& inteſtina eius Auguſtæ, reliquum corpus Aquiſgrani	
		ſepelitur. Gerhardus Abbas obijt, Burchardus ſuc-	
		ceſſit ad ſanctum Gallum.	
		HENRICVS XIII dux Baioariæ rex efficitur, regnans	
	1	annis 23, menſibus 5.	1002
	2	Henricus rex Henricum Marchionem & alios ſibi reſi-	1003
		ſtentes cum exercitu petit.	
	3	Henricus rex Italiam & Boëmiam & Bolizlaum ducem	1004
		Flauorum cum tota gente ſua ſubiugauit. Herimannus	
		dux obijt, pro quo filius eius puer Herimannus.	
B	4	Fames magna facta eſt. IOANNES XVI, Papa	1005
		CXLIIII anno uno.	
	5	Vuerinherus Abbas obijt, pro quo Hymmo, monaſterij	1006
		deſtructor & fratrũ expulſor, conſtituitur. IOANNES	
		XVII, qui & Phaſanus, Papa CXLV ordinatur.	
	6	Epiſcopium Babinbergenſe ab Henrico rege conſtituit:	1007
		Et Eberhardus ibi Epiſcopus ordinatur.	
	7	Bernhardus Augiæ Abbas uir doctiſſimus ordinatur, lo	1008
		cum eundem penè deſtructum recollectis fratribus re-	
		creat. Liutolphus Treuirenſis Archiepiſcopus obijt,	
		& Epiſcopatũ eius Adalbero frater reginæ ſibi uſurpare,	
		quibuſdam contra regem fauentibus molitur, ſed à rege	
	8	conuicti, Megingaudo Epiſcopatum reliquerunt.	1009
	9	Vuolueradus Comes obijt IIII Nonas Martias.	1010
	10	Vũilligiſus Mogontienſis Archiepiſcopus obijt, pro quo	1011
		Erchanbãdus & Theodericus dux à Lotharijs captus eſt.	
	11	Conradus dux filius Othonis obijt. Herimannus dux	1012
		iunior obijt.	
	12	SERGIO IIII Papa mortuo, BENEDICTVS VIII,	1013
		Papa CXLVI ſedit annis 11, diebus 21.	
	13	Henricus rex Romæ imperiali benedictione coronatur	1014
		à Benedicto Papa.	

Anni mũdi.		Regnum Romanorum	Anni dominí.
	14	Ernustus dux in uenatu ab Adalberone Comite sagitta occiditur, & Megingaudus Treuirorum Archiepiscopus obijt, pro quo Poppo.	1015
	15		1016
	16	Gotifridus dux Gerhardum uicit.	1017
	17	Lampertus Episcopus obijt, pro quo Ruthardus.	1018
	18	Conradus puer auxiliante patruele suo Conrado postea Imperator Adalberonem ducem pugna uincens fugauit, & Benedictus Papa Babinbergam ueniens ecclesiam sancti Stephani dedicauit.	1019
	19	Vuerinharius Argentinæ Episcopus cum Alemannis contra Burgundiones pugnauit & uicit.	1020
	20	Terræmotus magnus factus est IIII Idus Maias, feria VI. Herebertus Colonienſis Archiepiscopus obijt, pro quo Pilgrinus.	1021
	21	Henricus Imperator nouam Troiam cepit, & magna in exercitu mortalitas facta est. Ruthardus Episcopus obijt, pro quo Heimo. Notgerus obijt.	1022
	22	Gebehardus Ratisponenſis Episcopus obijt, pro quo item Gebehardus.	1023
	23	Henricus Imperator III Idus Iulias obijt, & in Babinbergenſi Episcopio à se facto in monasterio sancti Petri sepelitur. Benedictus Papa obijt. IOANNES XVIII, Papa CXLVII annos 9.	1024
		CONRADVS XIIII annos ferè 15 regnauit.	
	1	Magna dissensio in regno contra Conradũ regem efficit.	1025
	2	Conradus rex filium suũ Henricum regem fecit, & ipse Romã pergens Imperator efficitur. Heimo Episcopus obijt, pro quo Vuarmannus. Bruno Augustẽsis Episcopus, & Vuelfus Comes prædas & incẽdia inter se faciũt.	1026
	3		1027
	4	Ernustus dux & Vuelfus Comes, Conrado Imperatori ad deditionem ueniunt.	1028
	5	Bruno Augustenſis Episcopus obijt, pro quo Eberhardus.	1029
	6	Conradus Imperator Stephanũ Pannoniæ regẽ cum exercitu petit, & interea in Alemannia dux & Vuerinherus Comes cum alijs multis occidunt̃ XVI Cal. Septẽbres.	1030
	7	Stephanus rex missis legatis cum Imperatore Conrado pacificatus est.	1031
	8	Rodolphus rex Burgundiæ moriens, diadema suum Conrado misit.	1032
	9	Conradus hyeme Burgundiam petit. Eclypsis solis III Calẽdas Iulias quasi hora sexta. Conradus occidentalẽ Franciam cõtra Othonem petit. BENEDICTVS IX, Papa CXLVIII, qui & Theophilactus, sedit an: 12, mẽs: 8.	1033

Conradus

Anni mũdi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
	10	Conradus item Burgundiam uastat. Pagani Saxoniæ confinia petunt. Vuarmannus Episcopus obijt, pro quo Eberhardus. Cõradus ex castro suo Limpurgo inter Nemetẽ & Vangiones sito monasterijũ fecit, quod in honorẽ S. Crucis, & diui Ioannis Euangelistæ dedicari iussit.	1034
	11	Pagani qui Luitici dicuntur Vuirbinam castellum in cõfinio Saxoniæ multis Christianis occisis & captis obtinent, quos Conradus Imperator cum exercitu petit.	1035
4950	12	Italia ciuium discordia laborat. Gebehardus Ratisponensis Episcopus obijt, pro quo item Gebehardus. Nuptiæ Henrici regis. Pagani supradicti Conrado Imperatori uectigales facti. Piligrinus Agrippinẽsis Archiepiscopus obijt, pro quo Herimannus.	1036
	13	Conradus Imperator Italiam cum exercitu petit: Et Mediolanensem Archiepiscopum in custodiam misit, qui fuga lapsus cum multis alijs eidem Imperatori rebellat. Otho princeps Carlingorum à Gozzelone duce pugnatus fugiensq; à quodam milite occiditur.	1037
	14	Eliphdruda, quæ & Cunegundis, regina, uxor Henrici regis, XV Calendas Augusti, & Herimannus dux V Calendas Augusti in Italia cum multis alijs obierũt. Stephanus Hungarorum rex bonæ memoriæ obijt, (qui seipsum cum tota gente sua ad fidem Christi ex gentili errore conuertit,) pro quo Petrus regnauit.	1038
	15	Conradus Imperator II Nonas Iunias obijt, & apud urbem quæ Spira uocatur sepelitur. Conradus dux & Adalbero dux obierunt. Eclypsis solis XI Calendas Septembres. Reginbaldus Spirensis Episcopus III Idus Octobres bonæ memoriæ obijt.	1039

HENRICVS. XV. filius Conradi, annis 17, mensibus 7.

Henricus rex Boëmiæ ducem bello petit, sed multis proceribus & militibus in præstructione syluæ citra & ultra occisis uel captis, nihil dignũ efficere potuit. Petrus quoque Hungarorum rex eidem duci contra Henricum regem auxilia mittit. 1040

Hungari quendam Ouonem regem sibi eligentes Petrum regem suũ expellunt. Qui profugus & exul Henrici regis, cui priori anno rebellauerat, gratiam quærit, & inuenit. Henricus rex Boëmiam cum exercitu ingressus, igne prædaq; cuncta deuastat, & rebellem ducem obsides dare, & ipsum post se Ratisponam ad deditionem humiliter uenire, sibiq; iureiurando fidelitatem seruitiumq; confirmare coartat. 1041

Ouo rex Hungarorũ ob susceptũ ab Henrico rege Petrũ à se expul- 1042

C sum, fines Baioariæ prædis & incendijs depopulatur. Sed magna pars exercitus eius quæ à septentrionali Danubij parte prædas factura uenerat, ab Adalberto Marchione inita pugna penitus deleta est. | Anni dominí.

Henricus quoque rex sui ulturus iniuriam Pannoniam cum exercitu in autumno ingressus, magnam prouinciæ partem uastauit, duas populissimas ciuitates euertit, plures deditione subiecit. Sed cum Petrum regem suum, quem secum ducebat, nulla ratione Prouinciales recipere consentirent, alium quendam quem petebant ducem eis constituit: quē tamen statim post discessum eius Ouo rex de prouincia sua in Boëmiam depulit. Poppo Aquileiæ Patriarcha obijt, pro quo Eberardus.

Gisla Imperatrix, mater Henrici regis, XVI Calendas Martias obijt, & apud urbem Spiram sepelitur. Totum tempus æstiuum in tempestates pluuiasq; hyemales penè conuersum, magnam frugum & uindemiarum penuriam effecit. Henricus rex iterum Pannonias cum exercitu petens, satisfactionem, obsides, munera, pacis per iusiurandū confirmationem, Hungaris uix impetrantibus accipiens discessit. Qui inde reuersus Constantiensi Synodo affuit: ubi primo cūctis sibi aliquid debentibus omne dimisit debitum. Deinde omnes Sueuiæ Principes, memoresq; personas cunctis inimicitijs destructis pacificari fecit, & pacem hactenus inauditam, tam in hac, quàm in alijs regni sui prouincijs regia censura per edictum confirmauit. Deinde Agnetem Vuilhelmi Pictauiensis principis filiam reginam apud Mogonciam urbem ungi faciens, regalibus sibi nuptijs eam apud Ingelenheim uillam regalem copulauit. Vnde infinitam histrionum & ioculatorum multitudinem ad laudis suæ cumulum uacuam & inanem, sine cibo & muneribus mœrentem abire permisit. Liutpaldus Marchio, Adalberti Marchionis filius, bonæ indolis iuuenis, & maxima Hungarorum clades, immature obijt. 1043

Maxima pestis pecudum, & hyems satis dura & niuosa magnam uinearum partem frigore perdidit, & frugum sterilitas famem non modicam effecit. Gozzilo dux Lotharienſiū moriens Gozziloni filio, quāuis ignauo, Ducatum suum à rege Henrico promissum relinquere dispositit. Sed alter filius eius Gotefridus iam dudum dux, cum Ducatum fratri debitum contra fas à rege sibi obtinere nequiuisset, iusiurandum fidemq; postponens rebellare pio regi præsumpsit. 1044

Ouo rex cum iusiurandum pactumq; infregisset, Henricus rex cum perpaucis copijs Pannonias petijt: Quem Ouo, qui maximum parauerat exercitum, in tantum despexit, ut eum quasi facile occidendum, seu capiendum prouinciam ingredi sineret. Sed Henricus cum parte copiarum Rabam fluuium festine in diuino confisus auxilio transuadauit: pugnā cunctis militibus passim festinantibus iniit, & in prima congregatione innumerabilem Hungarorū exercitum fugauit atq; prostrauit: & paucissimis suorum amissis, in semet fortissime pugnans glorioſiſſimam uictoriam adeptus est III Nonas Iulias. Et Ouone rege uix fuga elapso, omnes Hungari ad deditionem Henrico regi cateruatim concurrerunt, subiectionem seruitiumq; promittunt. Ipse uero ut erat per omnia pijssimus, Petrum regem dudum expulsum regno suo restituit,

Hungaros

A Hungaros petentes lege Baioarica donauit, ipſeq; cum triumpho in re-
gnum ſuum rediit. Nec multo poſt idem Quo à Petro rege cõprehen
ſus, ſcelerum ſuorum pœnas capite plexus perſoluit. Anni do mini.

Eodem anno Ludouicus Comes Reginoldum Principem reginæ Agnetis auunculum, ſed regi Henrico inimicum, dum quoddam caſtel lum eius quod Monspiligardæ dicitur, magna cum manu expugnare pararet, cum parua militum ſuorum copia pugnam iniens uicit, multisq; cæſis reliquos fugauit.

Romani Benedictum CL Papam multis criminatũ ſede ſua pellunt, & Syluestrum III quendam in locũ ſuum ſtatuunt: Quẽ tamen poſtea Benedictus quibuſdam ſibi fauentibus excommunicatum depulit, ſe dicq; ſuæ reddítus ſeipſum poſtea priuauit, & alium pro ſe ob auaritiam contra Canones ordinauit. Herebertus Mediolani Epiſcopus obiit. Beggelenheim caſtellum Gotefridi à rege captum.

Reginoldus & Geroldus Burgundiones regi apud Solodorum ad 1045
deditionem uenerunt. Otho Palatinus Comes paſchali hebdomada dux Alemanniæ apud Goslare à rege conſtituitur. Petrus rex Henricũ regem in feſtiuitate Pentecoſtes ad ſe inuitatum magno paratu ſuſcepit, & maximis muneribus donauit, eiq; regnum Pannoniarum, Principi bus Hungarorũ fidelitatem illi & ſucceſſoribus eius iuramento firman tibus, reddidit: Quod tamen ab eo ipſe dum uiueret poſſidendum rece pit. In quo uidelicet itinere rex quoddam uetus ſolarium aſcendens cũ
B multis aliis ædificio cadente corruit, ipſoq; deo protegente illæſo. Bru no Vuirciburgenſis Epiſcopus lethaliter cum aliis collapſus poſt unam hebdomadam, id eſt, VII Calendas Iunias obiit, & ad ſedem ſuam re portatus, ibiq; ſepultus, Adalberonem ſucceſſorem ſuſcepit.

Gotefridus dux rebellioni ſuæ deſperans, regiq; ad deditionem ue niens in cuſtodiam mittitur. Vuido Mediolani Epiſcopus conſtituitur. Sclaui qui & Liutici dicuntur, Saxoniæ terminos inquietantes, regi illò cum copijs militum uenienti ſe tradunt, & ſolitum cenſum promittunt. Autumnali tempore Guntharius heremita ad Chriſtum migrauit, & in Praga Boëmiæ urbe ſepultus quieſcit.

Per idem tempus regale colloquium apud Tribura condictum gra uis regis infirmitas præpediuit. Quo etiam tempore Agnes regina filiã regi peperit. Rex natalẽ Domini in Saxonia apud Goslare celebrauit. 1046
Magna mortalitas multos paſſim extinxit. Eggehardus Marchio di tiſſimus ſubito moriens prædiorum ſuorum regem reliquit hæredem. Rex paſchale feſtum apud Traiectum Freſiæ urbem egit, & ſubſecutis diebus nauali expeditione in Phladirtingam fretum traijciens, pagum quendam quem Theodericus Marchio ſibi uſurpauerat, ab eo eripuit: Vnde idem poſtea rebellionis cauſam ſumpſit. Sanctum autem Pente coſtes Aquiſgrani faciens, Gotefrido duce è cuſtodia relaxato, ſibiq; procedenti terrac̃nus proſtrato, ducatum ſuum miſertus reddidit. Qui bus etiam diebus Vuidgerum, qui Rauennæ præſulatum iam biennio inepte & crudeliter nondum conſecratus tenebat, ad ſe uocatum Epiſco patu priuauit.

Sequenti

C Sequenti tempore rex in Italiam expeditionem parat. Fridericus frater Henrici ducis Baioariæ, dux Lotharingorum, pro Gotefridi fratre ignauo Gozzilone constituitur. Subsecuto autumno Hungari pristinæ perfidiæ suæ memores, Andream quendam regem sibi statuunt, Petrũ regem, multis aduenarum qui pro eo pugnauerant occisis, uarijs cum coniuge sua iniurijs affectum postremo oculis priuant, & in quendam locũ cum eadem coniuge sua alendum deputant, multis etiam per idem tempus peregrinis inibi expoliatis, exulatis, atque necatis. Anni domini.

Quo comperto rex Henricus, qui iam ualido exercitu congregato in Italiam iter cœperat, nimis indoluit, sed tamen cœptam expeditionem non deseruit. Itaq; coadunato exercitu Papiæ Synodum celebrauit: Inde Placentiam ueniens Gratianum CL, quem expulsis prioribus Romani Papam statuerant, ad se uenientem honorifice suscepit: Sicq; cunctis prospere cedentibus iuxta natalem Domini non longe ab urbe Roma apud Sutriam Synodo item acta, causaq; erroneorum Pontificum diligentius uentilata, Gratianũ Papam cõuictum baculo pastorali priuauit: Dein omnium tam Romanorum, quàm aliorum cõsensu Suidegerum Episcopum, qui post Eberhardum primum secundus Babinbergẽsem sexto iam anno regebat ecclesiam, nimiũ reluctantẽ summum Romanæ ecclesiæ elegit Pontificẽ, sicq; circa uigilias natalis Domini ipsam ingrediuntur urbẽ. Eadem nocte bonæ memoriæ Eberhardus Constantiensis ecclesiæ Episcopus inibi in porticu sancti Petri sepeliendus obijt XIII Episcopatus sui anno.

D In ipsa natalis Domini die præfatus Suidegerus, natione Saxo, Apostolicæ sedi CLI Papa ex more consecratus, & nomine auctus Clemens II uocatus est. Qui mox ipsa die Henricum regem, & coniugem eius Agnetem Imperiali benedictione sublimauit: peractisq; Missarum solennijs, ipse dominus Papa & Imperator cum Imperatrice ita ut erat coronatus ad Lateranense Palatium cum ingenti gloria proficiscuntur, cunctis ciuibus Romanis mirantibus, honoremq; singulis quibusq; pro facultate obiter impendentibus: Completisq; Romæ cũ summa pace aliquot diebus Imperator magnam exercitus partem patriam redire permittens, ipse cum reliquo ad ulteriora contendit. Circa idem tempus Imperator Præsules nonnullos constituit: Inter quos Rauennati ecclesiæ Hunfridum Cancellarium suum in Italia, Constantiensi Theodericum per alias prouincias Cancellarium suum & Archicapellanum, & Aquisgrani Præpositum, Argentinæ Herrandum Spiræ Præpositum, pro Villihelmo autumnali tempore defuncto: Viridunensi Theodericum Basileæ Præpositum & Capellanum suum Pontifices præfecit. Imperator uero Roma egressus, nonnulla castella sibi rebellantia cepit, prouincias illas prout uidebatur disposuit, duces Nordmannis, qui in illis partibus commorantur, & alijs eo loco urbibus constituit. Sed socru Imperatoris de monte Gargano Beneuentum reuersa, orto tumultu Beneuentani ciues quibusdam eam iniurijs afficiunt. Vnde sæuam ab Imperatore uindictam metuentes, eiq; se subdere non præsumentes, rebellionem ineunt. Sed Imperator, 1047

qui

A qui magna, ut dictum est, ex parte exercitum iam remiserat, & ad aliam occupato animo patriam tenebat, tantam tunc temporis ciuitatem expugnatum aggredi distulit, interimq; eo infecto negocio, sed aliàs uniuersa Italia parente pacataq;, redire disposuit. Interea Imperatrix Agnes, quæ Romæ ab Imperatore egressa fuerat, in Rauennati territorio filiam peperit. Imperator uero cœpto redeundi itinere Mantuæ paschale festum in grauissima decumbens ægritudine commoratur. Postea conualescens corpus beati Vuidonis Pomposæ monasterij Abbatis, in magna sanctitate ante nõ integrũ annum defuncti, plurimis glorificatum miraculis, de Parmensi ubi sepultum fuit ciuitate, ad urbem Spiram transferendum magno secum cum honore de Italia rediens deuexit. In quo itinere Augustam Vindelicam in lætanijs ante Ascensionem Domini ueniens, Gebehardo urbis eiusdem Episcopo in aduentu eius defuncto, Henricum Capellanum suum successorem constituit. Actoq; inibi eodẽ festo, Pentecostes solennia Spiræ celebrauit: Ibiq; colloquium cum regni Principibus habuit, & corpus præfati Abbatis in incepta quadam extra urbem Basilica tumulari fecit. Quo tempore Vuelffum Comitem Sueuigenam Vuelffi dudum Comitis filiũ Carentani ducem promouit. Auunculum quoq; eius Adalberonem ducem uidelicet Henrici & Friderici fratrem, Metensis ecclesiæ Episcopum, post Theodericum nuper defunctum constituit. Item Popone Archiepiscopo hijs diebus defuncto, Treuirensi urbi Eberhardum Vuormatiæ Præpositum Archipræsulem præfecit. Per idem tempus
B cum expeditionẽ in Pannonias ad Petrum ulciscendum disponeret, Gotefridus dux cum Balduino de Flandris, & alijs nonnullis rebellionẽ innouasse, bellumq; copijs collectis parauisse: Theodericus quoq; de Phladirtinga Marchio rebellauisse, & Episcopatus sibi contiguos ad iniuriam Imperatoris populatus esse nuntiatur. Præterea Andræas, qui regnum Petri obtinuit, iam crebro legatos supplices miserat, regnum se ab Hungaris coactum suscepisse confirmans, de Petri sese iniurijs excusans: quiq; aduersus eum coniurauerant partim à se trucidatos, partim Imperatori tradendos denuntians, suamq; Imperatori subiectionem, annuum censum, & deuotam seruitutem, si regnum se habere permitteret mandans. Quibus ex causis dilata expeditione illa, cũ Gotefridus quoque dux rebellionem suam callidis legationibus dissimularet, autumnali tempore nauali exercitu collecto contra Theoderi cum in Phladirtingam arma cõmouit. Interea Otho Sueuorum dux, qui prouinciam sibi traditam pie ac strenue tertio iam anno regebat, immaturo obitu diem clausit extremum. In ipsis quoq; diebus Henricus Baioariæ dux defunctus Treuiris sepelitur. Clemens etiã, qui & Suidegerus, Papa in Romanis partibus nono mẽse promotionis suæ diem obiens ad Episcopatum suum Babinbergum reportatus tumulatur. Imperator expeditione in Phladirtingam traiecta, aquosis impedientibus locis parum proficere potuit, & reuertens aduersarijs marino cursu leuibus scaphis latrocinantium more sequentibus, & extremos quosque incursando cædentibus, non modicam in exercitu cladem pertulit.

Ipso quoque tempore Gotefridus inter alia quæ contra regem gessit, Viridunensem

Anni domini.

C Viridunensem ciuitatem dolo captã incendit & euertit. Anni domini

Imperator natalem Domini in Saxonia moratus confestim per Vurciburgum in Alemanniam uenit, & Vlmæ colloquium habens Othonẽ de Suinfurto Marchionem Sueuis ducem constituit: Indeq; Baioariam ueniens quadragesimale & paschale tempus exegit. Eadem quadragesima sanguis, ut creditur, Domini apud urbem Mantuam diuina per quendam cæcũ reuelatione inuenitur, & plurimis miraculis declaratur. Imperator Ratisponam, ubi Pascha cum Othone & Brecizlao ducibus, & multis alijs Principibus egit, digressus Alemanniam repetit, & Augiam nostram ingressus VIII Calendas Maias, nouam sancti Marci Euangelistæ patroni nostri Basilicã, à domino Bernhardo Abbate cõstructam, se præsente à Theoderico Constantiensi Episcopo dedicari fecit, & eiusdem sancti festo in lætania maiore apud nos acto Ascensionẽ Domini Turegi, Pentecosten autem Solodori celebrauit: Habitoq; ibi cũ Burgundionibus colloquio per Franciam orientalem in Saxoniam remeauit. Per idem tempus dominus Bernhardus Abbas Augiæ, uir doctrina & moribus insignis, anno promotionis suæ quadragesimo, in senectute bona morbo confectus VII Idus Iunias diem ultimum clausit, & in Basilica sancti Marci sepultus quiescit: In cuius locum Vdalricus Decanus a fratribus electus Abbas ab Imperatore constituitur. Defuncto quoq; uiro docto Vuattone Leodij Pontifice, Dietuinus successit. 1048

Sequente Iulio, Poppo Brixiensis Episcopus ab Imperatore electus
D Romam mittitur, & honorifice susceptus Apostolicæ sedis CLII Papa ordinatus mutato nomine Damasus II uocatur. Sed paucis diebus exactis defunctus, & ad sanctum Laurentium extra urbem sepultus est. Autumnali tempore Henricus Imperator, & Henricus Galliarum rex in Metensi territorio conuenientes pacem pactumq; inter se iuramento confirmãt. Hijs diebus terræmotus magnus factus est nocte, III Idus Octobres. Ipsis item diebus Agnes Imperatrix filiam Imperatori peperit. Eodem etiam tempore Gotefridus Adalbertum ducem se deprædantem persecutus, & dimissa multitudine cum paucis inuentum, cum alijs qui repugnare tentabant occidit. Post quem Gotefridus dux ab Imperatore constituitur. Imperator ipsis diebus Argentoracum, & inde prope natalem Domini Vlmam uenit, sicq; in Baioariam proficiscitur. Imperator natalem Domini Frisingiæ, & Purificationem sanctæ Mariæ Ratisponæ agens Baioariæ ducẽ Conradum constituit, & circa quadragesimale tempus inde Saxoniam recessit. Gotebaldus Nemetensis Præpositus Aquileiæ Patriarcha post Eberhardum hijs diebus defunctum ab Imperatore promouetur. Interea glaciali hyeme suppeditante nonnulli de partibus maritimis milites & Principes cum Leodiensi Episcopo, Traiectensi & Metensi congregati, Theoderico in Phladirtinga insidias tendunt, commissaq; pugna uictum occidunt, & prouinciã illã Imperatori subijciũt: quã tamen nõ multo post Gotefridus occupãs ab eisdẽ pugna petitus & uictus uix aufugit. Per idẽ tẽpus Bruno Leucorũ Episcopus ab Imperatore electus Romãq; missus summo honore suscipitur, & in quadragesima Papa CLIII ordinatus Leonis noni nomen accepit. Qui in proximo Pascha Vdalricum Augiensis 1049

cœnobij

A cœnobij Prouisorem Romam uenientem Abbatis benedictione conse | Anni
crauit, et monasterij eiusdem priuilegia antiquitus à sede Apostolica tra | mūdi.
dita sua autoritate cōfirmauit & innouauit Indict. II. VII. Cal. Apriles.
Idem Papa in hebdomada post Albas Synodum cum Episcopis Italiæ
Romæ celebrauit. Idem in hebdomada Pentecostes aliam Synodū Pa-
piæ congregauit, indeq; per montem Iouis cum pluribus Romanorum
in Cisalpinas partes deuenit. Exacto etiam tempore Odilo uenerabilis
Cluniacensis cœnobij, & multorū pater monasteriorū migrauit ad Dominum.
Secuta æstate cum Imperator expeditionē contra Gotefridum & Bal
duinum à domino Papa excōmunicatos pararet, Gotefridus tam con
tra uim Imperatoris quàm Papæ excōmunicationē Aquisgranū uenit,
& opitulante Papa gratiam Imperatoris promeruit. Balduinus uero
utrunq; contēnens, uastata ab exercitu magna ex parte prouincia sua,
tandem obsides dedit, & pactum cum Imperatore fecit. Autumnali tē-
pore Dominus Papa Synodum magnam Remis cum Galliarū Episco
pis habuit, indeq; Mogontiacū ueniens, aliā Synodū XL prope Episco
porum coram Imperatore, & regni nostri Principibus celebrauit: Et po
stea Alemanniam adiens, Augiæ festum sancti Clementis, & dominicā
ante aduentum Domini VI Cal. Decemb. egit, ac per Augustam Ba
ioariamq; transiens, natalē Domini Veronæ coluit. Imperator uero idē | 1050
festum in Saxonia mansit. Ipsa hyeme cum Episcopus Ratisponæ Ge
behardus, qui Campidonensem abbatiam nuper beneficij loco accepe
B rat ab Imperatore, in Pannoniarū terminis moraretur, cedentibus Hun
garis, fines eorum ingrediens prædas inde abduxit. Sed ipso discedente
plurimus Hungarorū exercitus fines nostros inuadens, plurimam par-
tem captiuauit, incendit atq; uastauit. Imperator paschale festum apud
Traiectum moratur. Dominus Papa post Pascha Synodum item Ro
mæ collegit, & subsecuto tempore ultra Romam progrediens, nonnul
los eo locorum Principes & ciuitates tam sibi quàm Imperatori iur eiu
rando subiecit, Beneuentanosq; adhuc rebellantes excommunicauit.
Nonnulli etiam exterarum Principes gentium missis ad eum, utpote
Apostolicum uirum, legatis subiectionem ipsi promittunt.
Imperator contra Gazmerum ducem Polonorum rebellionē molitē-
tem expeditionem parat, grauiq; infirmitate detentus, pacem pactūq;
eum petentem suscipiens discessit. Gebehardus Ratisponensis Episco-
pus cum Conrado duce Baioariæ, & Adelberto Marchione, aliisq; qui-
busdā Episcopis & principibus Baioariæ Heimenburgū reædificant, &
magnam Hungarorū copiam se inuadentem prosternunt, et usq; ad in-
numerabilis exercitus eorum præsentiam refugientem persequuntur,
cunctisq; agminibus Hungarorum deuictis, immisso terrore terga uer-
tentibus ad castra deo gratias reddentes reuertuntur. Ipso autumno
Dominus Papa Synodum Vercellis collegit, & Hunfridum Archie-
piscopum pro quadam inter Rauennatem & Romanam ecclesiam con
tentione ab officio suspendit, indeq; Gallias & Episcopatum suum Leu
corum ciuitatem reuisit: quo etiam tempore Agnes imperatrix tandem
imperij filium peperit.
Imperator natalem Domini in Saxonia apud Goslare egit, & mul- | 1051
tos ex

C tos ex Principibus filio suo iureiurando fidem subiectionemq; promittere fecit. Nec multo post ipse & dominus Papa cum multis Episcopis & Principibus apud Augustam Vindelicam cõuenientes, Purificationẽ dei genitricis celebrauerũt, Ratennateq; Archiepiscopo apud Papam inibi reconciliato, charitatiue à se inuicem discedentes, Papa Romam reuertitur. Imperator Nemeti partem Quadragesimæ, Paschale uero festum Coloniæ demoratur, ibiq; filius eius Henricus ab Archiepiscopo Herimanno baptizatur. Post Pascha item dominus Papa Leo Synodum Romæ collegit, ubi inter alia Gregorium Vercellẽsem Episcopum propter adulterium cum uidua quadã auunculi sui sponsa admissum, & periuria perpetrata absentem & nescientẽ excõmunicauit, quẽ tamen non multo post Romam uenientem, & satisfactionem promittentem, officio priori restituit. Per idem tempus Imperator Lampertum Comitem rebellare molientem ad deditionem compulit. Eadem æstate Bardo Mogonciacẽsis Archiepiscopus obijt, pro quo Imperator Liutbaldum Babinbergensem Præpositũ constituit. Item pro Theodorico Constantiensi Episcopo, x Cal. Iul. quinto Præsulatus sui anno post longam ægritudinem defuncto, Rumaldum promouit. Rauennas quoq; Archiepiscopus Hunfridus ueneno, ut aiunt, subito perijt. Sequenti autumno magno cum exercitu Imperator pactum Andreæ regis, ut per legatos offerebatur accipere contemnens, Pannonias petijt, Gebehardoq; Ratisponẽse Episcopo, & Velff, Brezizlaoq; ducibus ad septentrionalem Danubij partem depopulandã transmissis, ipse deue

D cto è nauibus quantum in equis poterat sumptu, longo propter fluuiorum illuuionem circuitu per Carentani fines transiens, peruiumq; regnum inuadens, hac & illac Hungarico exercitu latrocinantium more fugitante, & nusquam æquo marte conferre manum audẽte, omnia circumquaq; quoad sumptus militi suppetebant uasta reddit. Sed cum laboranti iam penuria & fame exercitui Hungariam reditum pararent intercludere, oppositisq; per ripas fluminum præmunitas, uadosasq; paludes copijs suis, omnes se uel ad deditionem cogere, uel inedia minitarentur extinguere, milites interriti hostes per fluuios obsistentes incunctanter transuadantes fugant, quandamq; munitionem firmissimam ad pontem Rabiniza fluminis structam, in qua maximam hostis fiduciam habebat, quidam ex Burgundionibus, Saxonibus & Bolonis milites non sine sui periculo flumine transito in breui expugnatam capiunt, cæsis palatisq; Hungaris reliquo exercitui uiam pandunt. Quæ per transeuntibus penè cunctis incensa, aliquot de postremis in magno periculo hostibus insequentibus intercluſit: Sicq; redeunte Imperatore, illisq;, quos ultra Danubiũ transmiserat, rebus prospere gestis iamdudum reuersis, Andreas rex à nostro Marchione Adelberto pacem postulatum mittit, eamq; uicissim tribuit. Ipsis diebus defunctis urso penè in tempore Lindaugiense & Buochaugiense Abbatissis, Iuota nobilis, prudens & religiosa uidua utrique loco recuperando ab Imperatore præficitur.

Imperator natalem Domini Goslare egit, ibiq; quosdam Hæreticos inter alia prauí erroris dogmata Manichæa secta omnis esum animalis execrantes,

Anni mundi. dom. 1052

A execrantes, consensu cunctorum, ne hæretica scabies latius serpens plu-
res inficeret, in patibulis suspendi iussit. Eodem tempore v Id. Ian. Anni mundi. Dñi
mater mea Hiltrudis, Vuolfradi Comitis uxor admodum pia, mitis, li-
beralis, & religiosa fœmina, marito septemq; liberis superstitibus deuo
to & felici, uti hominibus apparere poterat, exitu diem ultimum clausit,
anno ætatis circiter LXI, coniunctionis uero cum marito XLIIII, &
apud uillam Alleshasan sub capella sancti Vdalrici à se constructa in se
pulchro, quod ipsa sibi præparauerat condita est, cui ut pro Epitaphio
hos subscriberem uersiculos libuit.

Mater egenorum spes auxiliumq; suorum,
Hoc Hiltrud tumulo debita reddit humo.
Quæ præpollentes generosa stirpe parentes
Nobilitans claris extulerat studijs.
Atq; colens castam reuerenter monogamiam,
Vixit diuinis prona ministerijs.
Inq; bona Marthæ satagens consistere parte,
Practica quod docuit uita sequi studuit.
Veste, cibo, lingua, pede, totis nisibus ipsa
Se miseris largam præbuit atq; piam.
Relligione pios præ cunctis fouit amicos,
Cunctis morigeram se dedit & placidam.
Atq; manens mitis, patiens, ac nescia litis,
B Complacuit mundo, ô utinamq; deo.
Carnem castigans, precibus loca sancta frequentans,
Quærere cœlestem sedula sueuit opem.
Crede panegyricis non hæc me fingere uanis,
Nec matrem uerbis tollere falsidicis.
Consule rumorem quaquauersum popularem,
Dictaq; de ueris paucula certus eris.
Hanc quoq; postremo mera cum confessio crebro
Purgasset, Domino dedita corde pio.
Communita fide, spe tuta, uigens pietate,
Felix hanc uitam deseruit miseram.
Cum mensis Ianus quintas deuolueret Idus
Mouit permultas morte sua lachrimas.
Pro qua quæso, precor, peto, postulo, flagito lector,
Pulses supplicibus ut Dominum precibus.
Quatenus ipsius pietate sui miseratus
Absoluat cunctis mitis eam maculis.
Inq; beatorum felici sorte suorum
Largus ei stabilem contribuat requiem.

Sequenti tempore Quadragesimali Imperator Rauennatem Archiepi
scopum Henricum promouit. Et Nitzo Frisingensis Episcopus prius
ex superbissimo uitæ habitu ad humilitatis & religionis speciem conuer
sus, ac denuo ad pristinæ conuersationis insolentiã reuersus, cum eum
iussu Imperatoris Rauennã perduxisset, subita ibi morte periit.

Imperator paschale festum Nemeti egit, indeq;, ut aiũt, locum illum

C patris matrisq; suæ sepultura præditũ magis magisq; paruipendens sub- Anni
iratus, Episcopoq; loci illius infensus discessit. Iisdem diebus Bonifa- domini.
cius ditissimus Italiæ Marchio, imò tyrãnus, insidijs à duobus exceptus
militibus, sagittisq; uulneratus & mortuus, Mantuæ sepelitur. Cum Im
perator circa lætaniarum tempus Solodori colloquiũ haberet, quidam
ex Burgudionibus offensi inde discedũt, sed nõ multo post aliqui ex illis
ad gratiam eius redeunt: Inde ipse cum Turegi Pentecosten pereg. isset,
in Pannonicam itidem expeditionẽ proficiscitur, Andræaq; rege Hun
garorum minus minusq; pro pacto pacis postulando, allegante & pro
mittente, Brezisburg castrum obsedit, & uarijs belli machinis diu oppu
gnatũ, deo obsessis te anxie inuocantibus opitulante, frustratis semper
nisibus nullo modo capere potuit. Interim dominus Leo Papa ab An
dræa accitus, cum pro pace componẽda interuenisset, Imperatorẽ ab ob
sidione auocauit, eumq; sibi per omnia consentaneum inueniens, sed e
contra Andræam consilijs suis minus parantem experiens offensus, eiq;
excommunicationem utpote delusa sede Apostolica minitans, cum Im
peratore discessit, & aliquantum cum eo temporis mansit. Ipsis diebus
Imperatrix uxor ũ filium, quẽ Conradũ postea uocauerũt, Imperatori pe
perit. Discordia inter Gebehardum Ratisponensem Præsulẽ, & Con
radum Baioariæ ducem mota & agitata. Reliquiæ beati Zenonis con
fessoris, ex Valthario Veronense Episcopo in Alemanniam ad uillam
Vlmam allatæ, plurimis per hæc tempora claruere miraculis. Constan
tiæ basilica sanctæ Mariæ corruit.

D Imperator cum domino Papa, multisq; Episcopis & Principibus na 1053
talem Domini Vormatiæ egit, ubi cum Papa, sicut dudum cœperat, Ful
densem Abbatiam, aliaq; nonnulla loca & Cœnobia, quæ sancto Pe
tro antiquitus donata feruntur, ab Imperatore reposcens exegisset, de
mum Imperator pleraq; in ultra Romanis partibus ad suum ius pertinẽ
tia pro Cisalpinis illi quasi per concambium tradidit. Cumq; idem Pa
pa de Normannorum uiolentijs & iniurijs, qui res sancti Petri se inui
to ui tenebant, multa conquestus esset, ad hos etiam inde propulsandos
Normanni. Imperator ei auxilia delegauit: Ea siquidem gens à temporibus prioris
Henrici Imperatoris in Calabriæ, Samniæ, Campaniæq; partes paula
tim ex Gallicioris oceani aduentitia confluebat: & quia bellicosior
Italicis gentibus uidebatur, primo gratanter accepta, crebro indigenis
contra Græcorum & Saracenorum incursiones audacter præliando au
xilia batur. Postea uero pluribus eorum ad uberem terram accurrenti
bus, uiribus adaucti ipsos indigetes bello premere, iniustum dominatũ
inuadere, hæredibus legitimis castella, prædia, uillas, domus, uxores etiã
quibus libuit ui auferre, res ecclesiarum diripere, postremo diuina & hu
mana omnia prout uiribus plus poterant iura confundere, nec iam
Apostolico Pontifici, nec ipsi Imperatori nisi tantum uerbotenus cede
re. Ad horum igit nefaria & inextricabilia scelera illis è partibus elimi
nanda, indigenasq; ab eis liberandos dominus Papa animũ intendens,
summa cum charitate ab Imperatore Romam reuersurus digreditur:
Secuti sunt autem eum plurimi Teutonicorum, partim iussu domino
rum, partim spe quæstus adducti, multi etiam scelerati & proterui, diuer

sasq;

A sasq; ob noxias patria pulsi. Quos ille omnes tum consuetæ misericor- | Anni
diæ nimia compassione, tum etiam quia opera eorum ad imminens | domini.
uidebatur bellum indigere, clementer & gratanter suscipiebat. Transi-
ens ergo per Alemanniam Purificationem sanctæ Mariæ Augustæ e-
git, Mantuæq; Quinquagesima acta, & nonnullis suorum orto inibi tu
multu occisis, infra dies Quadragesimæ Romã peruenit. Ipsis diebus
in Italia quidã lacus, quos Iulius quondã Cæsar quadrato lapide perpe
tuo, ut putabatur, opere fertur obstruxisse, nimia aquarum inundatione
effracti, Narniam flumen, Tiberimq; ultra modum exundare fecere,
subitaq; illuuione multa ædificia, ipse pons Narniensis dirutus, multiq;
mortales absumpti sunt. Imperatore in Saxonia apud Mereseburg com
manente, cum rege Danorum Pascha egit, ipsisq; diebus Conradum
Baioariæ ducem, cui iam prius infensus erat, incusatum quorundam
Principum iudicio ducatu priuauit. Quo tempore regni tam primores
quàm inferiores contra Imperatorem magis magisq; mussitantes, iam
dudum eum ab inchoatæ iustitiæ, pacis, pietatis, diuini timoris, multi-
modæq; uirtutis tenore, in quo de die in diem debuerat proficere, paula
tim ad quæstum & incuriam quandam deficere, multumq; se ipso de-
teriorem fore causabantur. Altdorfense cœnobium igne consumitur.
Dominus Papa habita post Pascha Synodo, contra Normannos, ut
proposuerat, exercitum mouit: cumq; illi pacem petentes, subiectionem
seruitiumq; ipsi promitterent, & quæq; prius iniuste sibi usurpantes in-
B uaserant, eius beneficio gratiaq; retinere uelle se dicerent, idq; Papa ab-
negans ui & iniuria raptas res sancti Petri reposceret, eosq; perperam
peruaso cedere loco iuberet, illi quia numero longe præstabant, quasi
rem impossibem sibi propositam refutantes, se potius bello obuiam itu
ros, armisq; acquisitam patriam armis defensuros, uel morte occubitu
ros denuntiant: Sicq; XIIII Cal. Iul. ualida pugna confligentes, prima
acie à Theutonicis penè uicti sunt, sed succenturiatis copijs ex insidijs
nostros circumuenientes, Italis citius terga uertentibus, Theutonicis
maxima ea parte sed non inulte occumbentibus, occulto dei iudicio, si-
ue quia tantum sacerdotem spiritalis potius quàm pro caducis rebus
carnalis pugna decebat: siue quod nefarios homines quàm multos ad
se ob impunitatem scelerum, uel quæstum auarum confluentes, contra
itidem scelestos expugnandos secum ducebat: siue diuina iustitia alias
quas ipsa nouit ob causas nostros plectente, quamuis nimis cruentam
hostes adepti sunt uictoriam: Ipseq; dominus Papa in quodam ab eis
castello obsessus, cum expugnata iam iamq; munitione necessitate coa-
ctus cõmunionẽ eis prius interdictã reddidisset, acceptus ab eis Beue-
uentũ cum honore tamen reductus est, ibiq; tempore aliquanto deten-
tus, nec redire permissus. Et hoc & superiori anno frugum penuria fa 1094
cta est non modica. Vuerinharius frater meus Augiensis monachus
admodum doctus, & religioni ueræ deditus, iuuenis cum alio mona-
cho Liuthario studio uitæ perfectioris flagrans, peregrinationem clàm
pro Christo aggreditur, literis remissis licentiam Abbatis postulans,
& impetrans. Et sequenti tempore Richardus Renaugiensis Abbas,
& Henricus item Augiensis monachus hoc exemplum secuti, reli-

Anni domini.

C ctis omnibus idem propositum aggrediuntur. Imperator Henricus magno apud Tribuariam cõuentu habito filium Aequiuocũ regem à cũctis eligi, eiq; post obitũ suũ, si rector iustus futurus esset, subiectionẽ promitti fecit: Ad quem conuentum cum Conradus dudum Baioariæ dux uenire nolens, cum expeditis militibus regi rebellare molíẽs Hungaris se adiungere tentasset, & Carentani fines inuasisset, quibusdam inibi quæ prius habuerat possessiõibus suis ab Imperatore priuatus est, eas quasi legaliter acquirẽte. Ibi etiam legati Andreæ regis Hungarorũ pro pace pactoq; cum suffragante Ratisponense Episcopo immensam pecuniam, suæq; prouinciæ partẽ, & ad expeditiones omnes præter Italicam suos ituros promitterent, eaq; omnia regem suum impleturum sacramento promitterent, Imperator ea se accepturum fide data spondens eos remisit. Hadamuta de Nuinburgo Abbatissa uenerabilis, quæ locũ suum prius penè dilapsum, intra & extra laudabiliter recuperatum in optimum deduxerat statum, aliam pro se designãs, & sororibus pie admonitis, ultimũ uale dicens IIII Cal. Nouẽb. feliciter, ô utinã, decessit. Hazelinus etiam Babinbergensis Episcopus infamis moriens locum dedit. Per idem tempus Conradus dudum dux ab Andræa rege Hungarorum gratanter susceptus, ei ne alligatum cum Imperatore fœdus perficeret dissuasit, et auxilio eius quandam Carentani partem, quorundam etiam Primatum, qui eam possidebant machinatione alijs expulsis Primoribus, inuasam cepit: Imperator uero in Baioariam ueniens, D ducatum eiusdem prouinciæ filio suo Aequiuoco tradidit. Sicq; in eadẽ 1054
commorans prouincia, natalem Domini in uilla Otinga egit, ibiq; Babinbergensis ecclesiæ Præsulatum consobrino suo Adalberoni donauit. Deinde habito Ratisponæ colloquio, per Alemanniam transiens, & furibus infestus nonnulla eorum conuenticula exuri iubens, Turegi Quadragesimam inchoauit, & per ripales Rheni urbes paulatim descendens, Mogonciæ paschale festum celebrauit: ubi Theodbaldus Othonis ad eum de Gallijs ueniens, & miles eius effectus, auxilium suum illi pollicitus est. Dominus Papa cum apud Beneuentum diuino intentus seruitio diu demoratus, tandem instante paschali tempore Romam ægrotans reuersus esset, inualescente indies languore glorioso exitu cunctis prius benedicens, & admonitis ualedicens, sanctoq; Petro peccata sua confessus, & deuote se illi commendans XVI Cal. Maias obijt, & in Basilica sancti Petri iuxta sepulchrũ sancti Papæ Gregorij sepultus, miraculis claruisse memoratur. Gotefridus iterum contra Imperatorem tyrrannidem inuasit, Italiamq; latenter adiens, Beatricem Bonifacij quondam Anarchionis uiduam uxorem accepit. Herimãnus Vuolferadi Comitis filius ab infantia omnibus membris contractus, sed omnes tunc tẽporis uiros sapientia & uirtutibus præcellens, in Aleshusan prædio suo defunctus ac sepultus est. Vuerinherus & Liutherus in Hierosolymitano itinere defuncti sunt. Conuentus ab Imperatore Mogonciæ factus est, in quo Gebehardus Eistetensium Episcopus ab Episcopis electus, Romamq; missus, ibiq; honorifice susceptus, in sequenti Quadragesima in cœna Domini CLIIII Papa ordina-

A pa ordinatus, Victoris secundi nomen accepit. Imperator natalem Domini Goslare celebrauit, ac deinde expeditionem in Italiam parauit, et diem sanctæ Paschæ Mantuæ egit: diem autē Pentecostes Florentiæ, ibiq; coram eo à domino Papa generali Synodo habita multa correcta sunt. Imperator Adalbertum capitali sententiæ adiudicatum, per interuentum Episcoporum dimisit. Eodem tempore L, aut eo amplius armati milites à Normannia latenter per mare transeuntes, Nordmannis contra Imperatorem auxilium præbere cupientes, à Pisentibus ciuibus capti, atq; ad Imperatorem delati. Imperator Othonem Nouariensem Episcopum Constantinopolim misit, ubi pro Michaële nuper defuncto quandam fœminam totius regni monarchiam tenentē inuenit, quæ illum sequenti anno suis etiam legatis adiūctis amicitiam pactūq; confirmandum Imperatori remisit. Beatrix Imperatori ad deditionē ueniens causa mariti sui, quanquam data fide, tenetur, filiusq; eius puer Bonifacius hac causa uenire ueretur: Sed non multis interpositis diebus cum Imperator ibidem moraretur, idem puer moritur. Gebehardus Ratisponensis Episcopus, & Vuelffus dux licentiam repatriandi ab Italia impetrauerāt, militesq; eorum illis, ut aiunt, ignorantibus contra Imperatorem coniurauerūt: Quo tempore Vuelffus dux suis & omni populo admodum flebili morte præuentus, apud Altorfense cœnobium sepultus est. Arnortus Episcopus Metensis moritur. Imperator de Italia
B per Baioariam rediens, natalem Domini apud castrum Turegum celebrauit, ibiq; Othonis Marchionis filiam Aequiuoco suo filio desponsauit. Gebehardus Ratisponensis Episcopus ab Imperatore de coniuratione contra se facta uictus, primum in castro Vlfilingino, dein in Stofola per aliquod tempus sub custodia tenetur. Conradus ab Imperatore Nemeti pro Arnolto Episcopo substituitur. Herimannus Agrippinæ urbis Archiepiscopus obijt, pro quo Hanno Goslare prius Præpositus in Archipræsulatum successit. Imperator diem sanctum Paschæ celebrauit. Eodem anno Sclafi, qui Liutici dicuntur, terminos Saxonum insectantes, quàm plurimos eorum Principes cum Vuilhelmo Marchione peremerunt. Henricus Imperator, domino Apostolico ad se tēpore autumnali inuitato, cum in Saxonia in Bothfeldino cōmoraretur morbo ingraueſcente infirmatus, obijt anno ætatis suæ XXXIX, regni uero XVIII, imperij XV, Indictione X. Qui inde asportatus, Nemetūq; translatus, in ecclesia sanctæ Mariæ quā ipse construxerat, adhuc imperfecta iuxta patrē matremq; sepultus, & filius eius Henricus quartus VII ætatis annum habens, pro eo regni iura susciпiens, à Primoribus matri Imperatrici educandum est commendatus.

Henricus rex natalem Domini Ratisponæ celebrauit. VII Calen. Maias. Immensitas niuis & pruinæ magnam partem uinearum perdidit. Romæ Victor secundus decessit, in cuius locum Fridericus frater Gotefridi ducis, dudum beati Leonis Papæ Archidiaconus, tunc autem temporis monasterij sancti Benedicti Abbas, CLV Papa ordinatus, Stephanus VIII est nominatus. Otho dux Alemannorum obijt, cuius ducatum Rodolphus accepit. Hoc anno lapides

Anni domini.
1056 1055
1056
1057 1057
1058

C miræ magnitudinis mixti grandine de cœlo ceciderunt, & nonnulli ho- Anni
minum fulmine perierunt. Romæ Stephanus Papa obijt. Romani au- domini.
tem accepta pecunia quendam Ioannem contra Canones elegerunt,
qui sine consecratione per aliquot dies sedens à Gotefrido duce expelli
tur, atq; Florētinæ ciuitatis Episcopus CLVI Papa substitutus, Nicola-
us Secundus est uocatus. Eodem tempore Henricus Augustensis Epi-
scopus apud Imperatricem summum consilij locum habuit, quod non-
nullis regni Principibus eius insolentiam non ferentibus multum di-
splicuit. Hoc anno magna mortalitas hominū, & pestis pecorum fa- 1059
cta est. Orto inter Mediolanenses & Ticinenses bello, multi ex utra-
que parte ceciderunt. Rodolphus Alemannorum dux Mathildam
Henrici regis sororem duxit uxorem. Fuldis Eberhardus Abbas de-
cessit, cui Sigefridus successit. Andræas Pannoniæ rex cum prius pacē
pactumq; per legatos cum Henrico rege confirmasset, etiam sororem
eius minorem filio suo adhuc puero sponsam obtinuit. Henricus Gal- 1060
liarum rex obijt, & filius eius adhuc puer regnum cum matre gubernā
dum suscepit. Liudpaldus Mogoncienſis Archiepiscopus decessit, cui
Sigefridus Fuldis Abbas successit. Conradus Nemetensis Episcopus
moritur, in cuius locum Einhardus promouetur. Mathildas soror regis
obijt. Henricus Palatinus Comes in amentiam uersus cum sub specie
religionis quasi seculum derelinquens in monasterium Ephtirnacha se
contulisset, inde abstractus coniugem suam occidit. Et hoc anno sicut
D in priori mortalitas multos extinxit, hyems satis dura & niuosa, & plus
solito prolixa, frumenti uinicq; maximum attulit damnum. Andræas
rex Pannoniarum cum à fratre suo regnum sibi circunquaq; uastans
multas iniurias perpessus fuisset, tandem febre pulsatus, omnes thesau-
ros suos in castrum Medilhecka, necnon & filium suum Henrico regi
per Tiedbaldum Comitem transmisit. Magna fames multos consu-
mpsit. Gebehardus Ratisponēsis Episcopus obijt, cui Otho successit.
Conradus qui Carentanis solo nomine ducis præfuit, moriens locum
dedit, cuius ducatū Bertholdus Sueuigena accepit. Romæ Nicolao Pa
pa defuncto, Romani coronam & alia munera Henrico regi transmise
runt, eumq; pro eligendo summo Pontifice interpellauerunt. Qui ad se
cōuocatis omnibus Italiæ Episcopis, generaliq; Cōuentu BASILEAE
habito, eadem imposita corona Patritius Romanorū appellatus est. De
inde cū cōmuni consilio omniū Parmēsem Episcopū summū Romanæ
ecclesiæ elegit Pontificem. Interim dum hæc aguntur, Anshelmus Epi-
scopus de Luca quibusdam Romanis fauentibus Apostolicam sedem
sibi usurpauit. Burchardus & Vuezil de Zolorin occiduntur. Eccle-
sia Nemetensis dedicatur, & Agna Imperatrix depositis regalibus ue-
stimentis, sacro uelamine circundata.

VI Idus Febr. terræmotus, fulgura & tonitrua facta sunt, pestilen- 1062
tia & mortalitas subsecuta multos extinxit. Henricus rex apud Traie-
ctum Frisiæ urbem diem Paschæ cum matre Imperatrice egit. Hijs di-
ebus Hanno Agrippinæ Coloniæ Archiepiscopus, adnitētibus qbusdā
regni principib: Henricū regē cū lancea & alijs imperij insignibus à ma
tre Imperatrice ui arripuit, secūq; Coloniā adduxit. Parmēsis Episcopus

dudum

A dudum electus Romam consecrandus adijt, cui cum Romani armati occurrerent, ingressumq; prohiberent, multitudo illorum à militibus eius & occiduntur & in Tiberi submerguntur, cæteri fugantur. | Anni domini.

Tempore ueris, medio mense Aprilis per quatuor dies hyems sæua, uentosa & niuosa, aues & pecora frigore extinxit, arborum & uinearũ maximam quoq; partem perdidit. Engilhardus Episcopus de Magdiburg obijt, cui frater Colonien sis Archiepiscopi successit. Henricus Augustensis Episcopus obijt, cui Imbricus successit. Eodem anno quædã mulier iuxta Constantiam infantẽ duo capita, nec non & cætera membra aduscq; clunes duplicia habentem peperit. | 1063

Henricus rex natalem Domini Coloniæ celebrauit, diem Paschæ autẽ Leodij. Synodus Mantuæ. | 1004

Henricus rex natalem Domini Goslare, diem autẽ Paschæ Vuormatiæ celebrauit. Domus regalis Goslari concremata est. Quod & factum est in VI Cal. April. Indictione III. Et ibidem accinctus est gladio anno regni sui IX, ætatis autem suæ XIIII, & dux Gotifridus Scutarius eius eligebatur. Patauiensis Episcopus obijt, cui Altmannus Imperatricis Capellanus successit. Hoc tempore Sigifridus Mogonciacensis Archiepiscopus, Vilhelmus Traiectẽsis Episcopus, & Guntharius Babinbergensis Episcopus, Otto Ratisponensis Episcopus, cum magno apparatu & comitatu Hierusalem proficiscentes, in eo itinere à Paganis multa sunt perpessi: nam & bellum cum eis inire sunt coacti. | 1065

B In eadem uia Guntharius obijt, cui Ricimannus symoniace successit.

Multi nobiles ciuili bello perierunt. Henricus rex natalem Domini,* Pascha autem apud Traiectum egit. Eberhardus Treuerensis Archiepiscopus XVII Cal. Maij, sabbato sanctæ Paschæ, completis à seipsius diei officijs, ipsis sacerdotalibus uestimentis indutus requieuit in pace. Cui Conradus Coloniẽsis Præpositus electus à rege succedere debuit, sed à Clero & ciuibus Treuirensibus refutatus est. Vnde quidam Comes de militia Treuirensi nomine Theodoricus eundem Conradum Treuirim tendentem comprehendit, & diu sub custodia maceratum quatuor militibus enecandũ cõmisit. Qui dum eum ter per quoddam præcipitium deiecissent, & nihil sibi nisi brachium collidere possent, unus ex illis pœnitentia ductus ab eo ueniam impetrauit. Alius autem uolens eum decollare maxillam eius tantum abscidit. Et sic ipse deo dignus martyr ad Dominum migrauit, Cal. Iun. Sepultus ad Abbatiam quãdam nomine Doleiam. Tres autem milites mortis illius autores digna ultio postmodum subsecuta est: nam unus eorum acceptũ cibum deglutire non ualens, alij duo manus suas lacerantes. | 1066

HERMANNI CONTRACTI CHRONICON FINIT.

ERRATA.

Fol. 9, pag. 1, uersu 9, legitur historiographos, lege historiographi.
Fol. 11, pag. 2, uersu 25, lege Curetum.
Fol. 17, pag. 2, uersu 10, lege Thelechines.
Fol. 25, pag. 2, aliquoties inuenies Gothoniel, lege Othoniel.
Fol. 29, pag. 1, uersu 13, legitur Pelops Peloponnesi regnans Olympijs quoq; præfuit: legendum est fortasse Olynthijs.
Fol. 48, pag. 1, uersu secundo, legitur Numa Pompilius XXIX Romanorũ, lege Secundus Romanorum.
Fol. 53, pag. 1, uersu à fine 4, legis Harpagus: lege Harpalus.
Fol. 59, pag. 1, uersu 18, habes: Alexander XXIII ætatis suæ anno, legendum est XXXIII, autore Cicerone in Philipp.
Fol. 60, pag. 2, uersu 16, transferre legitur, ubi transferri est legendum.
Fol. 64, pag. 2, uersu à fine 15, lege captam.
Fol. 65, pag. 2, uersu 20, sic legitur: L. Ennius plurimas ciuitates capit uicesimosexto anno ætatis, ubi legendum est: L. Ennius plurimas ciuitates capit. Et id quod sequitur tribuendum est sequentibus, in hanc formam: Cicero Quintium XXVI anno ætatis defendit. Autore A. Gellio: Nec satis placet quod de Ennio proditum est.
Fol. 67, pag. 1, uersu 5, lege: Seruius Sulpitius.
Fol. eodem, pag. 2, uersu 8 legitur. Templum Rhodiorum depopulatus est Cassius. Legendum est haud dubie Hierosolymorum; Nam Cassius ille Iudæam ceperat.
Fol. 75, pag. 1, uersu 12, lege Abilius, pro Albilius.
Fol. 76, pag. 2, uersu 12 legitur: Adrianus reliqua tributorum, fortasse legendum est reliquias.
Et pagina eadem, uersu à fine 8 legitur: Quadratus discipulus Apostolorum, te Aristidis, lege: et Aristidis.
Fol. 77, pag. 1, uersu 5, habes Theleophorus: lege Theleſphorus.
Fol. 78, pag. 2, uersu 12 legitur: Antiochiæ septimus constituitur Episcopus Maximinus. Eusebius in historia Ecclesiastica legit, Maximus. Pagina eadem uersu à fine 7 legitur, Aelius: aliàs legitur Dius.
Fol. 79, pag. 1, uersu 19 legitur: Victor XIIII, lege XIII.
Fol. eodem, pag. 2, uersu à fine altero legitur, Philerus: lege Philetus.
Fol. 80, pag. 1, uersu 23, lege Vlpianus.
Fol. eodem, pag. 1, uersu 31, lege Heraclas, pro Heracleas.
Eadem pagina, uersu 34 legitur: Ad Cæsarem, lege Cæsaream.
Fol. 80, pagina 2, uersu à fine 17 legitur, Decius XV Romanorum: lege XXV.
Fol. 81, pag. 1, uersu 7 legitur: Demetrianus: ubi Contractus legit Demetrius.
Eadem pagina, uersu à fine altero, lege cæcidit.
Fol. 82, pag. 2, uersu à fine 3 legitur Tyrannus: Hic alibi cum Tyrannus, tum & Thiramnus appellatur.
Fol. 85, pag. 2, uersu 15, lege pila, ubi pilo scriptum est.

Fol. 90,

Fol. 90 pag. 1, uersu 10 sic habes: Aduersus Gothos uehementer utriusque Polentiæ clade pugnatum est. Videtur Polentiæ abundare, aut certe legendū est potentiæ. Fol. eodem, pagina eadem, uersu 14, legis Eudoxij Arcadij uxoris statua, lege Eudoxiæ. Eadem pagina, uersu à fine altero quandam legis, ubi quendam legendum fuerat.

Fol. 92. pag. 1, uersu 8, lege Antisiodorensem Episcopum.

Fol 93, pag. 2, uersu à fine 3, legitur Attila rex Hunorum Bledam fratrem: Alibi legitur Bledlam.

Fol. 95, pag. 2, uersu 2 legitur: Seruandus Gallorum Præfectus: Omnia uetusta exemplaria Bedæ & Hermanni Contracti habent Gundibatus, cui astipulatur id quod scriptum est pagina eadem, uersu 25, ubi legis: Olybrius Gundibarum: ubi legendum est Gundibatum.

EXCVDEBAT BASILEAE HENRICVS
PETRVS MENSE MARTIO.
ANNO M. D. XXIX.

Anno 1551 in vpo dñi Mursatis tanta in Germania
fuit, nix vt arbores onere illius succumberet et stupe
faceret.

Anno 1552 13 Januarij et deinceps aut 4 diebus
postea 13 dies, tanta fuit pluuia facta per totam
Germaniam et Italiam vt hoc
nostrum memoriæ proditum sit. Ita enim aggregatis
et aqua in fluuios mundanos defluentibus Germa
nia tota per submersa,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Th
1324a

CHRONICON
Eusebii Hi
Q. CVRTIVS
I. Bohe